DEFENSIO IUSTITIAE ET IUSTIFICATIONIS MONITORIJ EMISSI, & PROMULGATI...

Juan Bautista Valenzuela Velazquez, Farnese





DEFENSIO IVSTITIAE ET IVSTIFICATIONIS MONITORII

emissi, & promulgati per SS. D. N. D. Paulum Papam Quintum xvij. die mensis Aprilis Anno Dñi M DCVI. aduersus Ducem, & Senatum Reipub. Venetorum, super quibusdam statutis & decretis ab eisdem editis contra Sanctæ Apostolicæ Sedis authoritatem, & libertatem, ac immunitatem Ecclesiasticam.

AVCTORE IOANNE BAPTISTA VALENZUELA *Velazquez Hispano, Pontificii iuris Doctore, ac iurium Cameræ Apostolicæ in Ciuitate, & Diœcesi Conchensi Subcollectore.*

EIDEM SANCTISSIMO DOMINO Nostro Domino Paulo Papæ V. dicata.



Anno 1607.





CVM PRIVILEGIO REGIO.
VALENTIAE, apud Petrum Patricium Mey.





OS DON PHELIPPE Por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valēcia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordona, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y tierra Firme del mar Oceano; Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante, de Milan, de Athenas, y de Neopatria; Conde de Habspurgh, de Flandes, de Tyrol, de Barcelona, de Rossellon, y Cerdaña; Marques de Oristan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos el Doctor Iuan Bautista Valençuela Velazquez vezino de la ciudad de Cuenca, nos ha sido hecha relacion, que aueys compuesto vn libro, intitulado, Defensio iustitiæ, & iustificationis monitorij emisi, & promulgati per Sanctissimum Dominum nostrum Dominum Paulum Papam Quintum, decima septima die, mensis Aprilis, Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto, aduersus Ducē, & Senatū Reipublicę Venetorū, super quibusdā statutis & decretis ab eisdē editis contra Sanctæ Apostolicæ sedis auctoritatem, & libertatem, ac immunitatem ecclesiasticam: el qual, segun dezis, es muy vtil y prouechoso, y que lo queriades hazer imprimir en los Reynos de la Corona de Aragon; suplicandonos que por quanto en esto se ofreceran muchos gastos, fuessemos seruido daros licencia para ello por el tiempo a nos bien visto. E teniendo respecto a lo susodicho, y a que el dicho libro esta reconocido por persona experta en letras y aprouado, lo auemos tenido por bien en la manera infrascripta. Porende con tenor de las presentes de nuestra cierta ciencia y Real autoridad, deliberadamente, y consulta, damos licencia, permisso y facultad a vos el dicho Doctor Iuan Bautista Valençuela Velazquez, que por tiempo de diez años, contaderos desde el dia de la data de las presentes en adelante vos, o la persona, o personas que vuestro poder tuuiere, y no otro alguno, podays, y puedā hazer imprimir y vender el dicho libro. Prohibiendo y vedando expressamēte que ningunas otras personas lo puedan hazer sin vuestra licencia, permisso y voluntad por todo el dicho tiempo, ni le puedan entrar en los dichos Reynos para vender de otros, a donde se huuiere imprimido. Y si despues de publicadas las presentes huuiere alguno, o algunos que durante el dicho tiempo intentaren de imprimir, o vender el dicho libro, ni meterlo impresso para vēder, como dicho es, incurran en pena de quinientos florines de oro de Aragon, diuidideros en tres partes, a saber es, vna para nuestros cofres Reales, otra para vos, y otra para el acusador: y demas de la dicha pena, si fuere Impressor, pierda los moldes y libros que assi huuiere impresso. Mandando con el mismo tenor de las presentes a qualesquier Visoreyes, Lugartinientes, y Capi-

a tanes

tanes generales mios, Portantvezes de general Gouernador, Alguaziles, y otros qualesquier oficiales y subditos nuestros, mayores, y menores en los dichos Reynos de la corona de Aragon, constituydos, y constituyderos, y a sus Lugartinientes y Regentes dichos oficios, so incorrimiento de nuestra yra, e indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragon de bienes del que lo contrario hiziere exigideros, y a nuestros Reales cofres applicaderos, q̃ la presente nuestra licencia, gracia, y prohibiciõ, y todo lo en ella cõtenido, os tengã, guarden y obseruen, tener, guardar, y obseruar hagan, sin cõtradicion alguna, sin dar lugar, ni permitir que sea hecho lo cõtrario en manera alguna, si demas de nuestra yra, è indignacion en la pena susodicha dessean no incurrir. En testimonio de lo qual mandamos despachar las presentes con nuestro sello Real comun en el dorso selladas. Dat. en Madrid a diez dias del mes de Abril, Año del Nacimiento de nuestro Señor Iesu Christo mil seyscientos y siete.

Yo el Rey.

V. Couarruuias. Vic.	V. don Mont. de Guardi. R.
V. Ferro pro Thes. gñli.	V. Monter R.
V. don Ioann. Sabater R.	V. don Phil. Tallada R.
V. don Ios. Banyatos R.	V. Villanueua Cons. gñlis.

Dominus Rex mandauit mihi Augustino Villanueua, uisa per Couarrubias Vic. Ferro pro Thesau. gñli. don Monser. de Guardiola, don Ioann. Sabater, Monter, don Ios. Banyatos, & don Phili. Tallada Regentes Cancellariam, & me Conseruatorem generalem.

In diuers. VI. fol. XCIX.

IVSSV

VSSV supremi Regij Senatus Regni Aragonum, accuratè circumspexi librum Ioannis Baptistæ Valençuela, Pōtificij iuris Doctoris, in defensionem monitorij Pontificis summi, quod aduersus Venetos, auctoritate vicarij seruatoris nostri Iesu Christi promulgatum est: libri Auctor omnigena eruditione præditus, grandi sapientia diuinam Summi Pontificis potestatem tuetur: stabilit namq; omnia sacri eloquij auctoritatibus, sacrorum Conciliorum doctrina, Doctorum Ecclesiæ dictis, simulq; magnorum Theologorum, & Iurisprudentum assertis. Nihil continet liber hic non verum, & non consentaneum doctrinæ sanæ receptæ in Dei Ecclesia. Spero, doctrinam Auctoris grādem vtilitatem allaturam, tam theologis quàm prudentibus iurisconsultis: eaque propter æquum iudico, vt prælo mandetur: in quorum fidem meum nomen subscripsi apud Sanctum Thomam de Madrid Ordinis Prædicatorum. 15. Martij 1607.

Frater Didacus Granero Magister.

PETRVS Genesius Casanoua I.V.D. Præpositus Sedis Valentiæ, suæ Maiestatis cappellanus, pro Illustr. ac Reuerend. domino don Ioanne de Ribera Dei & Apostolicæ sedis gratia Patriacrha Antiocheno, Archiepiscopo Valentino, Regioque Consiliario, &c. in spiritualibus, & temporalibus in dicto Archiepiscopatu officialis & vicarius generalis. Tenore præsentium licentiam & facultatē concedimus typis mandandi, & in hoc Archiepiscopatu Valentino vendendi librum cuius titulus est, Defensio iustitiæ, & iustificationis monitorij emissi, & promulgati per sanctissimum D.N.D. Paulum Papam quintum decima septima die mensis Aprilis anno domini M. DC.VI. aduersus Ducem & Senatum Reipub. Venetorum, super quibusdam statutis & decretis ab eisdem editis contra sanctæ Apostolicæ Sedis auctoritatem, & libertatem ac immunitatem Ecclesiasticā. Auctore Ioanne Baptista Valenzuela Velazquez Hispano, Pontificij iuris doctore, ac iurium Cameræ Apostolicæ in ciuitate & diœcesi Conchensi Subcollectore: quem vidimus, & examinauimus, & nihil in eo contrarium Christianæ religioni reperimus. Dat. Valentiæ die xxviiij mensis Augusti M. DC.VII.

Casanoua.

Michael Ioannes Yuorra
Not. pro Secret.

SAN-

SANCTISSIMO *DOMINO NOSTRO DOMINO PAV-LO* V. PONT. OPT. MAX. *humillimus suæ sanctitatis familiaris.* IOANNES BAPTISTA VALENZVELA VELAZQVEZ *Pontificij iuris Doctor, iuriumq; Cameræ Apostolicæ in Ciuitate, & Diocæsi Conchensi vnicus Subcollector salutem & perpetuam fœlicitatem optat.*



VM ab eo tempore, quo ad dignam tua virtute, & prudentia, rerum, orbisq; administrationem, supremęque tuæ dignitatis fastigium, vocata & electa fuit tua sanctitas, Beatissime Pater, sese continuè, & indefessè in maximis humani generis, sanctęq; Catholicæ Ecclesiæ bonis, cõmodisq; exercuerit, (quæ actiones eiusdẽ summi honoris proprissimę sunt,) nulla in re magis omnium id oculis splenduit, & illuxit, quàm dum paterno affectu, & zelo sanctissimo domus, ciuitatisq; Dei, Sedis Apostolicę auctoritatem, libertatem, & immunitatem ecclesiasticã,

tutatus,& vindicatus es aduersus Ducē,& Senatū Reipublicæ Venetorum,qui suis statutis eam in seruitutem addicere conabantur. Et cum monitoriū ad ipsos per tuam Sanctitatem directum, ad meas peruenisset manus,miratus ipsius pietatem, considerans'q; omni iuri,& rationi cōsonum,iustitiaque vndequaque fulgens, etsi ipsius series externa commendatione non indigens, id mūdo apertissimum faciat,tamen vt famulitij mei nexibus respōderem, gratumque facerem communi voto desiderātium calumnijs rebellium,& contraria temerè sentientiū satisfieri:ad scribendum in ipsius fauorem me contuli,ingratum mihi reputans,non adesse consilijs à tua Sanctitate initis,Christianæ religioni tam commodis, & vniuersali Catholicæ Ecclesiæ tam salutaribus, & opportunis,quibus dignam moliris virtute, sapientia, & dignitate tua rem. Motus sum etiam,quia anxit me,& vehementer solicitum habuit,perspicere opportunum hoc,& aliquando vtile,Christianæ Reipublicæ membrum (huius scilicet Reipublicæ Venetæ) periculoso languore affici, & medicinali sibi adhibita cura non parum indigere;ne dissimulatum,vel neglectum vlcus, in grauiora discrimina serperet,ad vniuersæ Reipublicæ corruptionem. Et licet alij forsan, ingenio & literis perspicaciores eandem causam exarauerint,&

dis-

discusserint, & Principis sui pedibus, gemmas, & purissimum aurum suorum scriptorum obtulerint. Ego Domino meo lucubratiunculas has dicare nō formidaui, vt villicus pauper. Noui enim te, sicut in terris (summa nostri seculi fœlicitate) Christi vicem geris, diligentissimum esse Patrem familias, in exigēda à tuis famulis ratione. Et nolui illius serui nequam similis esse, qui humi effosso, quod vnicum acceperat, talento, meritas Domino pœnas dedit. Sed tuę Sanctitatis benignitate, & clemētia prouocatus, rationem mei officij & muneris reddere. Scio, etenim, quòd licet potestate, & amplitudine, cæteris omnibus qui sub cœlo sunt, antecellas, maiorem tamen vis tuæ humanitatis, quàm potestatis gloriam apparere. Ideo supplex exoro, vt meis ausibus parcas, & propositum, quod mihi scribendi fuit, illud agnoscas; vt animum meum, & summā obseruantiam ergà tuam sanctitatem, & Apostolicam Sedem ostenderem: dignerisque me habere in eorum numero, qui tuæ Sanctitatis saluti, amplitudini, & laudi, omni animi studio sunt dediti, & addicti. Quam Deus omnipotens custodiat, eiusq; rectissima consilia, factaque sibi, & Christianæ Reipublicæ fortunet. Conchæ. VI. Idus Ianuarij. M. DC. VII.

AD LECTOREM.



TSI sciam (curiose lector,) non defuturos aliquos maximè de illis qui terrena sapientes, superbia spiritus elati, aut à recto salutis tramite deuiantes, iurisdictione veluti censoria, pronuntiare solent de iis quæ alij præstiterunt, qui audaciæ mihi tribuant, quod cum ingenio non multum præstem, nec Iurisprudentiæ vltima, & reconditiora, imò nec media, & mediocria meruerim attingere; tantum mihimet tribuam, aut arrogem, vt in ardua & grauissima causa, meum interponere iudicium sim ausus, nec in lucem emittere formidauerim: cum alij maturioris ætatis, & consilij, longo studiorum vsu & experientia, iurisq; & aliarũ artium cognitione, facundiori, fœlicioríque minerua ornati, & aliorum inuentis adiuti, eandem sint prouinciam aggressi. Etsi talibus adiumentis destitutus, & per locum inuium viam aperiens, solo monitorio Sanctissimi D.N. Pauli. V. Ducis vices præstante, eandem subire prouinciam non dubitaui. Non diffidens, imò sperans, meam hãc operam, conatumq; in re honesta valde integris & sanis hominibus esse probandum. Ad quod capessendum testor me nullo modo allectum fuisse innanis gloriolæ causa, nec publicandi ingenij gratiam me produxisse in medium: scio

quippe

quippe hoc Senecam reprobasse: & semper ante oculos habui præceptum illud, quod Delphico oraculo antiquitas tribuit, quo nos ipsos noscere iubemur. Motus fui autem, vt operas meas, quales quales esse possent, pro officij mei munere præstarem in causa tangente Dominum, & communem omnium Sanctissimum spiritualem parentem, cui plura quàm naturali, quilibet nostrum debet recognoscere, & præstare. Et quia tangit etiam Apostolicam sedem, cuius lacte vt à pijssima matre sumus educati. Et quia piorum animorum commune votum esse perspexi, vt præualeat aduersus Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum, qui vt rebelles filij aduersus ipsam, animos, cristasque erigere non erubuerunt, suaue Christi, & Ecclesiæ iugum à suis ceruicibus eijcientes. Ideo non mirum si hæc scripta euulgare voluerim: nam sicut Symmacho teste, hoc scribendi debet sumi principium, quod maximè expetunt vota lecturi: ita ex scriptis in lucem emittendis, debet idem obseruari. Quia tamen in omni opere diuisio, distinctioque in partes non parum ad ipsius operis intelligentiam præstat, istius discursus progressus in octo partes, seu mauis sectiunculas diuidetur. In tribus primis nullitatem, & iniustitiam quam continent decreta, & statuta dictorum Ducis & Senatus Reipublicæ Venetorum ostẽdam. In quarta illegitimam, & iuri aduersam esse capturam, & detentionem Scipionis Sarraceni Canonici Vicentini; & Brandolini Valde-

Lib. 1. epistola. 7.

Plato in charmi. & in Phædr. Macro. li. 1. in somn. Scipi. c. 9.

Lib. 5. epistola. 1.

marini Abbatis de Nerneſſa. In quinta vero legitimum, & iuſtiſſimum eſſe præfatum Monitorium, iuridicaſque ipſius pœnas, & comminationes. In ſexta nullam, & iniquam eſſe appellationem dictorum Ducis, & Senatus interpoſitam ad futurum Concilium, vel Pontificem, eius qui nunc fœliciter præeſt ſucceſſorem. In ſeptima poſſe Summum Pontificem durante inobedientia Venetorum aduerſus ipſos gladio temporali vti, & Principes Chriſtianos conuocare in ſui adiutorium, eoſque ex debito obligationis aſtringi ad defendẽdam Eccleſiæ, & Summi Pontificis cauſam. In octaua & vltima exhortatio ad eoſdẽ Ducem, & Senatum vt à malo deſiſtant, ne mala ipſorum ruinam prænotantia patiantur. Quibus, ni fallor, omnia quæ rem tangunt comprehendentur. Ecce lector optime, & candide, mei conſilij animum, & rationem breuiter aperui, tuum erit omnia æqui, boniq; conſulere: nam ſi grato animo acceperis huiuſmodi opuſculum, alia multa, quæ in promptu ſunt, tui gratia, & ſub tuis auſpicijs in lucem emittam. Hoc autem qua poſſum humilitate ſubijcio, ſicut me ipſum cenſuræ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ, & contra eius ſenſum prolata, irrita, & per errorem inuoluntarium elapſa, pronuntio, & cuiuſuis rectius ſentientis, correctioni ſubijcio. Vale.

PAVLVS

PAVLVS PAPA V.



ENERABILIBVS fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per vniuerſum Dominium Reipublicæ Venetorum conſtitutis, & dilectis filijs eorum vicarijs in ſpiritualibus generalibus, necnon vniuerſis Abbatibus, Prioribus, Primicerijs, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipreſbyteris, Decanis, Plebanis, & parochialium Eccleſiarum Rectoribus, alijſque perſonis in dignate eccleſiaſtica conſtitutis, in eodem Dominio exiſtentibus, tam ſecularibus, quàm quorumuis ordinum, & inſtitutorum regularibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

SVperioribus menſibus ad noſtram & Apoſtolicæ Sedis audientiam peruenit, Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum, in eorum conſilijs plura, ac diuerſa decreta, tum ſedis Apoſtolicæ auctoritati, & Eccleſiaſticæ libertati, ac immunitati contraria; tum generalibus concilijs, & ſacris canonibus, necnon Romanorum Pontificum conſtitutionibus repugnantia ſtatuiſſe. Et inter cętera ſub die XXIII. menſis Maij anni M. DC.II. ſumpta occaſione ex quadam lite, ſeu controuerſia inter Doctorem Franciſcum Zabarellam ex vna, & monachos monaſterij de Praglia nuncupatos ordinis ſancti Benedicti cõgregationis Caſsinen. alias ſanctæ Iuſtinæ de Padua, in Diœceſi Paduana ex altera partibus vertente, in eorum conſilio ſtatuiſſe, non ſolùm, vt dicti Monachi, tunc aut deinceps vllo vnquam tempore actionem per quam ſub quouis titulo, aut colore, in bonis eccleſiaſticis emphyteoticis à laicis poſſeſsis præferrentur, pretendere, ac etiam iure prelationis, ſeu conſolidationis, directi cum vtili dominio, aut extinctionis, lineæ in primis inueſtituris comprehenſæ, aut alia quauis cauſa bonorum prædictorum proprietatem vendicare ſibi minimè poſſent, ſed tantummodo ius directi Dominij illis preſeruatum eſſet: verum etiam vt id ipſum quo ad cæteras omnes perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, & regulares, Monaſteria monialiũ, Hoſpi-

Hospitalia, & alia loca pia in eorum temporali Dominio existentia declaratum, & firmiter deliberatũ censeretur. ET SVB DIE. X. Ianuarij. M. DC. III. ad superiora quædam consilia ab eorum maioribus, vt etiam asserebant habita, respicientes quibus cauebatur: ne quisquam, siue secularis, siue Ecclesiasticus in vrbe Venetiarum, Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, atq; alias religiosas domos, & pia loca sine eorum speciali licencia fundaret, & erigeret, in consilio Rogatorum congregatos iterum decreuisse, vt id eandem in omnibus iurisdictionis eorum locis vim obtineret. Et præterea exilij, ac perpetui carceris, & publicationis fundi, venditionisque ędificij contra secus facientes pœnam edixisse. VLTERIVS, eosdem Ducem & Senatum die. XXVI. mensis Mrtij anni. M. DC. V. inhærentes alteri decreto anno M. D. XXXVI. ab eodem Senatu facto, in quo, vt asserebant, erat expresse prohibitum, ne quis sub certis in illo contentis pœnis in vrbe Venetiarum, eiusque Ducatu, bona immobilia ad pias causas testamento, seu donatione inter viuos relinqueret, aut alio quouis titulo alienaret, siue ad earum fauorem, vltra tunc expressum tempus obligaret. (quod in illum vsque diem, vt ibi etiam dicebatur, vsu receptũ, & obseruatum non fuerat) nõ modo iterum id vetuisse, sed expresse etiam prohibuisse, ne bonorum eiusmodi immobilium alienationes in fauorem personarũ ecclesiasticarum sine Senatus prædicti licentia fierent: ac insuper decretum ipsum, & pœnas in eo contentas per vniuersum eorum Dominium extendisse, & per Rectores, & potestates, ciuitates, & locorum sui Dominij publicari fecisse, atq; bona immobilia omnia, quæ cõtra præmissorum formam vẽdi, aut quouis modo alienari contingeret, vltra nullitatis pœnam publicari, & vendi, eorumq; pretium inter Rempublicam ipsam, Magistratum exequentem, & eius ministros, ipsumq; denunciatorem diuidi mandasse, & aliàs pro vt in decretis, & mandatis Ducis, & Senatus prędictorum, latius dicitur contineri. AC PRAETEREA eosdem Ducem & Senatum Scipionem Sarracenum, Canonicum Vicentinum, & Brandolinum Valdemarinum Foroiuliẽsem Abbatem Monasterij, seu Abbatiæ de Neruesa, Taruisinę Diœcesis personam in dignitate ecclesiastica constitutam, ob quædam prætensa crimina, in ciuitate Vicentina, & alibi per illos

illos (vt dicebatur) commissa, carceri mancipasse, & mancipatos detinuisse, sub prætextu quod eis hæc facere liceret inter alia ob quædam ipsis Duci, & Reipublicę à quibusdam Romanis Pōtificibus prædecessoribus nostris concessa (vt asserebant) priuilegia. Cumque præmissa in aliquibus Ecclesiarū iura etiā ex contractibus initis ipsis Ecclesijs competentia auferant, ac prætereà in illis, & alijs sedis Apostolicæ, ac nostræ auctoritati, & Ecclesiarum iuribus, & personarum ecclesiasticarum priuilegijs præiudicium inferant, ipsamq; libertatem & immunitatem ecclesiasticam tollant, ac ea omnia in ipsorum Ducis, & Senatus perniciem, & scandalum plurimorum tendant. Et cum ij qui supra dicta, ac similia edere & promulgare, illisq; vti ausi sunt, in censuras ecclesiasticas, à sacris canonibus, generalium conciliorum decretis, & Romanorum Pontificum constitutionibus inflictas, necnon etiam priuationis feudorum, & bonorum, si quæ ab ecclesijs obtinent, pœnam eo ipso incurrerint, à quibus censuris, & pœnis non nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente absolui, & liberari possint: ac prætereà inhabiles, & incapaces sint, qui absolutionis, & liberationis beneficium consequantur, donec editas leges, nouis edictis atq; decretis sustulerint, omniaq; inde sequuta reipsa in pristinum statum reintegrauerint. Cumque etiam Dux, & Senatus prædicti post plures paternas nostras monitiones, à multis mensibus citra eis factas, adhuc decreta, & edicta præfata non reuocauerint, ac eosdem Canonicum Sarracenum, & Abbatem Brandolinum carceratos detineant, & illos venerabili fratri Horatio Episcopo Hieracensi, nostro, & Apostolicæ sedis apud eos Nuncio, vt debebant, non consignauerint. N O S qui nullo pacto ferre debemus, vt ecclesiastica libertas & immunitas, nostraq; & sedis Apostolicæ authoritas violetur, & contemnatur, inhærentes plurium generalium conciliorum decretis ac vestigijs, reue. memo. Inno. III. Honorij III. Gregorij IX. Alexandri. IIII. Clementis quarti, & Martini etiam IIII. Bonifacij. VIII. Bonifacij. IX. Martini. V. & Nicolai. V. & aliorum Romanorum Pōtificum prædecessorum nostrorum, quorum aliqui similia statuta, aliàs contra libertatem ecclesiasticam edita, tanquam ipso iure nulla, inualida, & irrita reuocarunt, ac nulla, inualida, & irrita esse decreuerunt, & declararunt,

uant,& aliqui contra similium edictorum statutarios, & alios ad excommunicationis promulgationem, necnon ad alia infrascripta, seu eorum aliqua deuenerunt, habita cum venerabilibus fratribus nostris. S.R.E. Cardinalibus matura consultatione; de ipsorum consilio, & assensu, licet supradicta decreta, edicta, & mandata ipso iure nulla, inualida, & irrita sint, ea nihilominus ipso iure adhuc de nouo nulla, inualida, & irrita, nulliusq; roboris & momenti fuisse, & esse, & neminem ad illorum obseruantiam teneri, per præsentes decernimus, & declaramus. Et insuper authoritate omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, ac nostra, nisi Dux & Senatus prædicti, intra viginti quatuor dies à die publicationis præsentium in hac alma vrbe facienda computandos, quorum primos octo pro primo, octo pro secundo, & reliquos octo pro tertio, & vltimo, ac peremptorio termino, & pro monitione canonica illis assignamus, prædicta decreta omnia & in illis contenta, & inde sequuta quęcunque, omni prorsus exceptione, & excusatione cessante publicè reuocauerint, & ex eorũ archiuijs, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus decreta eiusmodi annotata reperiuntur, deferi & cassari, & in locis eiusdem Dominij vbi promulgata fuerunt, reuocata, deleta, & cassa esse, neminemque ad illorum obseruantiam teneri publicè nunciari, ac omnia inde sequuta, in pristinum statum restitui fecerint, & vlterius nisi à similibus decretis contra libertatem, immunitatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam, ac nostram, & sedis Apostolicæ authoritatem, vt pręfertur facientibus edendis, & respectiuè faciendis in posterum cauere, & penitus abstinere, permiserint; ac nos de reuocatione, deletione, cassatione, nunciatione, restitutione, ac promissione prædictis certiores, reddiderint. Et nisi etiam prædictos Scipionem Canonicũ, & Brandolinum Abbatem prædicto Horatio Episcopo, & Nuncio, cum effectu consignauerint, seu consignari fecerint, ipsos tunc & pro tempore existentem Ducem & Senatum Reipublicæ Venetorum, statutarios, & eorum fautores, consultores, & adhærentes, & eorum quemlibet, etiam si non sint specialiter nominati, quorum tamen singulorum nomina & cognomina præsentibus pro expressis haberi volumus, ex nunc prout ex tunc, & è contra, excommunicamus, & excommuni-

muni-

municatos nunciamus,& declaramus,à qua excommunicationis sententia, præterquam in mortis articulo constituti, ab alio quàm à nobis,& Romano Pontifice pro tempore existente,etiam prætextu,cuiuscunque facultatis,eis,& cuilibet illorum,tam in genere quàm in specie, pro tempore desuper concessæ,seu concedendæ,nequeant absolutionis beneficium obtinere. Et si quempiam eorum tanquam in tali periculo constitutum,ab eiusmodi excommunicationis sententia absolui contigerit, qui postmodum conualuerit, is in eandem sententiam reincidat eo ipso,nisi mandatis nostris,quantum in se erit,paruerit. Et nihilominus si obierit, post obtentam huiusmodi absolutionem,ecclesiastica careat sepultura,donec mandatis nostris paritum fuerit. Et si dicti Dux, & Senatus per tres dies post lapsum dictorum viginti quatuor dierum excommunicationis sententiam animo (quod absit) indurato sustinuerint, sententiam ipsam aggrauantes,ex nunc pariter pro vt ex tunc ciuitatem Venetiarum,& alias ciuitates,terras, opida,castra, & loca quæcunque, ac vniuersum temporale dominium dictæ Reipublicę,ecclesiastico interdicto supponimus,illáq; & illud supposita esse nunciamus,& declaramus; quo durante,in dicta ciuitate Venetiarum,& alijs quibuscunque dicti dominij ciuitatibus,terris,oppidis,castris,& locis,illorumque Ecclesijs,ac locis pijs,& oratorijs etiam priuatis, & domesticis capellis, publicè nec priutatim, missæ tã solemnes, quàm nõ solemnes, aliaq; diuina officia celebrare possint, præterquam in casibus à iure permissis. Et tunc in ecclesijs tantum,& non alibi, & in illis etiam ianuis clausis,non pulsatis campanis, ac excommunicatis,& interdictis prorsus exclusis:neque aliter quæcunque indulta,& priuilegia Apostolica quo ad hoc quibuscũque tam secularibus,quàm regularibus Ecclesijs,etiam quãtumcunque exemptis, & Apostolicæ sedi immediatè subiectis, etiam si de ipsorum Ducis, & Senatus iure patronatus, etiã ex fundatione & dotatione, aut etiam ex priuilegio apostolico existant: aut etiam si tales sint, quæ sub generali dispositione non comprehendantur,sed de illis specialis, & indiuidua mentio habẽda sit,Monasterijs,ordinibus etiam mendicãtium, aut institutis regularibus, eorumque primicerijs,prælatis, superioribus, & alijs quibuscunque, etiam particularibus personis, aut pijs locis,& oratorijs etiã domesticis,ac capellis priuatis, vt præ-

fertur in genere,vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis hactenus concessa,& in posterum concedēda, vllatenus suffragentur,ac vlterius eosdem Ducem,& Senatum,& quemlibet eorum,non solum Reipublicę,sed etiam priuato nomine, si aliqua bona ecclesiastica in feudum,seu aliàs quouis modo à Romana,aut vestris,seu alijs Ecclesijs concessa obtineant, illis feudis, & bonis, nec non etiam omnibus & quibuscunque priuilegijs, & indultis in genere,vel in specie,in quibusdam videlicet casibus, & delictis,contra clericos procedendi, illorumque causas certa forma pręscripta cognoscendi,à Romanis Pōtificibus prædecessoribus nostris illis forsan quomodolibet, cōcessis ex nunc similiter,prout ex tunc,& è contra,priuamus,ac priuatos fore & esse nūciamus,& decernimus. Et nihilominus, si ipsi Dux & Senatus, in eorū contumacia diutius perstiterint indurati, censuras, & pœnas ecclesiasticas contra illos, eisque adhærentes, & in præmissis quouis modo fauentes, aut auxilium,consilium, & fauorem præstantes, etiam iteratis vicibus aggrauandi, & reaggrauandi,aliasq; etiam pœnas contra ipsos Ducem & Senatum declarandi; & ad alia opportuna remedia, iuxta sacrorum canonum dispotionem contra eos procedendi facultatem nobis, & Romanis Pontificibus, successoribus nostris, nominatim, & in specie reseruamus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,nec non priuilegijs,indultis, & literis Apostolicis, eidem Duci,& & Senatui,aut quibusuis alijs personis,in genere,vel in specie, præsertim, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint,per literas Apostolicas non facientes plenā,& expressam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē, ac aliàs sub quibuscunq. tenoribus,& formis,& cū quibusuis etiā derogatoriarum derogatorijs,alijsq; efficacioribus,& insolitis clausulis,ac irritantibus,& alijs decretis,ac in specie cū facultatibus absoluēdi in casibus nobis.& Apostolicæ Sædi reseruatis,illis quouis modo per quoscunque Romanos Pontifices, ac nos,& Sedē Apostolicā in contrariū præmissorū concessis, cōfirmatis,& approbatis. Quibus omnibus,& singulis,& aliis suprà expressis,eorū tenores præsentibus pro expressis habētes, hac vice dūtaxat,specialiter,& expressē derogamus, cæterisq; cōtrarijs quibuscūque. Vt autē pręsentes nostræ literæ ad omniū maiorē notitiā deducantur, vobis, & cuilibet vestrum per

easdem

eadē præsentes cōmittimus,& in virtute sanctæ obedietiæ,& sub Diuini interminatione iudicij, nec non sub interdicti ingressus Ecclesiæ,ac suspensionis à Ponti ficaliū exercitio ac fructuū mensarū Patriarchaliū, Archiepis. opaliū,& Episcopaliū perceptione,quo ad vos fratres Patriarchæ, Archiepiscopi,& Episcopi,ac etiā priuationis dignitatū,beneficiorū,& officiorū Ecclesiasticorū quoruncunq. quæ obtinueritis,ac etiā vocis actiu æ & passiuæ, ac inhabilitatis ad illa, & ad alia in posterū obtinenda.Quo ad vos filij vicarij,& alij supradicti,eo ipso incurrendis, alijsque arbitrio nostro infligendis pœnis districtè præcipiendo manda nus,vt per vos,vel alium,seu alios,præsentes literas postquā eas receperitis, seu earū notitiā habueritis, in vestris quisque ecclesijs dum maior in eis populi multitudo, ad diuina conuenerit,ad maiorē cautelam solemniter publicetis,& ad Christi fideliū notitiā deducatis; nec non ad earundē Ecclesiarū vetrarū valuas affigi, & affixas dimitti faciatis. Et vlterius volumus,vt præsentium trāsumptis, etiam impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides vbique habeatur,quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ,vel ostensæ Quodque eædem præsentes,siue illarū exēpla, etiam vt præfertur impressa, ad Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum,& Cancellariæ nostræ apostolicæ valuas,& in acie campi Floræ,vt moris est,affixę,& publicatæ, eosdem Ducem, & Senatum, ac alios quoscunque prædictos,vosq; etiam vniuersos & singulos respectiuè perinde afficiant,ac si eorum,ac vestrum cuilibet personaliter directæ,intimatæ, & præsentatæ fuissent. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die. xvij. Aprilis. M. DC. VI. Pontificatus nostri anno primo.

M. Vestrius Barbianus.

ANno à natiuitate.D.N. Iesu Christi M.DC.VI. indictione quarta,die verò.xvij.mensis Aprilis,Pontificatus sanctissimi in Christo Patris.& D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ.V.anno eius primo, suprad.ctæ literæ earumq; exempla impressa,affixa,& publicata fuerunt ad valuas Ecclesiæ Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum,& Cancellariæ Apostolicæ,nec non acie Campi Floræ vt moris est.per nos Christophorum Fondatum,& Ioannem Domenicum de Pace Apostolicos cursores.

Petrus Aloysius Peregrinus cursorum Magister.

AD S. D. N. PAVLVM V. P. M. de ſuſcepto contra Venetos cleri patrocinio.

AGgreditur Venetus temeraria cœpta Senatus,
Atque idem in ſuperos impia bella mouet.
Huius ab Imperio premitur ſacer ordo, ſubitq.
Tempore quod nullo pertulit ante iugum.
Fecerat immunem diuina potentia, tentat
Subdere mortalis, debiliorq. manus.
Tela parat, quid enim metuam manifeſta fateri,
Et clero, atque ipſi tela inimica Deo.
Nimirum vt vaſta ſublati in mole Gigantes
Tentarunt ſupero pellere ab axe Deos.
Sic iſte aërios montes Ventoſaq. tollit
Exitio autori ſaxa futura ſuo.
Nam veluti cœptis audacibus obuius olim
Iupiter in præceps monſtra ſuperba dedit.
Sic Paule, infenſis conatibus obuius, acri
Pectore debilitas impia tela pius.
Et quos ſuſtulerāt Erebi ſpiracula montes,
In ſpeciem grandi pondere, req. leues.
Hos tu Paule, alio melior ſpiramine difflas,
Nimirum melior ſpiritus alter agit.
Spiritus hic Sanctus, quiq. æthera temperāt idem
Qui te in ſublimi quam regis arce, regit.
Fecit vt exanimis vita ſacer ordo recepta
Spiret ab afflatu, maxime Paule, tuo.
Te viuente viget, te vindice ſe tibi rurſus
Vendicat, imo ſe vendicat ipſe ſibi.
Viue igitur, fideiq. diu rege victor habenas;
Soſpes erit, nam te ſoſpite noſtra ſalus.

MAGI-

MAGISTRI HIERONYMI ROMANI
Higuera Toletani sacerdotis ex societate Iesu carmen ad S. D. N. Paulum V. Pont. Opt. Maximum.

QVatuor insignes Paulos tulit aurea Roma:
In quibus & Quinti tu quoq. nomen habes.
Horum tres, soboles Romæ sed gloria mundi,
Inter eos lampas ceu noua Paule micas.
Paulus enim primus diuinum pectore Paulum
Pluribus, & monitis, & pietate refert.
Alter item Paulus Veneta de gente profectus,
Te decorat varijs inclyta Roma, modis.
Tertius & Paulus Romano sanguine cretus,
Longæuus, prudens, præsul & ille fuit.
Quid memorem quartum, cuius fama optima Paulum
Vrbs hunc Pontificem Parthenopea dedit.
Hic fuit excelsa discrimina ad omnia mente,
In bello armipotens, inq. quiete parens.
Tu quoque Paule sacer fœlici sydere Quintus
Diceris in gremio natus & vrbis honos.
Alternat quoq. Roma suos pulcherrima Paulos
Alternis vicibus faustius nomen erit.
In pretio est impar numerus Deus impare gaudet,
Et numero Paulos calculus impar habet.
Tu primus monitis, benefactis ipse secundum
Exprimis, vt viuas, tertius esto, diu.
Quartus es excelso subeunda ad maxima Paulus
Pectore belligerans ipse quietis amans.
Quicquid enim magni Pauli gessere priores,
Vnus obis, Paulos Paulus & ipse præis.
Non ego contulerim Fabijs te maxime Paule,
Non Paulo Aemilio, maior enim Aemilio es.
Lectæ acies eius pugilumq. exercitus omnis
Hostiles cogunt vertere terga manus.
Maior Paule tua est virtus, vt gloria maior,
Vis fugat aduersos nominis vna tui.

Adria testis erit subito tremefacta tumultu,
Audito Pauli nomine victa iacet.
In te diuinas voces, in te audit Olympum
In sua terribiles damna mouere manus.
Namq. anathema quid est aliud, quàm fulmina cœli,
Fulmina sed Pauli iure retortà manu.
Cessit at Illyricum Paulo, Venetiq. dedent
Paulo nectendas iusta sub æra manus.
Quid (dicunt) agimus? volumus num fœda deinde
More Giganteo bella mouere Ioui?
Non ita parendum est, Paulo tribuamus honorem,
Immo Deo, cuius sustinet ille vices.
In Pauli Cœlum valida ceruice recumbit,
Cuius iussa libens naufraga terra capit.
Paulisper pateris subditam efferuescere bilem,
Quia posita populus paret vt ante tibi.
Supplicibus parcis clemens, frangisq. superbos,
Sic Dux bellipotens, pacificusq. parens.
Viue diu Quinte, & populos in pace guberna:
Quos tibi dat Christus iam rege Paule diu.
Te supera, fama melior, virtutibus idem
Vt superes Paulos quatuor ipse tuos.
Primum Roma locat superum, sed io ordine Paulum
Te quoq. cælicola fac locet inde duos.
Paule precor tibi, quod vates erat ante precatus,
Viue piè vt solitus, viue diu, vt meritus.

Ad auctorem Carmen eiusdem.

NOn ego laudo tuos, celeber Baptista, labores,
Concilias laudem fœtibus ipse tuis.
Est satis esse tuos, vt viuant, & in ore ferantur
Doctorum, volitent & foris, atq. domi.
Hoc dixisse iuuat, nam cætera maxima norunt,
Et Tagus & Ganges forsan & Antipodes.
Nam pelagi propetante Tago se condere fluctu,
Fama per Eoos, occiduosq. volat.
Vero fama minor cecinet præconia laudum,
O felix tanto fama ministerio.

ALPHONSI

ALPHONSI VALLEIO CONCHEN. in S. D. N. Paul. V. Pont. Optim. Maximum.

MAxime Paule, decus, dux, & pater vrbis, & orbis,
Belliger excellens, inclyte magnanime,
Clauiger alme poli, populorum summe Sacerdos,
Princeps Romulei, gloria rara soli.
Dum pax blanda fauet Salomon, Iosuëus in armis,
Dignus cui rapidam sistat Apollo facem.
Quid parat aduerso te contra insistere bello
Adria gens tumido non bene nixa mari?
Non facit vt patrũm collo iuga capta retundat.
Quid simile vt nemo tentet, illa facit.

ANTONII MARTINII MIOTA bonarum artium professoris in laudem Auctoris.

LEgiferam Cererem quondam cecinere Sicani
Legibus increuit Sparta Lycurge tuis.
Reddiderat Cecrops cultrices legis Athenas,
Aeacus Eginam lege repressit adhuc.
Legibus indomitas vrbis Numa rexerat arces.
Sumissæ Thebæ lege Draconis erant.
Quæ si forte tuum nouissent splendide Doctor
Ingenium, reliquos deseruisset honos.
Vnum præ multis caneret te fama disertum,
Pontificis partes quod tueare pij.
Quem vitæ candor, iuris prudentia, mores,
Copia linguarum, nobilitasq. probat.
Pinifer ergo sucro Conchæ celeberrimus amnis
Inter semideos hunc venerare virum.
Immo quicquid habet latium, vel Grætia quicquid
Non satis vt laudet iure Valentiolam.

R. P.

R. P. IOANNIS DE LA CERDA Religiosi Presbyteri è Societate Iesu ad Paul. V: Ponti. Maxim. epigramma.

TE moderante Ratem Antistes sanctissime, nullas
Horrescit Pelagi per vada salsa minas.
Aequore tuta quies, nullis agitata procellis
Lentescit stagnans, otia pontus agit.
Adria sæuierat Veneto turbante tumultu,
Sustulerant vires fluctus, & aura suas.
Te Rectore feros posuerunt æquora motus,
Cura potest quantum prouida Pontificis.

IOANN. BAPTISTAE VALLESTEROS Presbyteri Conchen. Philosoph. Licen. ac sacræ Theologiæ professoris in Author. laudem.

HOstibus occurrere, & duro vincere ferro,
Magna fuit semper gloria militibus.
Pelagus sed Canonum, & sacri fulmina Iuris
Iungere qui nouit, non mediocre sapit.
Docta Valentiolæ connectit pagina vtrumq;
Commiscens doctis mellea verba suis.
Iuribus Lycurgus, facundo Tullius ore
Videris esse, hincque laurea parta duplex.
Sic profugam Petri Nauem defendis ab vndis,
Tutaris, Summi Iuraq; Pontificis.
Perge precor fœlix, coniunge trophæa trophæis,
Hostes Ecclesiæ vincere voce tua.
Intrepidus intra Petri Nauale per vndas
Ducere, non æquore vincitur illa Rates.
Grande opus aggrederis: sed tandem digna laborum
Petri dabit Petra præmia pro meritis.

SVM-

SVMMARIVM PRIMAE PARTIS.

1 *RERVM agendarum dicendi, & scribēdi initiū debet à precationibus incipere.*

2 *Statuta facere, est de lege iurisdictionis.*

3 *Ad quemcunque actum potestas legitima requiritur.*

4 *Potestatis defectu dato, nil prodest statuti iustitia, vel rationabilitas.*

5 *Statutum factum à non habente potestatem est nullū.*

6 *Statutū laicorū non potest de ecclesiasticis disponere.*

7 *Statuta Ciuilia super rebus Ecclesiæ non ligant.*

8 *Ciuitas non potest statuere in præiuditium culminis imperialis.*

9 *Ecclesia fungitur vice imperij, & est maior ipso.*

10 *Ecclesia est mater imperij.*

11 *Statutum laicorum non potest ligare ecclesiasticas personas.*

12 *Ecclesiasticæ personæ non sunt subditæ dominio laicorum.*

13 *Statui nihil potest in non subditum.*

14 *Statuta laicorū si noceant ecclesiasticis, nō ligāt eos.*

15 *Laici habent odiosam naturam in clericos.*
16 *Proprietas rerum Ecclesiæ Dei est.*
17 *Bona Ecclesiæ dicuntur patrimonium Christi.*
18 *Deo semel dicata non debent ad alios vsus conuerti.*
19 *Res sacræ, & Deo dicatæ in nullius sunt commercio.*
20 *Magis meriti non debent esse deterioris conditionis quàm minus meriti.*
21 *Ecclesiasticarũ rerũ alienatio omni iure prohibetur.*
22 *Alienans rẽ Ecclesiæ potest cõtra alienationẽ venire.*
23 *Alienationis nomine continetur datio in feudum.*
24 *Alienationis nomine venit concessio in emphyteosim.*
25 *Emphyteosis renouatio prohibetur.*
26 *Emphyteosis Ecclesiæ non transit in fiscum.*
27 *Emphyteota & eius hæredes debent seruare pacta inuestituræ.*
28 *Bona emphyteotica cadunt in commissum ob canonẽ non solutum.*
29 *Conductor expellitur à conductione, si per biennium non soluit.*
30 *Ecclesia non tenetur renouare emphyteosim, si res incidit in commissum.*
31 *Renouare emphyteosim, pẽdet à liberalitate domini.*
32 *Verbum* gratia *importat liberalitatem.*
33 *Ecclesia emphyteoticum prædium ad se reuersum retinere potest.*
34 *Emphyteosis alienata sine consensu Domini cadit in com-*

commissum, & num. 35.

36 *Feudum alienatum à vassallo irrequisito Domino reuertitur ad eum, non ad agnatos.*

37 *Emphyteosis ecclesiastica solum præsumitur concessa vsque ad quartam generationem.*

38 *Generationes in prima inuestitura cõprehẽsæ si finiãtur, res redit ad dominum, maximè si sit Ecclesia.*

39 *Feudum redit ad dñm mortuo vassallo sine hærede.*

40 *Descendentia finita, Ecclesia potest retinere emphyteosim.*

41 *Verbũ* liberè, *importat omnimodã libertatẽ faciẽdi.*

42 *Ecclesia in omnibus casibus quibus ad ipsam emphyteosis reuertitur, potest eam retinere: nec compellitur renouare, aut à se eiicere.*

43 *In conflictu opinionum tenenda est illa, quæ fauet Ecclesiæ.*

44 *Ecclesiis multum fauent iura.*

45 *Magna est ratio, quæ pro religione facit.*

46 *Interpretatio facienda est vt emphyteosis citius redeat ad Ecclesiam.*

47 *Monasteria licitè habere possunt bona immobilia.*

48 *Ecclesiasticæ personæ non minus merentur, quàm seculares.*

49 *Pia loca æquiparantur Ecclesiis in fauorabilibus.*

50 *Ius reuersæ emphyteosis non aufertur ab Ecclesia inuita.*

51 *Grauis est conditio, quæ inuitis nobis imponitur in re nostra.*

52 *Damnum infert, qui lucrum radicatum aufert.*

53 *Res ad suam naturam reuerti desiderat.*

54 *Res de facili reuertitur ad suam naturam.*

55 *Statuta quæ auferũt Ecclesiis, quæ iure cõmuni ipsis competunt, sunt contra libertatem ecclesiasticam.*

56 *Fortius est quod iure communi, quàm quod speciali competit.*

57 *Laicorum statuta non extenduntur ad bona emphyteotica Ecclesiæ.*

58 *Emphyteotica bona Ecclesiæ non tenentur ad collectam communis.*

59 *Laicorum statuta arctatiua, aut grauamen inducentia non ligant Ecclesias, nec personas ecclesiasticas, nec eorum bona.*

60 *Statutum, quod secundario est cõtra libertatem Ecclesiæ, non valet.*

61 *Statutũ, quòd vadens ad molendinũ Ecclesiæ soluat aliquid, aut quòd nõ vendatur Ecclesiæ, nõ valet.*

62 *Vendere non debet quis compelli inuitus.*

63 *Statuta laicorum super possessionibus Ecclesiarum, aut feudis, & similibus, dicuntur contra libertatem ecclesiasticam.*

64 *Statutum, quod Ecclesia teneatur possessiones suas vendere, aut alio modo alienare, nullum est.*

Clerici,

51 *Grauis est conditio, quæ inuitis nobis imponitur in re nostra.*

52 *Damnum infert, qui lucrum radicatum aufert.*

53 *Res ad suam naturam reuerti desiderat.*

54 *Res de facili reuertitur ad suam naturam.*

55 *Statuta quæ auferũt Ecclesiis, quæ iure cõmuni ipsis competunt, sunt contra libertatem ecclesiasticam.*

56 *Fortius est quod iure communi, quàm quod speciali competit.*

57 *Laicorum statuta non extenduntur ad bona emphyteotica Ecclesiæ.*

58 *Emphyteotica bona Ecclesiæ non tenentur ad collectam communis.*

59 *Laicorum statuta arctatiua, aut grauamen inducentia non ligant Ecclesias, nec personas ecclesiasticas, nec eorum bona.*

60 *Statutum, quod secundario est cõtra libertatem Ecclesiæ, non valet.*

61 *Statutũ, quòd vadens ad molendinũ Ecclesiæ soluat aliquid, aut quòd nõ vendatur Ecclesiæ, nõ valet.*

62 *Vendere non debet quis compelli inuitus.*

63 *Statuta laicorum super possessionibus Ecclesiarum, aut feudis, & similibus, dicuntur contra libertatem ecclesiasticam.*

64 *Statutum, quod Ecclesia teneatur possessiones suas vendere, aut alio modo alienare, nullum est.*

Clerici,

65 *Clerici, & personæ ecclesiasticæ non possunt cogi alie nare bona sua.*

66 *Ecclesia non ponit extra manum emphyteosim laici ad ipsam translatam.*

67 *Monasteriũ regulariter adquirit omnia bona ingressi.*

68 *Statutm prohibens monialem succedere, non valet.*

69 *Iura sanguinis, dispositione iuris non mutantur.*

70 *Per ascensionem ad altiorem gradum, non amittun tur iura.*

71 *Imperator non potest tollere legem Papæ.*

72 *Principum constitutiones ecclesiasticis legibus postpo nuntur.*

73 *Papæ constitutiones destruens, punitur vt fautor hæ reticorum.*

74 *Papa solus habet potestatem in tangentibus Eccle- siam, & eius priuilegia.*

75 *Libertas ecclesiastica violatur eo ipso, quòd laici de rebus Ecclesiæ disponunt.*

76 *Statuta, quæ qualitercunque lædunt Ecclesiam, aut eius libertatem, sunt nulla ipso iure.*

77 *Statutum, & pracmatica sanctio Venetorum de inue stitura renouanda, nullum est.*

78 *Statutum Dominij Venetorum, vt sacrati viri distra- hãt prædiarias res, est nullum, & iniustum.*

PARS PRIMA.

OSTENDENS DVCEM, ET SENAtum Venetorum potestate caruisse statuendi, super Ecclesiarum, & Monasteriorũ, & piorum locorum immobilibus rebus: nullumq. esse, & contra libertatem Ecclesiasticam ipsorum statutum, eosdem arctans ad alienandum dicta bona, aut renouandum emphyteosim ad eos reuersam aliquo de casibus in iure, aut in inuestitura comprehensis, ponendo extra manum dominium vtile, retento tantummodo directo.



1 VM non solùm Primicerij nostrorum Christianorum, rerum agendarum, dicendi, ac scribendi, initium à precationibus sumi debere asserant: inter quos Christianus Philosophus, & grauissimus antistes Synesius epistola. 13. & Tertullianus aduersus Praxeam sub initio, & libro de testimonio animæ in principio, & in Apologetico aduersus gentes. c. 17. quia sine Dei ope, consilio, & honore, nihil ritè, nihilq. prouidenter homines auspicari queunt, teste Plinio in Panegyrico ad Trajanum, & Platone in Timæo: sed etiam Cæsares hoc nobis in exemplum, & documẽtum proponant. l. in nomine Domini. C. de officio præfecti prætorio Africæ. authẽ. quomodo oporteat Episcopos, & authen. de armis, in principio, hoc sequentes: magnum Deum, & seruatorem nostrum Iesum Christũ, & eius auxilium inuocantes, sequentem tractatione aggredimur, promissum ordinem seruaturi.

Quàm iniustum, & irrationabile sit statutum factũ per dictos Ducem, & Senatũ Reipublicæ Venetorum die. xxiij. mensis Maii

Anni

Anni. M DC II. etsi nulla demonstratione, aut probatione indigeret, apparebit sequentibus.

PRIMO, quia dictum statutum vim suam directò, & in odium dirigit, non solùm monasterij, & monachorum de Praglia ordinis Diui Benedicti congregationis Casinensis; sed etiam aliorum monasteriorum, & piorum locorum, ac ecclesiasticarum personarum, intra temporale dominium ipsorum consistentium, priuando ipsos iure sibi competenti, reuocandi, & retinendi bona immobilia, ab ipsis emphyteusis titulo & nomine concessa, si aliquo casu legitimo, & in iure permisso ad ipsos reuerti contingeret: & ita nullum est dictum statutum ex potestatis, & iuris-
2 dictionis defectu. Statuta † namque facere, est de lege iurisdictionis. l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. c. canonum statuta. vbi DD. de constitutionibus. authen. de defensoribus ciuitatum. §. 1. collatione 3. glo. in. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudi. Bal. in. l. 1. nu. 10. C. de emancipatio. libero. Abbas in cap. cum consuetudinis. nu. 6. de consuetudi. Andre. Siculus consil. 30. nu. 2. lib. 3. & consil. 29. nu. 4. 19. & 63. lib. 4. Roman. cons. 218. nu. 2. Paul. Fuscus lib. 1. de visita. c. 33. nu. 2. Franc. Marcus quæstio. 804. n. 1, & 2. Ioan. Gutier. lib. 1. canon. qq. c. 4. n. 7. & ita qui non habet potestatem in res, aut personas, de quibus intendit statuere,
3 nihil facit. Nam † ad quemcunque actum legitimum inter alia debet legitima potestas præcedere, secundum Philosophum. 9. Metaphysicorum. cap. cum super. de officio, & potest. iudic. delegati. l. cùm te. 9. C. de donatio. ante nuptias. l. nolle. ff. de adquiren. hæredi. Gallecus de cognatione spirituali. c. 3. n. 41. & sequenti,
4 dicens. † Quòd dato potestatis defectu in statuente, nihil potest operari rationabilitas, vel iustitia statuti. c. Ecclesia, de constitutionibus. c. series, de testib. Aldobrandinus in §. sed & quod Principi. nu. 34. inst. de iure naturali, gentium, & ciuili. Et in tantum
5 hoc est verum, quòd † statutum factum à non habente potestatē, sit ipso iure nullum. l. finali. ff. de iurisdictio. omni. iudic. cap. vt animarum, de constitutio. in. 6. Frederi. de Senis. q. 91. incipiente quod pater. nu. 4. vers. præterea. quem sequitur Abb. in. c. quæ in Ecclesiarum. nu. 1. & 10. de constitutio. Maranđa disputat. 8. num. 15.
6 Quòd autem potestas in ipsis deficiat, constat ex eo, † quòd statutum laicorum disponere non valet de ecclesiasticis rebus. c.

Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutio. Lapus allegatio. 92. nu. 7. Redoanus de rebus Ecclesiæ non alienan. rubri. 3. nu. 5. & 7. Cepola consil. crimin. 15. nu. 4. Andr. Sicul. cons. 35. incip. omnipotentem. n. 15. vol. 4. dicés. Quòd sicut laici non possunt iudicare super spiritualibus, & annexis. cap. decernimus. c. quanto, de iudicijs, ita nec statuere. Vnde Symmachus Pōtifex in. 3. Romana Synodo. c. 1. relatus per Gratian. in. c. bene quidem. 96. distinctio. dixit. ***Non licuit laicis, statuendi in Ecclesia præter Romanum Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.*** Quod repetit Innocen. 3. in cap. fina. de rebus Eccles. non alienan. Andr. Siculus consil. 1. nu. 14. vol. 3. Ioan. Vischis tracta. de immunita. Ecclesiarum, in princip. n. 35. concludens ex
7 eodem cap. finali † statuta Ciuilia super rebus Ecclesiæ, nō ligare; & ita apparet, non valere statutum dictorum Ducis, & Reipub. Venetorum.

8 Et confirmatur. † Quia sicut ciuitas nō potest statuere in præiudicium culminis, seu iurisdictionis Imperialis, argum. l. 1. §. fin. ff. de noui operis nuntiatio. l. si peculium. §. fina. ff. de peculio. Ita
9 nec contra Ecclesiam, † quæ iure imperij fungitur, & est maior imperio. authen. vt determinatus sit numerus clericorum. §. 1. collat. 1. authen. quomodò oporteat Episcopos, in principio. c. duo sunt. 96. distinctio. cap. solitæ, de maior. & obedientia. Ioan. Andr. in. c. eos qui. n. 3. de immun. Eccles. lib. 6. Guiller. Benedict. in. c. Raynuntius. verbo, & vxorem. decis. 3. n. 21. vtpote quæ est
10 mater † imperij, Bald. in. l. si patronum. §. si liberta. ff. de in ius vocando. Martinus Laudens. tracta. de Principib. q. 193. Zoanetus tracta. de Romano imperio. n. 171. & seq. Iacobatius tracta. de concilio. lib. 10. artic. 8. nu. 8. Cosmas Gumier. in prooemio pracmaticæ sanctionis. §. quæ quidem. glo. Ecclesiam. gloss. ad constitutio. Siciliæ. pag. 3. col. 2. Et dicti statuti nullitas manifestior fit, inspectis ipsius verbis, quatenus diriguntur nominatim cōtra quascunque personas Ecclesiasticas, tam seculares, quàm regula-
11 res. Cùm certum sit, † statutum laicorū non posse ligare, nec cōprehendere clericos, neque ecclesiasticas personas. dicto c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus. Bald. in. l. Senatores. in additio. nu. 4. ff. de Senatorib. Riminal. in. l. qui se patris. nu. 447. C. vnde liberi. Alexand. cons. 210. vol. 2. Mathesala. singula. 110. n. 80. Boueri. singulari. verbo statutum. nu. 2. Surdus de alimentis.

tit,

titu.2.queſtio.15.nu.61.Albert.Brunus.tracta.de ſtatutis.artic. 6.n.32. Ioann.Baptiſt.Bouius. tracta.de ſtatuaria vrb.præſcrip. glo.19.nu.205. Cornel. Benincaſi.tract.de paupertate. q.8.ſpecia.4.num.49. Lapus allegatio.92.num.7.& allegat.101.nu.27.
12 Maranc.diſpu.8.n.8. Quia † non ſunt ſubditæ ipſorum Dominio Eccleſiaſticæ perſonæ, vt benè reſoluunt Aluarot.in titulo de ſtatutis,& conſuet.contra lib.Eccle.§.ſtatuimus.num.1. Caſtallius in tracta.de Imperatore.q.101.nu.1. Cephal.conſil.53.num.38. lib.1.Ripa.in.l.filius familias.§.Diui.n.83.ff.delegat.1. Et regu-
13 la certiſsima iuris eſt, † nihil ſtatui poſſe in non ſubditum, nec ſubiectum. c.2.de conſtitutio.in 6. dicto.c. Eccleſia Sanctæ Mariæ.c.ſi duobus,in principio.de appellatio.Fråciſ.de Aretio conſilio 157.num.1.
14 Et hoc præcipuè procedit, quando talia † laicorum ſtatuta Eccleſiaſticis perſonis nocerent,quia minimè ipſas ligant,ex traditis per Tiraquel.de iure primogeniorum.q.43.n.3. Ferdi.Vazquez de ſucceſsio.creatione.§.10. n.648. & 682. Matienço in.l. 7.titu.2.libro 5.recopilat. glo.2.num.13. aliàs enim maxima in-
15 conuenientia ſequerentur. Cum † laici in clericos odioſam habeant naturam.c.laicos.c.laici.2.q.7.cap.clericis,de immuni. Eccleſi. Petrinus Bellus tractatu de re militari.6. par. titu.2. nu.8. Floſcul.clericorum.2.p.n.11.& 148. Et minus poſſunt dicta ſtatuta extendi ad Eccleſiarum bona, quæ licet deputata ſint cleri-
16 corum vſibus,& pauperum,† ipſorum proprietas eſt Dei,vt tradunt Abb. in cap.non minus. n.6.de immu.Eccleſ. Alexan.conſil.101.n.7.lib.7. Pontanus tracta.de ſpoliis Eccleſiaſ.lib.1.num. 69.Selua de beneficio.4.par.q.8.n.11. Redoan.de Simonia mẽtali.2.p.c.15.n.9. M.Anto.Marſil. de eccleſiaſt.reddit.origine.3. p.cap.23.n.92.& pro his eſt cap.res Eccleſiæ.12. quæſt.1. Et ita
17 † dicuntur patrimonium Chriſti. cap. qui Chriſti pecuniam. c. qui abſtulerit. 12.q.2.cap.cùm ſecundum.de præbendis.cap.cùm ex eo,de electione. cap. ita Saluator.1.q.3.cap. conuenior.23.q. 8. Rebufus in cap.extirpandæ. §.qui verò.verſic.quarto,quia de præbendis. & notatur in cap.cauſa,de verbo.ſignif. Abb.in cap. cum ſuper.nu.20.de cauſa poſſeſ. & propriet. Redoanus de ſpoliis Eccleſiaſticis. q.9.num.6. Coſmas Gumi.in pracmatica Sanctio. titulo de collatio. §. cui rei glo. patrimoniis. Afflict. deciſs. Neapolita.361.n.24. Ioann.de Sala conſ.69.n.4.

A 5 Vnde

Vnde merito habetur odiosa rerum Ecclesiasticarum aliena-
18 tio, quia † semel Deo dicata pro animarum salute, ad alienos v-
sus non debent conuerti, dicto cap. bene quidem. 96. distinct. c.
semel. vbi Dynus de regul. iuris lib. 6. Marian. Socinus tracta. de
oblationibus lib. 18. num. 21. Vbald. in tracta. de cano. Episcop.
quæst. 16. nu. 4. Menoch. consil. 382. n. 8. lib. 4. Marcus Anto. Mar-
sil. dicta 3. par. c. 13. num. 34. Cardi. Albanus de immu. Ecclesia.
in princ. n. 23. Concil. Trident. sess. 25. c. 1. Beja. de casibus con-
scientię. 2. parte, pagina. 416. l. in tantùm. §. sacræ. ff. de rerum di-
uisione. Sic in lege Dei Leuitici. c. 27. versic. 28. dicitur. *Omne quod
Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non uendet, nec
redimi poterit. quicquid semel fuerit consecratum sanctum sanctorum, erit
Domino.* P. Gregorius lib. 3. de Republica cap. 7. num. 7. Et inde
lex 1. titulo 5. lib. 1. fori Castellæ disponit, res semel Ecclesiis cō-
cessas debere ipsis sine diminutione conseruari, optimè Montal-
uo ibi.

19 Et inde alia ciuilia iura dixere, † res sacras, & Deo dicatas in
nullius esse commercio, nec hæreditario iure in ipsis succedi. §.
nullus, & §. sacræ instit. de rerum diuisione. l. ædes sacræ. ff. de
contrahen. emptione. DD. in. l. si nondum. C. de furtis, & in di-
cto §. sacræ. Petrus de Vbal. vbi proximè. Maria. Socin. vbi pro-
ximè. libello. 19. n. 2. Troylus Maluetius tract. de oblation. dubio.
4. num. 76. Menochius consil. 382. num. 9. lib. 4.

Prædictum autem statutum nociuum esse, & cōtra libertatem
Ecclesiasticā, constat: quia per ipsum tollitur ius, non solùm com
petens Ecclesiis, Monasteriis, & piis locis, quę priuilegiata haben
tur, sed etiam quod laicis iure communi competit, vt patebit in-
20 frà: & ita † magis meriti, sunt deterioris conditionis per illud
statutum, quàm minus meriti, contra iura hoc prohibentia. l. Lu-
tius. §. Lutius Titius. ff. de liberis, & posthumis, l. cum pater. §. ro-
gatio. ff. mandati. Lapus dicta allegatio. 101. num. 9.

21 Et confirmatur. Quia † rerum ecclesiasticarum alienatio, om-
ni iure prohibetur, cap. prædia. cap. res in Episcopatu, cap. Apo-
stolicos. 12. quæst. 2. l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles. authen.
de non alienan. aut permutan. rebus Ecclesiæ, collat. 2. authen.
de alienatio. & emphyteusi, & toto titulo de rebus Ecclesiæ
non alienan. in antiquis, & in sexto. cap. possessiones. 16. q. 1.
Redoan. de rebus Eccles. cap. 4. num. 3. Menochius lib. 3. præsum-
ptio.

22 ptio.91. num. 50. in tantum † vt ipsemet, qui de facto rem ecclesiasticam alienauit, possit alienationem impugnare, & reuocare rem in antiquum Ecclesiæ dominium. cap. si quis præsbyteror. de rebus Ecclesiæ non alienan. Præposit. in c. dilectus. n. 2. de sponsal. Alexand. consil. 123. n. 6. lib. 1. & consil. 93. num. 1. vol. 2. Tiraquel. in. l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 406. C. de reuocan. donat. Menoch. de recuperan. poss. remedio. 9. à num. 120. Pinel. in. l. 1. C. de bonis matern. 3. parte num. 73.

23 Et istius prohibitæ alienationis appellatione continetur † non solum datio in feudum, vt in titulo, Episcopum, vel Abbatem. ibi. *Item, si Episcopus, uel Abbas, uel Abbatissa, uel Dominus plebis, feudum dederit de bonis Ecclesiarum, quæ eis subiectæ sunt, nullum habeat uigorem in usibus feudorum.* Ioann. Ferrari. in titu. qui feudum dare possunt. c. 1. Bonus de Curtili. de nobilit. 3. p. n. 50. P. Greg. Syntagmat. iuris vniuersi. 1. p. lib. 6. cap. 6. num. 14.

24 Sed etiam † concessio in emphyteusim. c. nulli, de rebus eccles. dicto. authentic. de non alienan. versic. alienationis. Iustinianus nouella. 32. ex collectione P. Pithæi. Saluatius Bucchonius cons. 7. n. 13. Antonius de Prato consil. 71. nu. 4. Dominic. Bartholinis cons. 53. n. 2. inter Martianesii consilia. Redoanus tracta. de simonia. 3. parte. q. 17. num. 13. Nauarro de spoliis clerico. §. 4. n. 1. Ioannes Bapt. Ferret. consil. 248. num. 9.

25 Et per consequens prohibebitur, † vt est prohibita, renouatio emphyteusis, aut ipsius deuolutę noua concessio, quæ sine auctoritate Papæ, etiam in Ecclesiæ euidentem vtilitatem, non habet locum, iuxta constitutio. 6. Pauli. 2. quæ est in bullario, cuius meminere, idem resoluentes. Ioannes Bapt. Ferret. consil. 81. incip. in causa. R. Episcopi. nu. 4. tomo. 1. tradunt DD. in cap. 1. de reb. Eccles. lib. 6. & in Clem. 1. eiusdem tituli. Iacobinus de sancto Georgio in. l. cum hi. §. si vni lectura. 2. n. 2. ff. de transactio. Villadiego tract. de legato à latere. q. 11. n. 8. P. Grego. lib. 25. Syntag.

26 c. 18. n. 14. & sequen. Inde fit, quòd etiam † quando emphyteusis esset concessa, forma, & casibus à iure permissis, Ecclesia rem in emphyteusim datam recuperat, nec in fiscum trãsit, si emphyteota crimen læsæ Maiestatis committat. cap. fœlicis. §. si qua verò, de pœnis, libro 6. Ancharra. in c. cum secundum, de hæreticis, eodem libro. Oldral. cons. 17. Simancas de Catholicis institutio. titul. 9. de bonis hæreticorum num. 104.

Et

Et hoc certius & sine discrimine procedit, quando ex alia legitima causa bona in emphyteusim concessa caderent in commissum, & ad Dominum reuerti deberent, ex non obseruantia
27 pactorum primæ concessionis, & inuestituræ, † quæ debent per emphyteotam, aut hæredes eius obseruari. l. 2. vbi Iasso. notabi. 1. C. de iure emphyteotico. Speculator. titu. de locato. §. nunc aliqua. versic. 88. Guillel. Redoanus dicto tracta. de reb. eccles. non alienandis. q. 19. num. 5. & ea quæ sunt de eiusdem contractus natura, inter quæ illud in conuentione, & inuestituræ concessio-
28 ne, consuetudine exprimitur, quod bona † emphyteutica in commissum cadant, si per biennium canon solutum non sit. l. 2. & finali. C. de iure emphyteu. Speculator vbi proximè, versic. 87. Hierony. Gratus consil. 79. incipi. punctus. num. 9. vol. 1. Redoan. vbi proximè. n. 11. & 15. Ioannes Cephal. consil. 9. num. 7. consil. 25. nu. 4. tomo 1. dicens, quod emphyteusis ecclesiastica non facta solutione, biennio lapso, deuoluit ad Ecclesiam, cap. propter, cap. potuit, de locato. authentica qui rem. C. de Sacrosanct. Eccles. & in corpore vnde sumitur canonicata. in cap. hoc ius. 12. q. 1. Benedictus Bonius tracta. de censibus lib. 1. artic. 47. num. 77. Sarmiento lib. 2. selecta. cap. 4. in principio. Abbas consil. 74. incip. duo principalia. num. 1. versic. circa secundum, volum. 1. Parlado. lib. 2. rerum quotidiana. cap. 16. num. 1. Anton. de Prato vbi suprà. n. 47. Andreas de Bartholinis consil. 62. nu. 10. Iacobus Cuiatius in expositione ad nouellam. 7. Iustiniani de ecclesiasticis bonis, & emphyteusibus, dicens hoc esse ad similitudinem cuiusli-
29 bet conductoris. † in quo receptum est expelli eum posse post cessationem biennii, simul, ac pignoris obligationem exequi. l. quæro. §. inter. l. quum Domini. ff. locati. Martial. lib. 12. epig. 12.

Vidi Vacerra sarcinas tuas uidi,
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat uxor.

30 Quo casu Ecclesia † non tenetur renouare emphyteosim, etiam in fauorem agnatorum illius, cuius culpa res in commissum incidit, vt post Iasson. in dicta. l. 2. nu. 21. & seqq. C. de iure emphyteuti. tradit Ioann. Cephal. consil. 147. num. 5. vol. 1. Iosephus
31 Ludouicus deciss. Perusina. 63. n. 24. Nam † à gratia, & beneuolentia Domini pendet, vel renouare, vel relinquere emphyteotæ rem, quæ semel in cõmissum cecidit, & non à iuris rigore. arg. cap.

cap. 1. si vassallus feudo. verbo gratiā facere in vsibus feudorum,
32 nam verbum illud *gratiam*, † importat liberam facultatem, & liberalitatem. cap. si gratiose. cap. gratiam. de rescriptis. lib. 6. vt ponderant Romanus consil. 212. incip. quoad primum. num. 1. & 7. Speculat. dicto. §. nunc aliqua. versic. 78. Bartol. in. l. cum qui. ff. de interd. & relegat. Salycetus in dicta. l. 2. quæstio. 22. C. de iure emphyteutico. Hiero. Gratus responso 96. nu. 23. vol. 1. quam gratiam si Ecclesia nolit facere, sed prædium emphyteuticum ad se reversum retinere, † non cōpellitur illud iterum concedere, vt reprobata Decii opinione resoluunt, dicentes aduersus eum, esse æquiorem, veriorem, & communiorem sententiam. Ripa. in. l. 1. n. 9. ff. de priuileg. credito. Gozadinus consil. 39. nu. 21. & alii relati per Bursatum consil. 127. num. 2. lib. 2. Ioannes Malleus inter communes Doctorum opiniones tractatus de feudis. titulo. 1. qui feudum dare possunt. nu. 75. Anto. Gabriel conclus. 1. de iure emphyt. num. 14. Alexand. in. l. si mihi, & Titio. n. 20. ff. de verborum obligationib.

33

34 Et eadem procedunt † si commissum obuenerit ex alienatione rei emphyteoticæ, facta irrequisito Domino, cùm sine ipsius licentia nequeat alienari, dicta. l. 2. C. de iure emphyt. ibi. *Minime licere emphyteutæ sine consensu Domini meliorationes suas aliis uendere, uel ius emphyteuticum transferre.* cap. potuit ibi Ecclesia primitus requisita, de locato. & vtrobique DD. Hierony. Gratus respon-
35 so. 54. nu. 2. vol. 1. quia aliàs † in commissum cadit, & ad Dominum reuertitur, non ad agnatos emphyteotæ, vt ex eisdem iuribus probant Parlador. dicto cap. 16. num. 1. Menochi. consil. 226. num. 199. vol. 3. Socinus Iunior. consil. 70. n. 14. lib. 1. Iulius Clarus in §. emphyteusis. q. 13. num. 1.

36 Cuius est simile, Quod † feudum alienatum à vassallo reuocatur, & nō ad eius agnatos, sed ad Dominum reuertitur, vt resoluunt Bald. in cap. 1. §. hoc quoque. n. 3. de successio. feudi, & in cap. 1. §. vltimo si vassallus feudo priuetur, cui deferatur. Andre. Ysernia. in cap. 1. in fine, apud quē, vel quos in vsib. feudo. Aretinus consil. 14. num. 11. versic. venio ad secundum. Menoch. vbi proximè. num. 201.

37 Et idem etiam procedit, quando linea generationis primi emphyteotæ esset finita, siue attendamus iuris præsumptionem, quę habet, quòd emphyteosis ecclesiastica solùm videatur concessa,

vsque

vsque ad tertiam generationem. Bald. in dicta. l. 2. col. 2. C. de iure emphyteut. vbi Iasso. nu. 160. versic. istam conclusionem. Alexand. in. l. qui in aliena. in principio. num. 7. ff. de acquiren. hæredit. vbi Iasso. Idem in. l. ait prætor. §. item si iurauero. nu. 3. ff. de iure iurando. Carolus Ruynus consil. 3. nu. 19. & consil. 160. nu. 10. lib. 1. Abbas consil. 74. nu. 3. lib. 1. Menochi. alios allegans tracta. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 109. nu. 15.

38 Siue quòd † generationes in prima inuestitura comprehensæ finitæ sint. quo casu emphyteusis finitur, & ad Ecclesiam redit. dicto authen. de alienatione, & emphyteusi. §. aliena. & §. emphyteusim. authen. de non alienan. aut permutan. rebus Eccles. §. licentiam. Antoni. de Prato. dicto consil. 71. nu. 46. Iulius Clar. dicto §. emphyteusis. q. 43. nu. 1. Parlado. dicto nu. 1.

39 Quod etiam procedit in feudo, † nam mortuo vassallo sine legitimo hærede, ad Dominum redit. §. item si fuerint. titulo, quibus modis feudum amittatur. §. finali. titu. 18. apud quem, vel quos controuer. feudi definiatur in vsib. feudorum. Petrus Gregorius. 1. parte Syntagma. iuris vniuer. lib. 6. cap. 21. nu. 2. Ideo

40 vtroque † casu descendentia finita, non cogitur Ecclesia renouare emphyteosim, si vult pro se retinere. ita resoluit Alexan. in. dicta. l. si mihi, & Titio. 110. nu. 19. versic. putarem. ff. de verb. oblig. & est tex. in cap. ex parte. verbo liberè de feudis, nam ver-

41 bum illud *libere*, † idem importat, quod sine aliquo impedimento, & contradictione, vt per glo. verbo liberam. in cap. grandi. de supplenda negligen. prælato. in 6. vbi Archidiaco. & in cap. cum Episcopus, de officio ordinarii in 6. & in cap. irrefragabili. in principio. vbi Anton. de Butrio. eodem titulo. Barthol. in extrauaganti ad reprimendum, verbo videbitur. titulo, quomodo in læsæ Maiesta. crimi. procedatur. Mathesalan. notabi. 15. Rebuf. in l. nomen filiarum. 164. §. portionis, in fine. ff. de verbo. signif. Alexan. consil. 80. viso, & opportunè. nu. 10. vol. 1. bonus tex. in cap. licet, in fine, de sepulturis in 6. Cæsar. lib. 1. de bello ciuili. dicens. *Quo præsidio tutò, & liberè Senatus, quæ vellet decernere auderet.*

42 Et quòd Ecclesia † in omnibus prædictis casibus possit emphyteusim pro se retinere, & non astringi ad renouandum, nec extra suam manum ponendum, resoluunt Romanus cons. 70. visis themate. n. 3. in fine, allegans Ioan. Andre. in c. continebatur, de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli. Alex. cons. 83. in causa, &

sa, & litt.n.4.vol.7.Iasso.conf.33.col.fin.vol.3. Gozadin.cõs.39. col.penult.& conf.71.col.2.& finali.Sarmiento lib.3.selectarum cap.7.nu.5. Iacob.Philip.Portius lib.1. conclus.conclus.12.limit. 3.Abb.in cap.bonæ.lo 2. nu.28. vers. hoc dictum ego limitarem, de postula.prælat.Ioannes Staphileus in tracta. de modis prouisiuis.nu.3.Ripa in.l.1.nu.9.& 10.ff.de priuilegiis creditorum. Nicolaus Millis verb.emphyteusi finita,nu.3.Curtius senior consil. 47.nu.10.versic.secus si vellet. Calcaneus consil.8.num.45. Idem Iass.conf.24.vers.sed non recederem.lib.3. Carolus Ruin.consil. 152. nu.3.vsque ad finem;& est magis cõmunis opinio, vt testatur Rotta per Caputaqui.decis.303.parte 4. & vt æquiorem, & magis veriorem sequuntur Iulius Clarus dicto.§.emphyteusis.q. 44.in fine:& amplexata fuit Rotta Romana in quadam causa Rauennatens.bonorum.20.die mensis Nouembr. Anno 1587. corã domino Cardinali Mantica tunc Auditore, reprobata sententia Decii consil. 131. post nu.3.vers. secundò non obstat, vol. 1. & consil.328.in casu proposito vol.2. cuius fundamentis satisfaciũt Rippa,& Gozadin. suprà. Et licet Bartol.in dicta.l.si mihi, & Titio,videatur sentire contrarium,nõ allegat nisi ciuilia iura,quę cùm non sint expressè approbata à canonibus,non debent contra Ecclesiam seruari,vt resoluit ibidem Alexand.nu.19.ex dicto cap. Ecclesia sanctę Marię,de cõstitutio. Et ista pars verissima ea
43 ratione etiã sequenda venit: quia † in cõflictu opinionũ illa magis est amplectenda,quæ fauet Ecclesiæ, cap.finali, de senten. & re iudicata. l.si pars iudicantis.ff.eodẽ.Petrus Benintend.vbi pro
44 xime.nu.2. Ecclesiis † enim magis fauent iura. l.final.cum authen. sequenti.C.de sacrosanct. Eccles.Ioan.Corrasius in.l.in emphy-
45 teuticariis. n.15.C.de sacrosanct. Eccles.Magna † enim est ratio, quę pro religione facit,quę nunquã solet omitti in ambiguis legũ dispositionibus. l. sunt personæ, in fine.ff.de religios.& sumptibus funerum,cap.2.vbi glo. verb.religionis,de dolo,& contuma. Iasso.in.l.1.lectu.1.nu.18. C. de sacrosanct. Eccles. & in authen. siqua mulier.n.14.eodem tit. Marc.Anto.Marsil.dicto tracta.de Eccles.reddi.origine. 3.par.c.13. nu.23. &.65. Rebufus in concordata rubrica de regia ad prælaturam nomin.facien. §. 1. glo. consanguineis,in fine.Iass. in dicta l.1. lectura 2. nu.27. Beroius q.14.nu.2. Et ratione ista Ioannes Cephalus consil.11.incip.em
46 phyteosis.nu.20.vol.1.resoluit.Quòd † in dubio est facienda inter-

terpretatio ad fauorem Ecclesiæ, vt ad eam citius reuertatur emphyteosis, cap. per tuas. vbi Decius nu. 7. de probatio. & in l. 2. C. de successo. edicto.

Et eadem procedere debent respectu monasteriorum duplici ratione. Prima, quia Venetorum statutũ non potest tollere, aut disponere, quòd monasteria non habeant immobilia bona mediante consolidatione vtilis cum directo dominio bonorum em-
47 phyteuticorum, cùm ea habere, omni sit iure permissum. † Siquidem Concilium Tridentinum (cui interfuit orator ex parte Dominii Venetorum) sessio. 25. de regularibus. cap. 3. ita disponit. « Concedit sancta Synodus omnibus monasteriis, & domibus, tam « virorum, quàm mulierum, & mendicantium, exceptis domibus « fratrum sancti Francisci, Capucinorum, & eorum, qui Minorum « de obseruantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus « suis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apostolico non erat con- « cessum, vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Quòd si « aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apostolica, similia « bona possidere permissum erat, eis spoliata sint, eadem omnia « illis restituenda esse decernit. Vbi annotatio marginalis pro eo allegat Concilium Arelatense. 4. cap. 8. & Concilium Maguntiacum cap. 19. cap. 1. c. auctoritate, de institutionibus, cap. quoniã, vt ait, de vita, & honest. clericor. & hoc iùs non potest à monasteriis auferri, nec possunt fieri deterioris conditionis quàm seculares, & laici, qui bona emphyteotica in dictis casibus ad eos
48 reuersa retinent: quia non † minus merentur monachi, moniales, & aliæ ecclesiasticæ personæ Deo seruientes, nec minus sunt fauorabiles, & Reipublicæ vtiles, quàm seculares. l. ius publicum. ff. de iustitia, & iure. authen. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò. col lat. 8. epist. inter claras. C. de summa Trinit. & fide cathol. Et idẽ dicendum est respectu hospitalium, & aliorum piorum locorũ,
49 quæ † Ecclesiis in fauorabilibus æquiparãtur. l. orphanotrophos. C. de Episc. & clericis. Guiller. Redoa. de rebus Eccles. rubri. 27. n. 2. Socin. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. possess. Felin. in c. de quarta. nu. 2. & seqq. de præscriptionib. Tiraquel. latè de priuilegiis piæ causæ, in præfatione. & priuilegio 138. num. 4. & seqq. & priuilegio 139. dicens, quòd piæ causæ non subsunt laicis; & ita statuta quæ non possunt extendi ad Ecclesias, non possunt extendi ad hospitalia, & alia pia loca, vt post Bald. consil. 445. incip.

incip.in ciuitate Brixiæ,vol.1.& Oldral.in.l.vltima. C.de sacrosanct. Eccles. resoluit Ioannes Baptista Bouius in tracta. de statu.vrb.præscrip.glossa.19.nu.202.

Quare ius reuersæ emphyteosis, Ecclesiis, monasteriis, locis
50 piis,aut Ecclesiasticis personis competens † dictis de causis,non potest ipsis tolli sine ipsorum voluntate, contra.l. id quod nostrum.ff.de regul.iur.l.finali.ff. de pactis.l.si cum Hermes. C.locati.l.nouatione. C. de fideiussorib.l.finali. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam.cap.quæ in Ecclesiarum,de constitutio.cap. ab eo,de electio.in 6. Andre.Siculus tracta. de præstan. Cardinal.q.4.nu.4. Rebuf. de decimis.q.14.num.14. Roland.à Valle. consil.10.nu.38.vol.3. Marancta disputatio.8.nu.16.

51 Et quia grauis † habetur quæcunque conditio, quæ nobis inuitis circa rem nostram infertur.l.finali. ff.de vsu & habitatione, cum adductis per Tiraquel. in præfatio.de retractu.nu.25. Sarmiento.lib.3.selectarum interpretatio.c.7.n.3. Nec conuenit,vt in potestate laicorum sit,auferre ab Ecclesiis, & locis pijs, ac ecclesiasticis personis dominium vtile ad se reuersum, damnum ex
52 eo illis inferendo: quia † damnum infert,qui lucrum radicatum aufert,iuxta glo.singularem in.l.1.§. si quis propter inundationem. verbo per in integrum restitutionem. ff. de itinere, actuq. priuato.l.3.§.Labeo.ff.de acquiren.poss.l. non amplius.§.1.ff.de legatis.1. Decius in.l.1.col.1.C.de institutio.& substitutio. Iasso.in.l.quominus.col.8.de fluminibus.

Et confirmatur:nam reuersio bonorum emphyteoticorum,ad Ecclesiam,monasteria,& pia loca, à quibus processerunt, est iudicanda fauorabilis: quia † res ad suam pristinam naturam re-
53 uerti desiderat. argum. l.si vnus. §.pactus ne peteret. vbi Iasson
54 nu.6.ff.de pactis Menoch.lib.3.præsumptio.91.n.61. Et ita † de facili reuertitur. cap. ab exordio. 35. distinctio. Curtius Iunior. consi.157.nu.19. Ioannes Cephalus consil.77.nu.7.tomo.1.Menoch.lib.2.præsumptio.16.nu.21.

Vnde, cum prædicta omnia Ecclesijs,pijs locis, & ecclesiasticis personis iure communi competant, fit consequens, statutum dictorum Ducis, & Senatus Reipublicæ Venetorum, per quod auferuntur ea, esse directò contra Ecclesiasticam libertatem. Si
55 quidem † statuta & consuetudines tunc propriè dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, quando per ipsa auferuntur,

quæ Ecclesijs, aut ecclesiasticis personis iure communi competebant cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutio. cap. finali. de immuni. Ecclesia. in. 6. Iacobus à Canibus tracta. de represalijs. 2. part. nu. 7. Paul. Castren. in auth. cassa, & irrita. nu. 4. & seqq. vbi Decius. nu. 17. C. de sacrosanct. Eccles. Anto. de Bu. in. c. fina. nu. 4. de rebus Ecclesiæ. Andre. Sicul. consil. 31. nu. 1. vol. 4. Igneus in l. 1. nu. 37. ff. ad S. Conf. Syllania. Felin. in dicto. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. oppositione. 3. de constit. Rochus de Curte in c. finali. versic. quinto, de consuetud. Iacob. Putei. decisf. 99. nu. 1. lib. 3.

56. Nam quod † iure communi competit, fortius habetur, quàm illud, quod de iure speciali. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamento militis. l. antiqua. C. ad. S. C. Vellesan. l. 1. C. de Thesauris. lib. 10. Bald. in auth. sed omnino. nu. 15. C. ne vxor pro marito. Decius in dicta authen. cassa, & irrita. n. 20. Tex. in auth. de non alienan. §. quia verò. Iacobus à Canibus vbi proximè. Greg. Lopez. in l. 6. titu. 11. part. 6. glo. 4.

57 Et magis in terminis casus nostri † facit resolutio Panormita. consilio. 72. incip. in negotio Guidonis. num. 1. parte. 1. quem referunt, & sequuntur Felin. in dicto. c. quæ in Ecclesiarum. Albert. Brunus tracta. de statutis, articulo. 8. nu. 108. vbi tenent, statuta laicorum non extendi ad bona emphyteotica Ecclesiarum. Pro quo facit, quod tradit Bartol. in. l. priuatæ. C. de excusatio. muner. lib. 10. quem sub Angeli de Perusio nomine sequitur

58 Platea ibi, tenens emphyteotam † Ecclesiæ non teneri ad collectam communis, licet emphyteota laici benè teneatur, vt est Tex. in l. 2. Verbo *publicarum functionum*, vbi Salycet. & Albericus. C. de iure emphyteotico. Bal. in. l. 1. C. eodem. Saluaticus Bucchonius inter consilia Martianesij consil. 7. nu. 1. in fine ex dicto. c. benè quidem. 96. distinc. cap. fin. de rebus Eccles. non alienan.

59 Et confirmatur: quia † statuta laicorum, preceptiua, arctatiua, aut cuiuslibet grauaminis inductiua, non ligant clericos, Ecclesias, aut eorum bona. dicto. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. c. quæ in Ecclesiarum, de constitutio. Fortuni. Garsias trac. de vltimo fine iuris canonici. nu. 329. Guiller. Duran. in trac. de modo celebrandi genera. concilij. 2. part. rubric. 70. nu. 28. Lapus allegatio. 100. nu. 3. & 4. & allegatio. 101. num. 3. 14. & 15. Felyn. in dicto. cap. quæ in Ecclesiarum. num. 95. Thomas Grammat. decisio. 100.

num.

num.7.& tribus seqq. Menochi consil.291. num.25.& seq. li.3. qui ampliat etiam, quando statutum noceret Ecclesiæ indirectè. Rochus de Curte tracta. de statut. verbo circa secūdam partem.
60 sectione.5.num.22. Sicut in consuetudine certum est, † quòd etiā si secundario tendat cōtra libertatem Ecclesiæ, non valet, vt post Bald. in l. Deo nobis. C. de Episcop. & cleric. Rochum de Curte dicta Sectio.5.n.20.& 22. tradunt Sonsbechius, ad vsus feudorū parte.1.num.9. Redoanus de rebus Eccles. non alienan. rubrica 23.num.75. Franc. Marcus quæst. Dalphin.446.nu.5. Et ita sta-
61 tutum † disponens, quòd vadens ad molendinū Ecclesiæ soluat decem, vel quòd bona allibrata non possint vendi Ecclesiæ, non valet; quia per indirectum fit præiudicium Ecclesiæ. tenet Idem Baldus in l.1.num. 55.& seq. C. de summa Trinitate. Hierony. Gratus responso. 96. num. 26. lib. 1.

Et confirmatur quia per dictum statutū, compellūntur Eccle-
62 siæ & Monasteria † ad alienandum res suas inuitæ, contra iura hoc etiam fieri prohibentia l. dudum. l. inuitum. C. de contrahen. emptio. l. inuitus. C. locati. l. nec emere. C. de iure deliberan. l. nō enim. 9. ff. rerum amotarum l. possessores. C. de fundis patrimo. lib.10. §. finali instit. quib. modis ius pat. potest. soluitur. Angelus consilio. 351. nu.2. Tiraque. in præfatione de vtroque retractu. nu.15. Couar. lib.3. variarum. c.14. Anto. Gomez. 2. tomo. varia. cap.2. nu.51. & ita est contra libertatem Ecclesiasticam, & multa iura.

63 Si quidem Inno. 3. in Concilio generali relatus in cap. finali. de rebus Ecclesiæ non alienan. ità disponit. † Cum laicis quāuis
« religiosis disponendi de rebus Ecclesiæ nulla sit adtributa pote-
« stas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperan-
« di: dolemus in quibusdam ex illis sic refrigescere charitatē, quòd
« immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam non tantùm sancti
« patres, sed etiam Principes seculares priuilegijs multis munierūt,
« non formidant suis constitutionibus, vel potius destitutionibus,
« & destructionibus impugnare, non solùm de alienatione feudo-
« rum, ac aliarum possessionum Ecclesiarum, & vsurpatione iuris-
« dictionum: sed etiam de mortuarijs, necnon & alijs quæ iure
« spirituali annexa videntur illicitè præsumendo. Volentes igitur
« super his indemnitatibus consulere Ecclesiarum, ac tantis graua-
« minibus prouidere, constitutiones, & venditiones huiusmodi

" feudorum,seu aliorum bonorum ecclesiasticorum, sine legitimo
" personarum ecclesiasticarum adsensu præsumptas, occasione
" constitutionis laicæ potestatis, (cùm non constitutio, sed desti-
" tutio,vel destructio dici possit;nec non vsurpatio iurisdictionũ)
" sacri adprobatione Concilij decernimus, non tenere præsump-
" toribus per censur. eccles. compellendis. Lapus allegatione. 92. nu.3.in fine. Guiller. Duran.de modo genera. concil. celebrandi.2.p.rubrica.66.titulo de immun. ecclesia. num.1. Rebufus.3. tomo commentario. ad constitutiones Franciæ, tracta. vt laici non conueniantur coram iudicibus ecclesiasticis.nu.2. Antonius Augustin.in epitome veteris iuris Pontificij.lib.10.titul.11.cap. 7.14.& seq. Leo X.constitutione.8.quę incipit,Regimini,in verbis illis. *Feuda,possessiones, & prædia occupare, & indebite detinere,seu ad feuda & bona ipsarum Ecclesiarum, eis concedendum, &c.* Et facit bonus tex.in.l.placet. C.de sacrosanctis Ecclesijs. ibi. *Nulla solicitudo translationis signetur*: canonicata in cap. placet.42.16. quæstio.1.cap.60. quia iuxta,eadem causa, & quæstione,pro quo rationem optimam adducit Romana Synodus. cap 6.& refertur
" in.cap.21.indignè.12.q.2. Quod valdè iniquum,& ingens sacri-
" legium est,vt quæcunque, vel pro remedio peccatorum, vel pro
" salute,ac requie animarũ suarum, vnusquisque venerabili Eccle-
" siæ contulerit,aut certè reliquerit: ab his quibus maximè seruari
" cõuenit;id est Christianis,& Deũ timentibus hominibus,in aliud
" transferri, vel cõuerti permittatur. Tex.in.c.58.in cano.16.q.1.

64 Et ita non valet † statutum,quòd Ecclesia teneatur vendere, aut alio modo alienare possessiones suas. Bald.in authen. hoc ius porrectum.num.18.C.de sacrosanct. Eccles. dicens. Quòd ea de causa non valuit statutum communis Senarum, quòd hospitale Sanctæ Mariæ teneatur vendere possessiones contra cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitutionib.quia Ecclesiæ & loca pia nõ recipiunt talia statuta arctatiua, vel passiua, quandoquidem libertati Ecclesiasticæ aduersantur.authen.cassa.C.de sacrosanctis Eccles. & cõstitutio Frederici de statutis,& consuetudinib.contra libert. Eccles. Iodocus Damphouderius in exegesi subhastationum.c.1.nu.37.Philipp.Franc.in.cap.1.de immun. ecclesia.in
65 6.post glos.finalem ibi notans. Quòd † clerici,& personæ ecclesiasticæ non possunt cogi per laicos ad dimittendum, & alienandum bona ab ipsis licitè adquisita: imò nec ad ponendum extra manum

manũ suam, vt Ioann. Andre. asserit in dicto. c. 1. dicens. eam esse differentiam inter alienare, & extra manum ponere: quod hoc latius se habet quàm primum: in tantùm quòd emptor domus prohibitus ipsam extrà manum suam ponere, non possit eam alij commodare, vel seorsum concedere, argum. l. 1. ff. de positi.

66 Inde fit, † quòd si emphyteosis laici transferatur ad Ecclesiã, non debet astringi ad ponendum eam extrà manũ suam, ne quod in eius fauorem introductum est, retorqueatur in læsionẽ. l. quod fauore. ff. de legibus. Francis. Marcus quæstio. 253. num. 1. & ita tenere videntur Ioann. Andre. & Hostiens. in dicto. cap. potuit de locato super glos. verbo prohibentur: vbi Imola. Idem in c. in præsentia, de probationib. Nec obstat quod Bald. in authentica nisi rogati. C. ad S. C. Trebell. & Salicet. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. tractantes quæstionem illam, vtrum quã do quis monasterium ingreditur, durante ipsius vita transeat emphyteosis, vel feudum in monasterium, tenuerint dispositionẽ Tex. in auth. de alienatio. & emphyteosi. §. 1. esse localem. de Constantinopolitana Ecclesia: nam adhuc generaliter in multis casibus potest transire. argum. cap. 1. §. 1. de lege Conrradi, Aluarotus, & alij in cap. 1. de milite vassallo, qui arma bellica deposuit, & tradit Gambara de legato à latere libro. 6. num. 739.

67 In cuius confirmationem facit, quòd regulariter † monasterium adquirit bona ingressi, in consequentiam personæ, dicta authentica ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesijs. c. in præsentia, de probatio. cap. quia ingredientibus. 19. q. vltima. Surdus tract. de aliment. titu. 2. q. 15. nu. 176. Dominicus in. c. 2. de præben. in. 6. Menoch. lib. 2. de arbitra. iudic. casu. 436. nu. 2. Gambara suprà lib. 3. n. 417. Si autem tale statutum, vt est istud, de cuius reprobatione agimus, vigeret, sequeretur quòd monasterium non posset succedere in bonis immobilibus ad ingredientem spectãtib. quod est contra libertatem ecclesiasticam; vt omnes. DD. communiter notant in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. vbi Abb. n. 35. con-

68 cludit, ea de causa † non valere statutum prohibens monialem succedere: docte Paul. de Castro consilio. 463. nu. 2. vol. 1. Hiero.

69 Gratus responso. 162. n. 2. lib. 2. quia iura sanguinis, † vt est successio, dispositione iuris positiui non mutantur. l. ius agnationis. ff. de pactis. l. sanguinis. ff. de regul. iuris. Tiraq. de nobilitate. c. 26. num. 8. & seqq. Lapus allegatio. 101. num. 7. dicens. Quod

70 ingrediens religionem mutat statum in melius,& per † ascensionem ad altiorem gradum,non amitti ciuilitatem,agnationem,vel aliud iuris commodum.l.penulti.ff.de senatoribus.l.filij.ff.ad municipalem. l. ad dimidiam.C. quod metus causa, & notatur.in.l. Deo nobis.C.de Episcopis,& clericis, Lapus vbi proximè.n.11. Rursus quia si dicta statuta admitterentur, sequeretur quòd quicunque secularis Princeps canonicas sanctiones,& leges sum-
71 morum Pontificum tolleret:quod fieri nequit:cum neque † Imperator possit Papæ constitutionem tollere, vt argum.l. 3. ff. de recept.arbitris, benè resoluit glo. ad constitutiones Siciliæ.lib.1.
72 rubrica de clericis conueniendis. Quinimo Principum† constitutiones,ecclesiasticis legibus sunt postponendæ,vt ex cap. suscipitis.10.distinct.vbi Grego.Nazianzenus, ita scripsit Imperatoribus Constantinopolit. Suscipitis ne libertatem verbi? libenter accipitis,quod lex Christi,sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis potestatem , dedit & principatum multò perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur,si cedat spiritus carni? si à terrenis cœlestia superentur;& si diuinis præferantur humana. Ecce quòd constitutiones Principum ecclesiasticis legibus postponẽdæ sunt. cap.1.cum seq. eadem distin. Ioannes Lupi in tracta.de libertate ecclesiastica.q.4.num.9.&.10. Est enim destructio constitutionũ
73 Papæ in tantum reprobata,& odiosa, † quòd Papæ constitutiones destruens punitur vt publicus fautor hæreticorum: vt traditur in tractatu,de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, rubrica de pœnis receptatorum.nu.10.ponderans ad id quandã Clementis Papæ constitutionem huius tenoris. Si quis de cetero aliquod istorum statutorum, seu constitutionum attẽtauerit delere,diminuere,vel mutare,sine sedis apostolicæ authoritate speciali,potestas, Capitaneus, seu Consul, vel alius quis rector qui pro tempore fuerit in illa ciuitate,vel loco,teneatur eum tanquã defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuò publicè infamare,atque punire.

74 Et hoc ex eo certius fit, † cum solus Papa habeat potestatem in his, quæ Ecclesiam, aut eius priuilegia contingunt , à Deo illi soli concessam. Ioann. vlt.cap. solitæ, de maioritate & obediẽtia. Ioannes Igneus in.l.1.ff.ad.S.C.Syllanianum, num. 39. inferens ex eo aduersus tales Papæ constitutiones nulli refragari licere.c. si Impe-

si Imperator.cap.denique. cap.cum ad verum.96.distinctio,cap. aduersus,de immunitate ecclesiarum.

75 Vnde eo ipso,† quòd laici de rebus Eccles.aliquid disponũt, libertas ecclesiastica violatur, vt ex dicto cap. bene quidem. 96. distinction.cap. Ecclesia, de constitution.resoluit Andre. Barbacia consil.31, incip.omnia quæcunque.nu.2. vol.4. Et ita negari non potest iniustè violatam esse per dictum statutum Reipublicæ

76 Venetorum, illudque nullum esse ipso iure.Quia † statuta, quæ qualitercunque Ecclesiam lædunt,aut ipsius libertatem,& immunitatem,sunt ipso iure cassa, irrita, & nulla, nulloque modo debent obseruari, dicta authen.cassa.vbi Decius nu.9.&.DD.communiter.C.de sacrosanct.Eccles.& in corpore vnde sumitur. Carolus Ruynus consil.175.in fine. lib.1. Bellonus consil. 43. nu.2. Iacob.Menoch.dicto consil.291.num.26.qui hoc ponderat contra quandam aliam legem Dominij Venetorum, qua cauebatur. Quòd illi qui recognouerint aliquid ab Ecclesia per spatiũ quadraginta annorum, sub vniformi pensione, debeant inuestiri ab Ecclesia ipsa sub forma libelli, pro vt ius disponit, scilicet, in.l. finali.C.de fundis patrimo. lib.11. nam tale statutum nullius est momenti, tanquam contra libertatem ecclesiasticam factum, vt per plura prosequitur fundamenta Menochius.

77 Accedat † in nostrismet terminis resolutio Borgnini Caualcani decisio.Finiçani.9.nu.80.part.2.vbi ait.Statutum seu pracmaticam Sanctionem Venetorum super bonis emphyteoticis ecclesiasticis,& piorum locorum,de inuestitura renouanda,non valere,etiam ad fauorem dictorum religiosorum, & clericorum. Et

78 eisdem † rationibus nullum est,& iniustũ aliud eorundem Venetorum ædictum,de quo in cap.56.lib.4.Veneto.statutorum,quo cauetur,& iubentur sacrati viri emãcipare ac distrahere prædiarias res quascunque: prohibitis etiam prophani ordinis hominibus,ne in fraudem publicæ legis Ecclesiæ fidem hac parte accomodent testamentarijs tabellis, vt recenset Renat. Choppinus lib.3. de sacra politia. titul. 1. num. 6. nam hoc decretum, sicut præcedens,contra libertatem est ecclesiasticam, nullum, & irritum ipso iure,vt infra in tertia parte monstrabitur latius.

Finis primæ partis.

SVMMARIVM PARTIS SECVNDAE.

1 *MVNDVS vniuersus est Dei templum.*

2 *Ecclesia vniuersalis est Dei tẽplum.*

3 *Ecclesia est Ciuitas Dei.*

4 *Templa materialia, dicuntur Ecclesiæ Dei, vbi preces & holocausta offeruntur.*

5 *Templa vbique construi, conuenit Reipublicæ Christianæ.*

6 *Ecclesias ædificare est opus multum pium.*

7 *Templorum erectio apud omnes magnam laudem promeruit.*

8 *Alexander Seuerus templa frequentabat, voluitque templum Christo dicare: & de templis ad honorẽ eius ab Hadriano paratis.*

9 *Constantinus Magnus Ecclesias reparauit, & de nouo ædificauit alias.*

10 *Alphonsus Sextus Rex Castellæ magnifice dotauit Ecclesiam Toletanam.*

11 *Franciæ Regum pietas in erectione, & dotatione Ecclesiarum laudatur.*

Hispa-

12 *Hispaniarum Reges, maximè Philipp. 2. Rex catholicus, laudantur ob insignia facta in fundatione, & dotatione ecclesiarum, & cœnobiorum.*

13 *Seleucus laudatur, eo quod delubra Dijs ædificauit.*

14 *Templorum curam negligentes Deo sunt inuisi.*

15 *Gentiles, illis quos Deos putabant, cultum & templa dedicarunt.*

16 *Pontifices summi multum commendant ædificationẽ templorum.*

17 *Orationes melius fiunt in templis, quam alibi.*

18 *Aethnici in sua superstitione, preces porrigebant in templis, illis quos numinum vice colebant.*

19 *Publica sacrificia, & religionis mysteria, non conuenit vbique, sed in templis fieri.*

20 *Christus in maximo honore, & obseruantia habuit templum Domini.*

12 *Iacob⁹ minor Apostol⁹, & alij Apostoli tẽpla erexere.*

22 *Iacobus Zebedæus Apostolus in Hispania prædicans erexit templum Diuæ Mariæ in Ciuitate Cæsaraugustana.*

23 *Nero, Domitianus, & Diocletianus persequuti sunt Christianos, & eorum templa euertere curarunt.*

24 *Ecclesiæ tranquilitas data fuit à Deo sub Constantino, qui multum fauit ædificationi templorum, & liberè posse ædificari permisit.*

25 *Status temporalis conseruationi, multum expedit ædi*

ficatio templorum in Dei, & sanctorum honorẽ.

26 *Templa non debent sine competenti dote ædificari.*

27 *Tẽplo quod non est, sed esse speratur, potest relinqui.*

28 *Ad fundationem ecclesiarum solum requiritur dotatio, & episcopi authoritas.*

29 *Episcopus si nolit fundationi sine iusta causa consentire, tam ecclesiarum quàm piorum locorum à superiore compellitur.*

30 *Nicephorus Phocas Imperator Orientis prohibuit monasteria, & loca pia de nouo cõstrui, & eis immobilia relinqui, & militibus largiebatur ea exẽplo Iuliani Apostatæ.*

31 *Basilius Iunior Imperator reuocauit Constitutiones Nicephori.*

32 *Angliæ Christiani antiquiores religiosos viros soliti erant cogere, vt territoria & possessiones acciperent ad fundanda monasteria.*

33 *Episcopi authoritas requiritur in fundatione monasterij in sua diœcesi.*

34 *Duumuiri sacrorũ, apud Romanos tẽpla dedicabãt.*

35 *Principes, nec alij seculares non habent auctoritatẽ circa ædificationem ecclesiarum.*

36 *Statutum, vel consuetudo contra priuilegia cõcessa Ecclesiæ, à Deo, Papa, Imperatore, aut alio Principe, dicuntur contra libertatem ecclesiæ.*

37 *Statutum, de quo proximè, est nullum ipso iure.*

PARS

PARS SECVNDA.

TEMPLORVM, ET MONASTERIOrum, aliorumque piorum locorum liberam constructionem defendit, & commendat: & statuta id prohibentia, aut aliquid impedimenti afferentia reproba, & omni iuri, rationi, & libertati Ecclesiasticæ contraria esse docet.



VAM ſit iniquum, & irrationabile ſtatutum dictorum Ducis, & Senatus Reipublicę Venetorum, prohibens Eccleſias, monaſteria, aut alia pia loca ædificari intra ipſorum temporale dominium, ſine licentia ipſorum, etſi probatione non egeat, ſatis apparebit, & huiuſmodi ſtatutum dirigi contra Deum.
1 Nam licet, †mundus vniuerſus dicatur Dei templum, vt tradit Macrob. lib. 1. in Somnium Scipionis. c. 14. Philon Iudæus libro de Somnijs, pag. mihi. 820. dicens. Duo
“ enim templa eſſe videntur: alterum hic mundus, cuius ſacerdo-
“ tium eſt penes Dei ſermonem primogenitum: alterum anima ra-
“ tionalis, cuius ſacerdos eſt ille verus homo; cuius hominis imago
“ ſenſibilis eſt Pontifex, qui patrio ritu vota, & ſacra facit. Idem
“ Philon. lib. 2. de Monarchia in principio, dicens. Dei templum,
“ alterum ſummum, verumque exiſtimandum eſt, mundus hic vni-
“ uerſus, cuius ſactarium ſit cœlum in tota rerum natura præſtan-
“ tiſsimum; donaria verò ſydera, ſacerdotes, & æditui poteſtates
“ Angelicæ, animæ carentes corporibus, non quemadmodum no-
“ ſtræ contemperatæ, è rationali, brutaq. natura, ſed totæ quantæ
“ ſunt intellectu prædıtæ, ratione ſinceritatis, vnitati ſimiles. Arno
“ bius lib. 8. contra Gentiles, dicens. Cur nullas aras habent, tēpla
“ nulla, nulla nota ſimulachra, nunquam palam loqui, nunquā libe-
“ rè congregari. In primitiua enim Eccleſia, quādo nondum Chri-

ſtiani,

ſtiani,nec publica templa habebant, nec ſe liberè congregabant, id ipſis obijci à gẽtilibus ſolebat,vt idem Arnob.ait lib.6.dicens. « In hac enim conſueſtis parte crimen nobis maximum impietatis « affigere,quòd neque ædes ſacras venerationis ad officia cõſtrua- « mus,non Deorum alicuius ſimulachrum,aut formam;non altaria fabricemus, non aras. Quibus Chriſtianus quidam dicto li.8.re- « ſpondit. Quòd ſimulachrum Deo fingam,cum ſi rectè exiſtimes, « ſit Dei homo ipſe ſimulachrum? Templum quod ei extruam,cum « totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non poſsit. Hottomanus. lib. 2. de feudis, titulo.2. quid ſit inueſtitura feu-di.§.3.quò tendit illud Ciceronis, libro.2. de legibus, dum ait. « Quòd parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe « patentia, ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſ- « ſet,& domus. Cuius meminit Barnabas Briſſonius lib.2.de Re-gno Perſarum,pagina mihi.170. Lactantius Firmianus lib.2.di-uina.inſtitutio.cap. 2.in principio.

2 Et ſimiliter † vniuerſalis Eccleſia Dei templum ſit,vt ait Bu-
3 dæus libro.5.de aſſe. vtpotè,quæ † eiuſdem dicitur Ciuitas,iux-ta illud Pſalmi. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei.* Et Pſalmo 131. *Hic habitabo, quoniam elegi eam.* Et Pſalmo.47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri,in monte ſancto eius.* Diuus Cyrillus libro.7.de adoratione,& cultu,pag.76.col.1.& lib.10. folio. 109. Cardinal. Turrecrema.in ſumma de Eccleſia. lib. 1. cap. 33. num. 3. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ; cap.61.

4 Tamen † templa materialia,Dei Eccleſiæ dicuntur,& Domi-ni templa,eo quòd in eis fideles congregantur, & oratur,& ado ratur Deus.Vnde Dominus ipſe Deuteronomii.12.ait. *Ad locum quem elegerit Dominus Deus noſter, de cunctis tribubus ueſtris, ut ponat nomen ſuum ibi,& habitet in eo,uenietis,& offeretis in loco illo holocauſta, & uictimas ueſtras,decimas, & primitias manuum ueſtrarum, & uota, atque donaria.* Vt benè aduertit Turrectema.dicto lib.1.cap.2.n.1. in fine, & iuxta illud Pſalmi. 5. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.*

5 Vnde vniuerſali Chriſtianæ Reipublicæ conuenit,templa vbi-que conſtrui,in quibus laudetur Deus,nec impedimẽta poni fer-uori,& pietati eadem volentium ædificare,& dicare: nam vt Phi lon Iudæus dicto lib. 2. de Monarchia, ait de tẽplis manufactis.

Non erat enim reprimendus impetus hominum ad pietatem prope-
rantium, & grata sacrificia pro acceptis beneficijs reddere paran-
6 *tium, aut pacem, ueniamque petentium*. Est enim opus sanè pium
Ecclesias ædificare, vt ait Ioannes Lupus in tractat. de liberta-
te ecclesiastica, quæstione. 4. nu. 7. & Principes in eo monen-
« tur per Marcellum Papam, Epistola. 2. Maxentio dum ait. Boni
« Principis est, ac religiosi Ecclesias contritas, atque conscissas re-
« staurare, nouasque ædificare, & Dei sacerdotes honorare, ac tue-
« ri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores, sub diuina
« contestatione constitutos præcepisse legimus, non debere fieri
« persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laboranti-
« bus in agro Dominico, nec expelli æterni Regis dispensatores:
vt trassumptiuè habetur in cap. finali. 96. distinctio. Et Clemens
« Epistola. 2. ad Iacobum, ait. Ecclesias per vtilia, & congrua fa-
« cite loca, quas diuinis precibus sacrari oportet, non à quoquam
« grauari: vt habetur in cap. 28. Ecclesias. 16. q. 7. c. ecclesias de con-
7 sec. dist. 1. Nam † templorum erectio apud omnes magnam sem-
per laudem promeruit: nam si inspiciamus Gentiles, vanā suam
superstitionem sectantes, de ipsis Demosthenes oratione Olyn-
« thiaca. 3. ait. Spectate quales, & publicis, & priuatis in rebus ma
« iores nostri se præbuerunt: publicè enim ædificia, & ornamenta
« talia, & tanta instruxere nobis templorum, & quæ ijs continen-
« tur donariorum, vt nihil addi posit à posteris ad illorum excel-
« lentiam: vt bene notauit Simancas libro. 1. de Republica, cap. 7.
nu. 4. Et ita Diuus Ambrosius in Epistola, aduersus Symmachum
« de Gentilium templis tractans, ait. Exēplo suo admonent, quan-
« tum Christiani Imperatores religioni, quam sequuntur debeant
« deferre reuerentiæ, quando Gentiles superstitionibus suis omnia
« detulerunt.

Et Fœlix Papa Episcopis scribens, hoc latius ostendit in c. 1.
« de consecratio. distictio. 1. dicens. Tabernaculum enim Moysen
« (Domino præcipiente, Exodi. 31.) fecisse, & sacrasse cùm mensa
« & Altari eius, & æreis vasis, & vtēsilibus ad diuinum cultum ex-
« plendum legimus: & non solum diuinis precibus ea sacrasse, sed
« etiam sancti olei vnctione. (Domino iubente, Leuit. 8.) perlinis-
« se nouimus. Qualiter autem hæc facta sunt, vt non alii ipsa sacra-
« menta, quàm ipsi sacerdotes, sacra vnctione delibuti, Domino-
« que cùm vestibus sanctis sacrati, & Læuitæ tractabant, ferebant,
erige-

" erigebant, & deponebant in ipsis institutionibus, quæ (iubente
" Domino) conscriptæ sunt per Moysen in lege Domini reperi-
" tur. Qualiter ergo Dauid Regum pijssimus, amplificauerit cul-
" tum Dei, & templum Domini ædificare voluerit: sed propter
" multum sanguinem quem effuderat prohibitus est. 2. Regum. 7.
" & ipse collegerat expensas: Salomon quoque filius eius. 1. Para-
" lipo. 22. quod ipse facere optauerat iubente, & auxiliante Do-
" mino perfecit, & templum cum altari, & reliqua, ad diuinum
" peragendum cultum consecrauit. In libro Regum legitur. Fecit
" ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis
" Israël cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsque ad
" riuum Aegypti, coram Domino Deo nostro septem diebus, &
" vij. diebus, id est, xiiij. diebus: & in die. viij. dimisit populos. Iu-
" dæi ergo loca, in quibus sacrificabant Dño diuinis habebant sup-
" plicationibus consecrata, nec in aliis, quàm Deo dedicatis locis,
" munera Deo offerebant. Si ergo Iudæi, qui vmbræ legis deser-
" uiebant hoc faciebant, multo magis nos, quibus veritas patefa-
" cta, & gratia per Iesum Christum data est, templa Domino ædi-
" ficare, & pro vt melius possumus ornare, eaque diuinis pretio-
" bus, & sanctis vnctionibus suis cum altaribus & vasis, vestibus
" quoque, & reliquis ad diuinum cultum, explendum vtensilibus
" deuotè, & solénitèr sacrare: vnde Dauid, & Salomon magnopere laudantur ex dicta præparatione & ædificatione, & ornatu templi, vt. 3. Regum. c. 4. & sequen. cap. & hoc dicimus. 16. q. 7. Iosephus lib. 7. antiq. Iudai. cap. 10. & lib. 8. cap. 2. & sequen. Polido. Virgilius lib. 5. de inuento rerum, cap. 6. Hierony. Gigas de crimine læsæ maiestatis. q. 39. nu. 1. & 2. Rauisius Textor tomo. 2. officinæ, titulo de ædificijs sumptuosis.

8 Laudat † Aelius Lampridius Alexandrum Seuerum, in eius vita, eo quòd templa frequentauit, & Christo templum facere voluit: eumque inter Deos recipere: quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus, sine simulachris iusserat fieri, quæ idcirco, quia non habebant numinis effigiem dicuntur Adriani, quæ ille ad hoc parasse dicebatur, sed probibitus fuit ab his, qui inuestigauerant, omnes futuros Christianos, si id optatò euenisset, & templa reliqua deferenda.

9 Theodoretus † etiam in historia sanctorũ Pattum, sectione 1. laudat.

laudat eadem de causa Constantinum Imperatorem, dicẽs, Quòd Constantinus Imperator Maximus Gregis nostri Zorobabel, illius enim instar, vniuersam piorum captiuitatẽ reduxit ab exilio, & diuina templa, humi disiecta, in altum erexit, & excitauit, plurimaque sumptuosè de nouo ædificari fecit, vt diffusè probant Fasciculus temporum in eodem Constantino, folio mihi 47. in principio. Polydo. Virgilius lib. 2. Anglorum historiæ in fine. Restaur. Castalius tracta. de Imperatore. q. 51. nu. 30. Genebrardus Chronograph. tomo. 2. anno Christi. 311. pag. mihi. 75. qui memorat eundem templa paganorum claudi iussisse, vt constat in. l. 1. C. de paganis.

30 Laudatur † etiam Rex Alphonsus sextus, ex magnifica dedicatione, & dotatione Ecclesiæ Toletanæ, per Archiepis. Rodericum lib. 6. de Hispaniæ rebus, cap. 24. & sequẽti. Renatus Choppi. lib. 3. de sacra politia, titulo. 1. nu. 6. historia generalis Hispaniæ Regis Alphonsi Sapientis. 4. parte. cap. 3. Mariana lib. 9. c.

31 18. & seqq. Idemq. † Renatus Choppinus vbi proximè, nu. 11. laudat eximiam Regum pietatem, Regum inquam Francorum, eximiaque in Ecclesiam beneficia, in Ecclesiarum, & cœnobiorum constructione, & dotatione: de quo Valdesius de dignitate

32 Regum, & regnorum Hispaniæ, cap. 21. nu. 2. & seqq. † qui à numero. 6. vsque ad finem capitis prosequitur etiam laudes Regum Hispaniæ, in erectione & fundatione, ac reædificatione Ecclesiarum, & cœnobiorum: inter quæ primarium obtinet locum Diui Laurentij templum, & cœnobium à Catholico Philippo. II. erectum, iuxta oppidum Scurial: cuius magnificentia, & dignitas mirabile octauum mundi meretur haberi; imò & alijs septem mirabilibus, quæ miraculi nomine celebrauit antiquitas præferri, iuxta ea quæ in ipsius laudem congessit Ioannes Strasoldus.

33 Pausanias † etiam lib. 1. Seleucum laudibus, & encomiis prosequitur, quòd delubra Dijs ædificauerit, vt meminit Valdesius dicto cap. 21. nu. 1. dicens, gratum munus esse Deo templorum ædificationem: in quorum honorem Deus ipse, templum se esse profitetur, Ioannis cap. 6. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Paulusque Apostolus honoris gratia fideles vocat Dei templum. 1. ad Corinthios, cap. 3. & 6. Pau. Fusc. de visi. lib. 2. cap. 3. nu. 9. Et è contrario malè audiunt, qui curam

ædificationis templorum neglexere. Inde Asconius actione.2.in Verrem. Persas meritò Diis, hominibusque inuisos, à Cicerone dici notat: quia non solùm hostes erant, vt pote Barbari, verum etiam more suæ gentis, nulla Dijs in terris templa condenda esse credebant: præsertim cum vni Soli, quem venerarentur, vix mūdus ipse sufficeret. Illud uerò Persarum institutum reprehendens idem Cicero libro.2.de legibus, inquit. *Melius Græci, atque nostri, qui ut augerent pietatem in Deos, easdem illos urbes, quas nos incolere uoluerunt: adfert enim hæc opinio religionem utilem ciuitatibus.* Brissoni.dicto lib.2.de regno Persarum, Petrus Gregorius lib.12.de republica, cap. 21. nu. 9. versic. Persæ, & nu. 25. dicens, Quòd

15 quāuis † gentiles essent Idolatræ, & in vero Deo colendo aberrarent, tamen religione tacti, quæ quodammodo naturalis hominibus est, illis quos Deos putabant, cultum, & templa dedicarunt, eaque religiosè venerati sunt, quandiu errore fascinati remanserunt: dedicabant templa, sacrificuli, seu eiusdem superstitionis Pontifices, vt liquet ex Flauio Vopisco in Aureliano, & Liuio libro.9. Pomponius Lætus de sacrific. Roman. cap. 10. & 11. Andreas Dominicus Floccius (quem alii falsò appellant Fenestelam) lib.1. de potesta. Romano. cap.11. Raphaël Volaterran. & Henrric. Bebelius de Sacerdot. Romano. erant enim templorum dedicationes etiam inter ethnicos gratitudinis testimonia, vt Petrus Gregorius ait dicto cap. 21. num. 26. & sequentibus.

16 Vnde Summi Pontifices † multum cōmendant Ecclesiarum ædificationem: siquidem Gregorius.2. Epistola.5. in fine populo Thuringo, dixit. *Facite ergo domum, ubi & ipse pater uester (Bonifacius) debeat habitare, & Ecclesias ubi debeatis orare, ut Deus uobis indulgeat peccata uestra, & donet uobis uitam perpetuam.* Idem Epistola septima ad Bonifacium in fine, dicens. *Thuringis, & Germaniæ populo, ea quæ ad animæ respiciunt utilitatem, & salutem, scribere non omisimus: inter alia, ut construant episcopia, & Ecclesias condant iniungentes.* Antonius Augustinus in epitome veteris iuris Pontificij.2. parte de rebus, titulo. 2. de Ecclesijs, & alijs locis pijs ædificandis, cap. 4. cum quatuor sequentibus, qui cap. 20. ex Aquisgran. Concilio sub Pipino, lib.1. cap.12. id ita statutum
" fuisse refert. Per Beatum Petrum Apostolorum Principem in
" Occidentis; per Beatum verò Ioannem Apostolum, & Euange-

listam

" listam in Orientis, id est, in Asiæ partibus; per Beatum etiam Pau-
" lum in tota generaliter mundi latitudine fundata, & ex oblatio-
" nibus fidelium constat dicata, atque honorata (Ecclesia.) Ibidem
" cap.24. vbi dicitur. Christiana Religio exemplum sumens, ex an-
" tiqua patrum traditione domus in honorem Dei ædificat, ac de-
" dicat, & altaria erigit, eisque oleum superfundit, ac sacrosancto
" chrismate perungit ea, & defactis, dictisque Iacob melodiam
" Christo canit, & à fidelibus oblationes, & vota, & pretiosarum,
" diuersarumque rerum ad decorem & honorem diuini cultus sa-
" cerdotum, cæterorumque ministrorum Christi vsus, pauperumq.
" receptionem, ac recreationem suscipit donaria, & sicut verbis
" eiusdem Patriarchæ Iacob aperte demonstratur. Genes. cap.28.
" cuncta Deo dicata templa, & terribilia sunt, & veræ domus Dei
17 sunt, & portæ cœli. † Cùm ibi melius orationes, precesque ad
Deum porrigantur, & exaudiantur ab ipso, vt constat. 2. Parali-
pomenon, cap. 7. vbi cum Dominus apparuisset Salomoni post
" templi dedicationem, dixit illi. Audiui orationem tuam, & elegi
" locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & plu-
" uia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ, vt deuoret
" terram, & misero pestilentiam in populum meum, conuersus au-
" tem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, de-
" precatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœni-
" tentiam à vijs suis pessimis: & ego exaudiam de cœlo, & propi-
" tius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum, oculi quoque
" mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in
" loco isto orauerit, &c. Ex quo satis debent cuncti mortales in-
telligere, præcipuum precandi locum esse templum Deo dica-
tum, vt benè aduertit Polydorus Virgilius dicto lib. 5. de inuen-
to. rerum, cap. 6. in princ. Et constat ex celebri loco illo Isaiæ, cap.
56. *Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta & uictimæ eorum placebunt mihi super Altari meo, quia domus mea, domus orationis uocabitur omnibus populis.* Hiere-
miæ cap. 7. Lucæ cap. 19. & Christus apud Matthæ. cap. 21. hoc
docuit, dicens, *Domus mea, domus orationis est.* Concilium Trident.
sessione. 22. decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione
Missæ. 5. ab Ecclesijs. Paulus Fuscus tracta. de visitatione, lib. 1.
cap. 10. nu. 1. & cap. 28. num. 2. Petrus Gregorius dicto lib. 12. de
Republica. c. 23. nu. 4. Ioann. Igneus in. l. 1. nu. 30. ff. ad S. Consu.

Syllanian. in principio legis, ponderans illud Psalmi. 131. *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius: hic autem locus non est alter nisi templum, & Ecclesia.* Similiter Exod. c. 34. Postquã de oratione & modo orandi loquutus est Dominus ad Moysen, ait. *Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui.* Et Ioãnis. c. 7. & Lucæ. c. 2. refertur Christũ quotannis secundùm legis consuetudinem, cum matre sua Sanctissima & Ioseph, putatiuo parente, iuisse in Ierusalem, vt oraret in templo. Et Lucæ cap. 18. ait. *Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent.* cap. & hoc diximus. versic. hoc ergo. 16. quæst. 7. & D. Augustinus super Psalmum. 130. secundum vnum intellectum, ita in proposito dicit. *Quisquis enim præter templum Dei orauerit, non exaudietur ad illam pacem supernam Hierusalem.* Cuius authoritatis meminit Turrecremata, in summa de Ecclesia, lib. 1. ca. 35. nu. 4. Vnde D. Chrysosthomus, tomo. 1. suorum operum, Homilia. 1. in illa verba cap. 6. Isaiæ. *Vidi dominum,* ait. *Ecclesia sanè quidam locus est medicinæ spiritualis, & eos qui huc ueniunt, decet, ne domum redeant, nisi congrua remedia acceperint, illaque suis uulneribus adhibuerint: Dominus enim miseretur eorum, qui in templo ad ipsum preces obtulerint,* iuxta illud Psalm. 47. *Suscepimus Deus, misericordiam tuam, in medio templi tui.* Cuius meminit Remig. de immunit. Ecclesiarum, ampliatione 3. num. 1.

18 Quod etiam † ethnici in suis obseruarunt superstitionibus, preces porrigentes eis, quos numinum vice colebant, in templis, quæ ipsis dedicauerant. Docuit hoc Liuius lib. 30. dicens. "Prætor exemplo edixit, vti editui ædes sacras omnes, tota vrbe aperirent, circumeundi, salutandique Deos, agendique gratias per totum diem populo potestas fieret. Et lib. 38. dicens Scipio in Capitolium ad Iouem Opt. Maxi. Iunonemque, & Mineruam, cæterosq. Deos, qui capitolio, atque arci præsident salutandos ibo. docte plura congerens Brissoni. li. 1. de formulis & solennibus populi Romani. pag. 39.

Conuenit etiam alia de causa multa construi templa in honorẽ Christi, & sanctorum eius: nam etsi in omni loco priuatim, Deũ
19 colere, laudare, & precari conueniens sit, & expediat: † Publica tamen sacrificia religionisque mysteria in omni loco peragere, nec expedit, nec permittendum est, vel eo metu ne quis nouum modum colendi Deum vsurpet, aut nouos Deos sibi gentilium more

more confingat, vt Michas Iudic. cap. 17. & ordinem, ecclesiasticum, sacramq. hierarchiam conturbet, & polluat, vt fateri videtur Leo Cæsar constitutio. Nouel. 4. & hæreticorum illicita conuenticula satis comprobant, & ita videtur hæc ratio à Deo assignari Leuitici. cap. 17. de non offerendo alibi sacrificio, quàm in ostio tabernaculi testimonij. Et additur paulo post. *Et nequaquam vltra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt:* Et hæc fuit causa iustissima, vt antiquarentur, clauderentur, ac diruerentur paganorum speluncæ, seu templa, tam ex iussu Constantini, vt dixi, & refert Nicephorus Calist. lib. 8. c. 18. & 25. quàm Constantij eius filij, de quo in. l. 4. tit. 10. lib. 16. C. Theodosiani tradit Petrus Greg. dicto. lib. 12. cap. 22. nu. 1. Sicque Deus iussit, Deute. cap. 12. versic. 11. *In loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen eius in eo, illuc omnia quæ præcipuâ conferetis holocausta, & hostias, & decimas, &c.* Et versic. 13. *Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in eo, quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum offeres hostias.* cap. 1. cap. sicut non alij. 10. de consecratio. distinctio. 1. Petrus Greg. dicto lib. 12. cap. 21. num. 2.

20 Quanti † autem Christus habuerit templorum fauorabilem causam, vltra prædicta satis constat ex Matth. cap. 33. vbi reprehendendo auaritiam, & impietatem pharisæorum, quibus pluris erat aurum, quàm sacrosanctum templum, dixit. *Væ vobis, quia dicitis, quicunque iurauerit per templum, nihil est; qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. Stulti, & cæci, vtrum enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum?* Et subijcit. *Qui ergo iurauerit per templum, iurat per eum, qui habitat in ipso.* vt tradit, Polydo. Virgil. dicto lib. 5. de inuento. rerum. cap. 6.

21 Vnde † postquã pijssimus Christiani numinis cultus cœpit custodiri, & homines diuina accensi flamma, verum agnoscentes, falsis neglectis Dijs, spretaque idololatria, in veritate & spiritu adorantes, se vni summo Deo, ac filio eius vnigenito, & coëssentiali Christo omnino manciparunt, templa religiosissima consecrauere, erutis primum ac euersis simulachris, quæ falsis Dijs erãt sacrata; nam & Beatus Iacobus, frater Domini nuncupatus, Hierosolymis cathedram habens, cellulam ædificauit, & dicauit, & apostolico ritu sacrificare cœpit, vt post Eusebium tradit Ioann. Bræccheus in. l. inter tabernacula. 184. ff. de verbo. significatio. Nicephorus Calistus lib. 2. ecclesiast. historiæ. cap. 4. in fine,

Rex † Alphonsus Castellæ cognomēto sapiens, in lib. 1. sui The-
22 sauri. cap. 67. Et Iacobus Maior, siue Zebedæus in Hispanijs, qui in Cæsaraugustana ciuitate Ecclesiam Diuæ Mariæ, quæ *del Pilar* nuncupatur, fundauit, vt testatur F. Thomas à Villanoua Valentinus Archiepiscopus in sermone de B. Iacobo, Breuiarium Braccharense, Feuardentius in annotatio. in Iræneum. 1. aduersus hæreses. cap. 3. & annotatio. 4. de prædicatione B. Iacobi, Ambro. Morales. lib. 9. Chronicon. cap. 7. Galesinus in annotatio. ad martyrolog. duodecimo Kalen. Februarij. P. Canisius. lib. 5. de Deipara Virgine, cap. 21. Valdesius vbi supra. cap. 6. nu. 21. & alij, quos prætermitto, speciali loco tractaturus.

Idemq́. fecere reliqui Apostoli, in prouincijs, ipsis diuina ordinatione decretis, quibus sanctissima Christi dogmata intrepide profitebantur, & prædicabant: ita vt increbescente Christianis-
23 mo, ornatiora, & excelsiora templa conderentur, † quousque Nero, Domitianus, & Diocletianus, Cæsares nepharias, & immanes persecutiones, aduersus Christiani nominis asseclas, & veræ religionis Christianæ cultores mouerunt, tanta crudelitate & impietate, vt dictus Diocletianus decimo nono sui imperij anno sanxerit, vt omnes orbis Ecclesiæ funditus euerterentur, & solo æquarentur, vt est apud Eusebium, lib. 7. Eccles. histo. cap. 26. & lib. 8. cap. 2. Qua de causa Christiani à publica templorum constructione abstinebant, & in occulto, abditis, & secretioribus locis, (partium illarum vbi tales persequtiones viguerunt) sacella tantum habentes, propter metum Tyrannorum,
24 † quousque Tranquilitas à Deo data est, Imperij habenas gubernante, optimo & fœlicissimo, & pijssimo Imperat. Constantino, qui non solum Ecclesias erexit, & reparauit, & ad eorum ædificationem prædia concessit, & post immensa donaria fabricam templi primæ sedis Beati Petri instituit, vt per Michaël. Vlcurru. tracta. de regimine mundi. §. sed postquam. num. 21. & vbiq. terrarum templa libere fabricari permisit: cuius rei plura sunt grauissimorū autorum testimonia, si quidē Theodoritus lib. 1. eccle siast. hist. cap. 1. de Constantino tractans ait. Qui neque ab ho-
" minib. neque per homines, sed à Deo, vt diuinus Apost. vocatus
" ad imperij dignitatem, huiusce tranquillitatis autor extitit, leges
" namque tulit de idolorum cultu, sacrificioq́. summouendo, & in-
" staurandis Ecclesijs. Præterea etiā fide ornatissimos Proconsules,

ac Præsi-

" ac Præsides misit in prouincias, & nationes, quibus sacerdotum
" honorem, venerationémque commendauit; morte his denuntia-
" ta, qui hos ipsos sacerdotes violare ausi fuissent. Ac tunctempo-
" ris non afflictæ, prostratæque Ecclesiæ tantum reficiebantur, sed
" aliæ etiam nouæ, & clariores, ac nobiliores ædificabantur. Ioannes Brechæus vbi proximè, Adonis Chronicon ętate sexta, anno
" Domini. 306. dicens. Quòd Constantinus Cæsar inter alia licen-
" tiam dedit Christianis liberè se congregandi, & in honorē Chri-
" sti vbique Ecclesias construere, ac penè per totū Imperium Ro-
" manum priuilegia singulis ciuitatibus dedit, vt populus Christia-
" nus sub iure, & ordinatione Episcoporum liberè viueret, ac Dei
" templis liberè honoris structuram cōponeret. Et clarius refert
" Melchiades Papa in cap. futuram. 12. q. 1. his verbis. At verò cum
" inter turbines, & aduersa mundi succresceret Ecclesia, ad hoc v-
" que peruenit, vt nō solùm gentes, sed etiam Romani Principes,
" qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & Ba-
" ptismi sacramenta cōcurrerent; è quibus vir religiosissimus Con-
" stantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licen-
" tiam per vniuersum orbem suo degentibus imperio, nōn solùm
" fieri Christianos, sed etiam fabricandi Ecclesias, & prædia con-
" stituit tribuenda. Denique idem præfatus Princeps donaria im-
" mensa contulit, & fabricam templi primæ sedis B. Petri instituit,
" adeò, vt sedem imperialem relinqueret, & Beato Petro, succes-
" soribusque suis profuturam concederet. Carolus Sigonius lib. 3. de occidentali imperio, folio mihi. 62. & sequent. qui post alia refert, quòd Constantinus, & Licinius Mediolanum progressi Constantiæ nuptias magna lætitia celebrarunt, ad quas Helena Augusta mater, & Constantia soror, & Chrispus, ac Constantia filii ex concubina suscepti occurrere. Consiliis inde inter se de Republica agitatis, duo decreta fecere: vnum, vt Maximino tyrannidem exercenti, bellum armis communibus inferretur: alterum, vt Christianis libera concilia traderentur: id verò hoc edi-
" cto complexi sunt. Cùm libertatem religionis cuique tribuen-
" dam esse iudicaremus, Christianos quoque fidem suam pro arbi-
" trio suo colere iussimus: quoniam verò multæ ex eo edicto su-
" bortæ controuersię sunt, factū est, vt multi ab eiusmodi religione
" recesserint. Cùm igitur ego Constantinus, & ego Licinius Au-
" gusti Mediolanum venissemus, atque ibi in Concilio, quæ ad

" Rempub. pertinerent, accuratè disquireremus, illa etiam populo
" Romano vtilia decernenda statuimus, quibus diuinus cultus con-
" tineretur, hoc est, vt Christianis, & aliis omnibus liberam optio-
" nem daremus, eam religionem sequendi, quàm ipsi vellent. Quare
" hanc nostram sententiam recto iudicio in edictum retulimus;
" proinde quicunque posthac, Christiana sacra sibi obseruanda
" susceperit, eum liberè, ac tutò facere posse iubemus: eadem ra-
" tione templa, & loca, in quibus conuenire solebant, restitui, &
" noua construi posse, statuimus.

Cuius etiam concessionis, & priuilegij edictalis, mentionem faciunt grauissimi alij authores, inter quos Nicepho. Calixtus libro. 7. ecclesiasticæ historię, cap. 34. & seqq. & lib. 8. cap. 27. Onuphrius Panuinus in Commenta. ad librum. 2. fastorum, Anno CIↃ. LX IIII. pagina mihi. 394. Albertus Crantzius lib. 3. historiæ Saxoniæ, cap. 3. in encomio Constantini. Ioannes Nauclerus chronographiæ generatione. 11. Lucas Tudensis in sua historia penes me manu scripta, in cap. de Constantino. Bald. num. 9. in repetitio. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Petrus Gregorius in Syntagma. iuris vniuersi. parte. 1. cap. 28. num. 2. Paul. Fuscus de visitatione, lib. 1. cap. 21. num. 1. Michaël Vlcurru. dicto tracta. de regimine mundi. 2. par. quæstio. 2. principali, versic. sed postquam, num. 21. Ioannes à Capistrano de aucto. Papæ. 2. p. secundæ partis princip. num. 120. & 176. Contrad. Brunus de Hæreticis, lib. 2. cap. 3. num. 2. Marc. Anton. Marsili. de ecclesiasti. redditu origine. 1. parte. cap. 4. num. 80. Angel. Roccha. de bibliotheca Vaticana, pag. 175. Ioannes Hugo de officio quatuor prælatorum. 4. parte rubrica de translatione Imperii in Ecclesiam num. 1. Petrus Mexia in vita Constantini, cap. 1. & 2. Guillelmus Durandi tracta. de modo generalis cõcilij celebrandi rubri. 5. Ioannes Pineda lib. 12. Monarchiæ ecclesiasticæ, cap. 3. & 5. Couar. in pract. cap. 31. nu. 2. Quare inter alia præcepta,

25 † quæ diriguntur ad conseruationem, & augmentum status temporalis, illud est, vt Princeps magnifico animo, & opere se habeat circa fabricationem Ecclesiarum, & antiquarum reædificationem, & reliqua diuinum tangentia cultum, & creatoris honorem, vt tradit Ioannes Botero lib. 2. de ratione status, cap. de modis conseruandi religionem.

26 Sanctiùs autem statuissent Veneti, iura canonica imitantes, ne sacræ

sacræ ædes ædificarentur, sine competenti dote, qua suos leuitas possint nutrire. cap. 1. de censibus. cap. nemo. de consecratio. distinc. 1. glo. in. cap. cum sicut, de consecratio. Ecclesiæ. Petrus Surdus tracta. de alimentis, titul. 1. q. 84. num. 7. Petrus Gregorius syntagmat. iuris vniuersi. 1. part. lib. 2. cap. 28. num. 2. & lib.
27 16. cap. 8. num. 35. nam in eo talis, tantusque fauor versatur, vt † etiam possit relinqui templo, quod nōdum est, sed esse speratur, & contemplatione eius. l. seruos. 17. vbi. DD. ff. de alimentis, & cibar. legatis. Guillermus Benedictus, in. cap. Raynuntius. verb. & soboles quam gestabat. num. 51. & seq. addens, Quòd Ecclesia construenda potest institui hæres, sicut alienus posthumus. leg. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthumis, secundum Bartol. in dicta. l. seruos.

28 Quare † ad constructionem Ecclesiarum, & piorum locorum non requiritur aliud, quàm dotatio, & Episcopi authoritas, iuxta Vuormatiense concilium, relatum in cap. 44. quicunque. 16. q. 1. vbi Textus ait. *Quicunque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare; & consensum & voluntatem Episcopi habuerit, in cuius parœcia est, licitum sit.*

29 Imò † si Episcopus nollet fundationi sine iusta causa consentire, ad illud faciendum posset per superiorem compelli. c. nullus, vbi Abbas de iure patronatus. Idem Abbas in. cap. 2. in fine, eodē titul. Ioann. de Selua tracta. de beneficio. 1. part. q. 6. num. 24. Lancellotus lib. 2. institutio. iuris canonici. titul. 18. §. Episcopo. glo. verbo non debet, allegans cap. placuit. 1. quæstio. 2. cap. piæ. & cap. Frigentius. 16. q. vltima. dictumque cap. cum sicut, de consecratione Ecclesiæ, vel altaris. cap. nemo. de consecratio. distinc. 1. Rochus de Curte tract. de iure patronatus, verbo pro eo quod de Diœcesani. num. 12. & pluribus seqq.

Quæ omnia procedunt circa fundationem & dotationem mo-
30 nasteriorum, seu cœnobiorum. Nam licet Nicephorus Phocas Imperator Orientis, vt legitur in nouella eius. 4. in li. 1. iuris oriētis, collecti per Bonifidiū, donationes monasterijs, atque templis relictas à quibusdam pijs Imperatoribus, prorsus aboleuerit, lege lata, ne Ecclesiæ immobilibus locupletarentur bonis, statuendo insuper constitutione. 5. ne de nouo construerentur monasteria xenodochia, nosocomia, sed solùm haberetur cura eorum, quæ iā erant fundata, conatus sua cōstitutione reprimere pium hominū

ſtudium circa talium fundationem, vt referunt Cuiatius in **Com** mentariis nouellæ.5.& Petrus Gregorius libro.13.de Republica, cap.17.nu.5. Renatus Choppinus libro.3.de ſacra Politia, titul. 1.nu. 5. Tamen quia impius Imperator, etſi cauſam daret, templorum & monaſteriorum opes,à ſacerdotibus & miniſtris, non couerti in Eccleſiarum vtilitatem, longè aliud meditabatur, qui ſacros reditus è veſtigio in rei bellicæ vſum edicto traduxerit, vt à Zonara præclarè ſcriptum eſt, Annalium tomo.3.imitatus Iuliani Augusti (quem improbi mores apoſtatæ nomine infamarunt)iniqua facta,qui etiam edixerat, vt omnes pecuniæ Edeſſenorum Eccleſię ab ipſa tollerentur,& diſtribuerentur militibus; prædia quoque in priuatos vſus referrentur; eo prætextu, vt redacti ad inopiam Chriſtiani ſaperent,nec cæleſti regno excluderentur, auctore ipſo Iuliano in Miſopogone, & Renato Choppino vbi proximè.

31 Tamen † Baſilius Iunior Porphyrogeneta, vt habetur apud Balſamonem Antiochenum Patriarcham, & in dictis Nicephori conſtitutionibus,eas ſuſtulit,& abrogauit,ea de cauſa,vt ibidem dicitur: quia non ſolùm ad iniuriam, contumeliàmque Eccleſiarum,& religioſarum domuum,ſed etiam ipſius Dei eſſent factæ, vt refert Balſamo præfatus, cap.1. Conſtantinopolitanæ Synodi primæ,& ſecundæ, Cuiatius, & Petrus Gregor. vbi proximè.

Quare apparet dictum ſtatutum Ducis, & Senatus Venetorum non eſſe opus Chriſtiani Principis, nec piorum conſiliariorum,ſed ſimile & traſſumptũ edictorũ apoſtatæ Cæſaris, & Imperatoris iniqui;ideo nemo ſanę mentis, & mediocriter edoctus literas,negare poterit,eſſe contra libertatem eccleſiaſticam: meliuſque,& ſanius ſumpſiſſent conſilium,ſi exemplum antiquorum

32 † Anglię Chriſtianorum imitati fuiſſent. Illi quidem,vt teſtatur Beda libro.3.eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorũ,fol.mihi.377. multoties ſolebãt religioſos cogere viros,vt territoria,& poſſeſſiones acciperẽt ad conſtruẽda monaſteria:nec vſurpaſſent Epiſ-

33 coporum authoritatẽ, quorum muneri hoc indulgetur † à iure, vt ſine ipſorũ aſſenſu in ſua diœceſi non conſtruantur monaſteria,vel oratoria, cap.quidam.18.q.2.c.de Monachis, & ſequen. cap.cum olim.2.de priuil. Aluarus Pelagius lib.2. de planctu Eccleſiæ,cap.21. Paulus Fuſcus de viſitatione,lib.2. cap.15. nu.58. Borgaſius tracta.de irregularitate,titulo de priuileg. Epiſc.nu.9.

Conci-

Concilium Tridenti. sessione. 25. de regularibus, cap. 3. §. nec de cætero: nam & Iustinianus Cæsar. nouella constitutione. 4. titul. 12. de monasterijs, iuxta Petri Pithæi collectionem, ita disponit.
" Qui vult ædificare monasterium, prius Episcopum vocet, vt ille
" exoret, & sanctam crucem imponat, & postea imponatur ædificium. Idem Iustinianus nouella. 61. aliàs. 67. iuxta collectionem Cuiatij. Lancellotus vbi proxime, versic. quanquam. Selua de beneficio. 1. part. q. 5. num. 29. & quæstio. 6. num. 16. Petrus Grego. Syntagmat. iuris vniuersi. 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 10. & 16. & parte. 2. lib. 15. cap. 29. num. 7. & seqq. & lib. 17. cap. 1. num. 19. & seqq. & lib. 13. de Republica. cap. 16. num. 6. Bernardus Vualtherus, lib. 2. miscellanea. cap. 2. Hostiens. in summa. titul. de Eccles. ædificandis. num. 3. Menochi. de præsumptio. lib. 6. præsumptione. 79. num. 1. Antonius Augustinus in epitome veteris iuris Pontificij lib. 9. titul. 1. cap. 1. Guillelmus Durand. de modo generalis concilij celebrandi. 1. part. num. 34. Remigius de Gonni. tracta. de immunita. Ecclesia. ampliatione. 3. num. 7. & pro his est optimus Tex. in cap. nemo. 7. de consecra. dist. 1. dum ait. Nemo
" Ecclesiam ædificet, antequam Episcopus ciuitatis veniat, & ibidē
" crucem figat, publice atrium designet; & ante præfiniat, qui ædi-
" ficare vult, quæ ad luminaria, & custodiam, & ad stipendia custo-
" dum sufficiunt; & ostensa donatione sic domum ædificet: & post-
" quam consecrata fuerit, atrium eiusdem Ecclesiæ sancta aqua
" conspergat.

34 Vnde † & apud Romanos in sua politia idololatriæ ante cōstitutionem Imperij, Duumuiris, aut sacrorum ædilibus reseruatū erat, erigere & dicare templa illis, quos numinum vice colebant. Andreas Dominicus de potestat. Romano. lib. 1. cap. 13. Pomponius Lætus, de magistratibus Romano. lib. 2. cap. 13. Raphaël Volaterra. de Sacerdo. Romanor. in principio, Henrricus Bebius eodem tract. in fine. vnde apud Liuium. lib. 6. suę historiæ Romanæ legitur, ædem Martis, Gallico bello votam, dedicatam fuisse à Tito Quintio Duumuiro sacris faciundis deputato. Idem etiam Liuius. lib. 23. testatur. M. & C. Attilium Duumuiros ædem concordiæ dedicasse, & meminere Alexander ab Alexandro, lib. 6. dierum genialium cap. 14. & Tiraquel. in notis ad eum.

35 Quare † Ioann. Lupi dicto tracta. de libertate ecclesiastica. 4. quæst. nu. 7. ex dicto. cap. nemo, & cap. basilicas, de consecratio.

distinct.1.concludit, quòd Principes, nec alij seculares, nequeunt sibi assumere auctoritatem circa ædificationem ecclesiarum.

Et ita multo minus poterunt impedire liberam ecclesiarum, & piorum locorum ædificationem, prout vniuersalis Ecclesia in suo habet iure, vt posit facere, tam ex summorum Pontificum, quàm Cæsarum concessionibus, & priuilegijs suprà relatis. Et ita hac de causa dictum statutum Venetorum, contra libertatem
36 ecclesiasticam est. Nam † statutum, vel consuetudo, tunc propriè dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, cùm veniunt contra priuilegia concessa vniuersali Ecclesiæ, à Deo, Papa, vel Imperatore, aut alio Principe supremo; & hæc est vera & communis omnium Doctorum theorica; vt tradunt Abb. consil. 83. in primis verbis. lib. 1. quem refert, & sequitur Decius, in authen. cassa, & irrita. nu. 18. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. in. l. priuilegia. nu. 5. C. eodem. Bertrandus consil. 50. nu. 4. & seq. part. 2. Socin. consil. 241. versic. aut quinto. lib. 2. Syluester in summa. verbo excommunicatio, in. 10. excomunicatione. Ancharra. in. cap. 1. in princ. de immu. ecclesia. lib. 6. allegans notata per Innocen. in. c. nouerint, de sententia excomunicatio. Hostiens. in. cap. finali. de rebus eccles. non alienandis. Bartol. in. l. filius familias. §. Diui. nu. 12. ff. de legatis. 1. Ioann. Andre. in. cap. fina. de immun. Ecclesia. lib. 6. & in dicto. cap. nouerint. num. 1. Andreas Siculus consil. 31. nu. 1. lib. 4. Angelus de Vbaldis. consil. 48. num. 2. Cosmas Gumier. in procemio pracmaticæ sanctionis. §. cum itaque. glo. libertatis. Aymon Craueta de antiquita. temp. 4 part. versic. circa præmissa. nu. 17. Iulius Clarus. lib. 5. sententia. §. finali. quæst. 77.
37 num. 28. & per consequens † non valet dicta. l. priuilegia. §. omnes sanè, auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. Ioannes Oroscius. in. l. de quibus. nu. 145. ff. de legibus. c. nouerint. de senten. excommuni. Guillel. Duran. dicto. tracta. de modo generalis concilij celebrandi. 2. part. rubric. 5. vbi concludit, esse contra libertatem ecclesiasticam ausus, & conamina illorum, qui templorum resistut ædificationi: ideo manifestè apparet, quàm sit iniustum, irrationabile, nullum, & damnatum dictum statutum, de cuius est actum reprobatione, in istius partis progressu.

Finis secundæ Partis.

SVMMARIVM TERTIAE PARTIS.



1 *AERESIS Ioannis Vuiclepb, quòd ecclesiastici viri nō possunt tēporales possessiones habere, damnata per Martin. 5.*

2 *Ecclesia à suo initio habebat bona temporalia.*

3 *Principes multum priuilegiarunt Ecclesiam in acquirendo, & conseruando bona temporalia.*

4 *Supremæ voluntatis libertas, multum fauorabilis est.*

5 *Lege. 12. Tabula. libera legandi facultas conceditur.*

6 *Inhumanum habetur negari licentiam alienandi bona in vltima voluntate, quæ viuenti cōceditur.*

7 *Libertas supremi iudicij, non debet constringi.*

8 *Libertas vltimæ voluntatis congruit iuri naturali, plus quam successio filiorum.*

9 *Deus, & sancti Patres iubent seruari vltimam voluntatem.*

10 *Nil magis æquū quā defunctorū voluntates seruari.*

11 *Testamentum fauorabilius, quàm priuilegium.*

12 *Apostoli dictum in spiritualibus præualet dicto Imperatoris.*

Ani-

13 *Animæ fauor vertitur in libertate relinquendi Ecclesijs bona quæcunque.*

14 *Anima cunctis rebus pretiosior.*

15 *Animæ intuitu cuncta à Deo creata.*

16 *Ecclesiastici viri, misericordiam à Deo consequuntur, pro benefactoribus suis orantes.*

17 *Sacerdotes peccata populi comedunt.*

18 *Deus habet maximam curam suæ Ecclesiæ.*

19 *Ecclesiæ causa multum fauorabilis est.*

20 *Ecclesia habetur loco filiorum.*

21 *Dei sunt spiritualia, & temporalia omnia.*

22 *Quæ fiunt contra Ecclesiam, videntur fieri contra Deum.*

23 *Ecclesijs quæ donantur, aut relinquuntur, videntur dari Deo.*

24 *Offerentes bona Ecclesijs Dei memoriam habent.*

25 *Bona quæ conferuntur Ecclesijs, dicuntur Sancta Sanctorum.*

26 *Monasteria loco minorum, & filiorum habentur.*

27 *Statui, nec consuetudine potest induci, ne immobilia bona relinquantur Ecclesijs.*

28 *Consuetudo, quæ sine periculo animæ seruari non potest, est nulla.*

29 *Contra libertatem Ecclesiæ nulla currit præscriptio.*

30 *Valentinian. Valens. & Gratian. prohibuere ecclesiasticos, consequi bona viduarũ, aut pupillarum.*

Valen-

31 *Valentinia. Theodos. & Arcadi. prohibuere Ecclesijs & ecclesiasticis relinqui.*

32 *D. Hieronymus inuehit contra iniustitiam dictarũ constitutionum.*

33 *D. Ambrosius idem fecit.*

34 *Constitutiones præfatæ fuerunt reuocatæ ob sanctorum quærelas, & num. 35. & 36.*

36 *Constantinus Imper. permisit liberè relinqui collegio Christianorum.*

37 *Collegium Christianorum non erat approbatum ante Constantinum.*

38 *Constantinus Cæsar fuit baptizatus a B. Syluestro.*

39 *Principis, aut Senatusconsulti autoritate opus erat in approbatione collegij.*

40 *Constantinus approbauit Christianorum collegia.*

41 *Constantinus permisit Ecclesias, & ecclesiasticos, temporalia habere.*

42 *Ecclesiæ possunt temporalia consequi, & possidere.*

43 *Ecclesijs & monasterijs possunt Principes quæcunq; bona largiri.*

44 *Ecclesiæ possunt adquirere per contractum inter viuos, & num. 45.*

46 *Vrbanus. 1. Pontifex statuit, vt Ecclesia fundos, & prædia, à fidelibus oblata dono acciperet.*

47 *Hæreticum est asserere, Christum, & Apostolos nil priuatim habuisse.*

A prin-

48 *A principio nascentis Ecclesiæ, viri ecclesiastici multa in communi habebant.*

49 *Principes multa bona immobilia Ecclesijs contulerunt.*

50 *Constantinus Imperator, cōtulit imperium Ecclesiæ.*

51 *Error tenentium, donationem Constantini non valuisse, est damnatus.*

52 *Donationem Constantini non valuisse, asserere, non procul est ab Hæresi.*

53 *Negari non potest, donationem Constantini factam fuisse.*

54 *Principes multi magnas donationes fecere, Petri patrimonium augentes.*

55 *Papa dicitur Imperator.*

56 *Errant dicentes, venenum infusum in Ecclesiam per donationem Constantini.*

57 *Miraculum magnum sequutum fuit per donationem Constantini.*

58 *Constantinus, & Syluester Papa sancti prædicātur.*

59 *Ecclesia ante Constantinum habebat temporalia bona.*

60 *Ecclesijs, & ministris eorum res prædiariæ fuerunt datæ à Principibus.*

61 *Ecclesia translata ad gentes locupletata fuit.*

62 *Philippi Augusti Regis Francorum pietas in Ecclesiam laudatur.*

Spiri-

63 *Spiritus sancti ordinatione actum est, quòd Ecclesia in temporalibus abundaret.*

64 *Si ministri sacramentorum non essent, magna pars fidelium periret.*

65 *Brigidæ sanctæ reuelatio super bonis temporalibus Ecclesiæ.*

66 *Humanum consilium non potest dissoluere, quod est ex Deo.*

67 *Error Manichæorum, & aliorum Hæreticorum, quòd non liceret clericis tẽporalia possidere, damnatur.*

68 *Sacerdotes maximum dignitatis gradum sunt consequuti.*

69 *Christus Saluator, Dominus est omnium creatione.*

70 *Christus est Dominus omnium redemptione.*

71 *Ecclesia est Sponsa Dei.*

72 *Dei priuilegijs participat* Ecclesia *eius Sponsa.*

73 *Imperium ab* Ecclesia *dependet.*

74 Ecclesia *habet aurum, vt pauperibus eroget.*

75 Ecclesia *non dum creuit, quod debet crescere.*

76 *Mendicitas in clero turpis est.*

77 Ecclesiasticos *habere temporalem iurisdictionem conuenit.*

78 *Sanctißimi viri res prædiarias obtinuerunt.*

79 *Carolus Simplex Rex Francorum laudatur ob defensionem rerum ecclesiasticarum.*

Philip-

Syllanian. in principio legis, ponderans illud Psalmi. 131. *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius: hic autem locus non est alter nisi templum, & Ecclesia.* Similiter Exod. c. 34. Postquã de oratione & modo orandi loquutus est Dominus ad Moysen, ait. *Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui.* Et Ioãnis. c. 7. & Lucæ. c. 2. refertur Christũ quotannis secundùm legis consuetudinem, cum matre sua Sanctissima & Ioseph, putatiuo parente, iuisse in Ierusalem, vt oraret in templo. Et Lucæ cap. 18. ait. *Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent.* cap. & hoc diximus. versic. hoc ergo. 16. quæst. 7. & D. Augustinus super Psalmum. 130. secundum vnum intellectum, ita in proposito dicit. *Quisquis enim præter templum Dei orauerit, non exauditur ad illam pacem supernam Hierusalem.* Cuius authoritatis meminit Turrecremata, in summa de Ecclesia, lib. 1. c. 35. nu. 4. Vnde D. Chrysosthomus, tomo. 1. suorum operum, Homilia. 1. in illa verba cap. 6. Isaiæ. *Vidi dominum, ait. Ecclesia sanè quidam locus est medicinæ spiritualis, & eos qui huc ueniunt, decet, ne domum redeant, nisi congrua remedia acceperint, illaque suis animaribus adhibuerint: Dominus enim miseretur eorum, qui in templo ad ipsum preces obtulerint;* iuxta illud Psalm. 47. *Suscepimus Deus, misericordiam tuam, in medio templi tui.* Cuius meminit Remig. de immunit. Ecclesiarum, ampliatione 3. num. 1.

18 Quod etiam † ethnici in suis obseruarunt superstitionibus, preces porrigentes eis, quos numinum vice colebant, in templis, " quæ ipsis dedicauerant. Docuit hoc Liuius, lib. 30. dicens. Prætor " exemplo edixit, vti editui ædes sacras omnes, tota vrbe aperi- " rent, circumeundi, salutandique Deos, agendique gratias per to- " tum diem populo potestas fieret. Et lib. 38. dicens Scipio in Ca- " pitolium ad Iouem. Opt. Maxi. Iunonemque, & Mineruam, cæ- terosq. Deos, qui capitolio, atque arci præsident salutandos ibo. docte plura congerens Brissoni. li. 1. de formulis & solennibus populi Romani. pag. 39.

Conuenit etiam alia de causa multa construi templa in honorẽ Christi, & sanctorum eius: nam etsi in omni loco priuatim, Deũ

19 colere, laudare, & precari conueniens sit, & expediat: † Publica tamen sacrificia religionisque mysteria in omni loco peragere, nec expedit, nec permittendum est, vel eo metu ne quis nouum modum colendi Deum vsurpet, aut nouos Deos sibi gentilium

more

more confingat, vt Michas Iudic. cap. 17. & ordinem, ecclesiasticum, sacramq. hierarchiam conturbet, & polluat, vt fateri videtur Leo Cæsar constitutio. Nouel. 4. & hæreticorum illicita conuenticula satis comprobant, & ita videtur hæc ratio à Deo assignari Leuitici. cap. 17. de non offerendo alibi sacrificio, quàm in ostio tabernaculi testimonij. Et additur paulo post. *Et nequaquam vltra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt:* Et hæc fuit causa iustissima, vt antiquarentur, clauderentur, ac dirue rentur paganorum speluncæ, seu templa, tam ex iussu Constantini, vt dixi, & refert Nicephorus Calist. lib. 8. c. 18. & 25. quàm Constantij eius filij, de quo in. l. 4. tit. 10. lib. 16. C. Theodosiani tradit Petrus Greg. dicto. lib. 12. cap. 22. nu. 1. Sicque Deus iussit, Deute. cap. 12. versic. 11. *In loco quem elegerit Dominus Deus uester, ut sit nomen eius in eo, illuc omnia quæ præcipuè conferetis holocausta, & hostias, & decimas, &c.* Et versic. 13. *Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem uideris; sed in eo, quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum offeres hostias.* cap. 1. cap. sicut non alij. 10. de consecratio. distinctio. 1. Petrus Greg. dicto lib. 12. cap. 21. num. 2.

20 Quanti † autem Christus habuerit templorum fauorabilem causam, vltra prædicta satis constat ex Matth. cap. 23. vbi reprehendendo auaritiam, & impietatem pharisæorum, quibus pluris erat aurum, quàm sacrosanctum templum, dixit. *Væ uobis, quia dicitis, quicunque iurauerit per templum, nihil est; qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. Stulti, & cæci, utrum enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum?* Et subijcit. *Qui ergo iurauerit per templum, iurat per eum, qui habitat in ipso.* vt tradit, Polydo. Virgil. dicto lib. 5. de inuento. rerum. cap. 6.

21 Vnde † postquã pijssimus Christiani numinis cultus cœpit custodiri, & homines diuina accensi flamma, verum agnoscentes, falsis neglectis Dijs, spretaque idololatria, in veritate & spiritu adorantes, se vni summo Deo, ac filio eius vnigenito, & coëssentiali Christo omnino manciparunt, templa religiosissima consecrauere, erutis primum ac euersis simulachris, quæ falsis Dijs erãt sacrata: nam & Beatus Iacobus, frater Domini nuncupatus, Hierosolymis cathedram habens, cellulam ædificauit, & dicauit, & apostolico ritu sacrificare cœpit, vt post Eusebium tradit Ioann. Bræccheus in. l. inter tabernacula. 184. ff. de verbo. significatio. Nicephorus Calistus lib. 2. ecclesiast. historiæ. cap. 4. in fine,

Rex † Alphonsus Castellæ cognoměto sapiens, in lib. 1. sui The-
22 sauri. cap. 67. Et Iacobus Maior, siue Zebedæus in Hispanijs, qui in Cæsaraugustana ciuitate Ecclesiam Diuæ Mariæ, quæ *del Pilar* nuncupatur, fundauit, vt testatur F. Thomas à Villanoua Valentinus Archiepiscopus in sermone de B. Iacobo, Breuiarium Braccharense, Feuardentius in annotatio. in Iræneum. 1. aduersus hæreses. cap. 3. & annotatio. 4. de prædicatione B. Iacobi, Ambro. Morales. lib. 9. Chronicon. cap. 7. Galesinus in annotatio. ad martyrolog. duodecimo Kalen. Februarij. P. Canisius. lib. 5. de Deipara Virgine, cap. 21. Valdesius vbi supra. cap. 6. nu. 21. & alij, quos prætermitto, speciali loco tractaturus.

Idemq. fecere reliqui Apostoli, in prouincijs, ipsis diuina ordinatione decretis, quibus sanctissima Christi dogmata intrepide profitebantur, & prædicabant: ita vt increbescente Christianis-
23 mo, ornatiora, & excelsiora templa conderentur, † quousque Nero, Domitianus, & Diocletianus, Cæsares nepharias, & immanes persecutiones, aduersus Christiani nominis asseclas, & veræ religionis Christianæ cultores mouerunt, tanta crudelitate & impietate, vt dictus Diocletianus decimo nono sui imperij anno sanxerit, vt omnes orbis Ecclesiæ funditus euerterentur, & solo æquarentur, vt est apud Eusebium, lib. 7. Eccles. histo. cap. 26. & lib. 8. cap. 2. Qua de causa Christiani à publica templorum constructione abstinebant, & in occulto, abditis, & secretioribus locis, (partium illarum vbi tales persequtiones viguerunt) sacella tantum habentes, propter metum Tyrannorum,
24 † quosque Tranquilitas à Deo data est, Imperij habenas gubernante, optimo & fœlicissimo, & pijssimo Imperat. Constantino, qui non solum Ecclesias erexit, & reparauit, & ad eorum ædificationem prædia concessit, & post immensa donaria fabricam templi primæ sedis Beati Petri instituit, vt per Michaël. Vlcurru. tracta. de regimine mundi. §. sed postquam. num. 21. & vbiq. terrarum templa libere fabricari permisit: cuius rei plura sunt grauissimorũ autorum testimonia, si quidẽ Theodoritus lib. 1. eccle siast. hist. cap. 1. de Constantino tractans ait. Qui neque ab ho-
« minib. neque per homines, sed à Deo, vt diuinus Apost. vocatus
« ad imperij dignitatem, huiusce tranquilitatis autor extitit, leges
« namque tulit de idolorum cultu, sacrificioq. summouendo, & in-
« staurandis Ecclesijs. Præterea etiã fide ornatissimos Proconsules,

ac Præsi-

" ac Præsides misit in prouincias, & nationes, quibus sacerdotum
" honorem, venerationemque commendauit; morte his denuntia-
" ta, qui hos ipsos sacerdotes violare ausi fuissent. Ac tunc tempo-
" ris non afflictæ, prostratæque Ecclesię tantum reficiebantur, sed
" aliæ etiam nouæ, & clariores, ac nobiliores ædificabantur. Ioannes Brechæus vbi proximè, Adonis Chronicon ętate sexta, anno
" Domini.306. dicens. Quòd Constantinus Cæsar inter alia licen-
" tiam dedit Christianis liberè se congregandi, & in honorē Chri-
" sti vbique Ecclesias construere, ac penè per totū Imperium Ro-
" manum priuilegia singulis ciuitatibus dedit, vt populus Christia-
" nus sub iure, & ordinatione Episcoporum liberè viueret, ac Dei
" templis liberè honoris structuram cōponeret. Et clarius refert
" Melchiades Papa in cap. futuram. 12. q. 1. his verbis. At verò cum
" inter turbines, & aduersa mundi succresceret Ecclesia, ad hoc v-
" que peruenit, vt nō solùm gentes, sed etiam Romani Principes,
" qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & Ba-
" ptismi sacramenta cōcurrerent; è quibus vir religiosissimus Con-
" stantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licen-
" tiam per vniuersum orbem suo degentibus imperio, nōn solùm
" fieri Christianos, sed etiam fabricandi Ecclesias, & prædia con-
" stituit tribuenda. Denique idem præfatus Princeps denaria im-
" mensa contulit, & fabricam templi primæ sedis B. Petri instituit,
" adeò, vt sedem imperialem relinqueret, & Beato Petro, succes-
" soribusque suis profuturam concederet. Carolus Sigonius lib. 3. de occidentali imperio, folio mihi. 62. & sequent. qui post alia refert, quòd Constantinus, & Licinius Mediolanum progressi Constantiæ nuptias magna lætitia celebrarunt, ad quas Helena Augusta mater, & Constantia soror, & Chrispus, ac Constantia filii ex concubina suscepti occurere. Consiliis inde inter se de Republica agitatis, duo decreta fecere: vnum, vt Maximino tyrannidem exercenti, bellum armis communibus inferretur: alterum, vt Christianis libera concilia traderentur: id verò hoc edi-
" cto complexi sunt. Cùm libertatem religionis cuique tribuen-
" dam esse iudicaremus, Christianos quoque fidem suam pro arbi-
" trio suo colere iussimus: quoniam verò multæ ex eo edicto su-
" bortæ controuersię sunt, factū est, vt multi ab eiusmodi religione
" recesserint. Cùm igitur ego Constantinus, & ego Licinius Au-
" gusti Mediolanum venissemus, atque ibi in Concilio, quæ ad

" Rempub. pertinerent, accuratè disquireremus, illa etiam populo
" Romano vtilia decernenda statuimus, quibus diuinus cultus con-
" tineretur, hoc est, vt Christianis, & aliis omnibus liberam optio-
" nem daremus, eam religionem sequendi, quàm ipsi vellent. Quare
" hanc nostram sententiam recto iudicio in edictum retulimus;
" proinde quicunque posthac, Christiana sacra sibi obseruanda
" susceperit, eum liberè, ac tutò facere posse iubemus: eadem ra-
" tione templa, & loca, in quibus conuenire solebant, restitui, &
" noua construi posse, statuimus.

Cuius etiam concessionis, & priuilegij edictalis, mentionem faciunt grauissimi alii authores, inter quos Nicepho. Calixtus libro. 7. ecclesiasticæ historię, cap. 34. & seqq. & lib. 8. cap. 27. Onuphrius Panuinus in Commenta. ad librum. 2. fastorum, Anno CIↃ. LX IIII. pagina mihi. 394. Albertus Crantzius lib. 3. historiæ Saxoniæ, cap. 3. in encomio Constantini. Ioannes Nauclerus chronographiæ generatione. 11. Lucas Tudensis in sua historia penes me manu scripta, in cap. de Constantino. Bald. num. 9. in repetitio. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Petrus Gregorius in Syntagma. iuris vniuersi. parte. 1. cap. 28. num. 2. Paul. Fuscus de visitatione, lib. 1. cap. 21. num. 1. Michaël Vlcurrus. dicto tracta. de regimine mundi. 2. par. quæstio. 2. principali, versic. sed postquam, num. 21 Ioannes à Capistrano de aucto. Papæ. 2. p. secundæ partis princip. num. 120. & 176. Contrad. Brunus de Hæreticis, lib. 2. cap. 3. num. 2. Marc. Anton. Marsili. de ecclesiasti. redditu origine. 1. parte. cap. 4. num. 80. Angel. Roccha. de bibliotheca Vaticana, pag. 175. Ioannes Hugo de officio quatuor prælatorum. 4. parte rubrica de translatione Imperii in Ecclesiam num. 1. Petrus Mexia in vita Constantini, cap. 1. & 2. Guillelmus Durandi tracta. de modo generalis cōcilij celebrandi rubri. 5. Ioannes Pineda lib. 12. Monarchiæ ecclesiasticæ, cap. 3. & 5. Couar. in pract. cap. 31. nu. 2. Quare inter alia præcepta,
25 † quæ diriguntur ad conseruationem, & augmentum status temporalis, illud est, vt Princeps magnifico animo, & opere se habeat circa fabricationem Ecclesiarum, & antiquarum reædificationem, & reliqua diuinum tangentia cultum, & creatoris honorem, vt tradit Ioannes Botero lib. 2. de ratione status, cap. de modis conseruandi religionem.
26 Sanctiùs autem statuissent Veneti, iura canonica imitantes, ne

sacræ

sacræ ædes ædificarentur, sine competenti dote, qua suos leuitas possint nutrire. cap. 1. de censibus. cap. nemo. de consecratio. distinc. 1. glo. in. cap. cum sicut, de consecratio. Ecclesiæ. Petrus Surdus tracta. de alimentis, titul. 1. q. 84. num. 7. Petrus Gregorius syntagmat. iuris vniuersi. 1. part. lib. 2. cap. 28. num. 2. & lib.
27 16. cap. 8. num. 35. nam in eo talis, tantusque fauor versatur, vt † etiam possit relinqui templo, quod nõdum est, sed esse speratur, & contemplatione eius. l. seruos. 17. vbi. DD. ff. de alimentis, & cibar. legatis. Guillermus Benedictus, in. cap. Raynuntius. verb. & soboles quam gestabat. num. 51. & seq. addens, Quòd Ecclesia construenda potest institui hæres, sicut alienus posthumus. leg. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthumis, secundum Bartol. in dicta. l. seruos.

28 Quare † ad constructionem Ecclesiarum, & piorum locorum non requiritur aliud, quàm dotatio, & Episcopi authoritas, iuxta Vuormatiense concilium, relatum in cap. 44. quicunque. 16. q. 1. vbi Textus ait. *Quicunque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare; & consensum & voluntatem Episcopi habuerit, in cuius parœcia est, licitum sit.*

29 Imò † si Episcopus nollet fundationi sine iusta causa consentire, ad illud faciendum posset per superiorem compelli. c. nullus, vbi Abbas de iure patronatus. Idem Abbas. in. cap. 2. in fine, eodẽ titul. Ioann. de Selua tracta. de beneficio. 1. part. q. 6. num. 24. Lancellotus lib. 2. institutio. iuris canonici. titul. 18. §. Episcopo. glo. verbo non debet, allegans cap. placuit. 1. quæstio. 2. cap. piæ. & cap. Frigentius. 16. q. vltima. dictumque cap. cum sicut, de consecratione Ecclesiæ, vel altaris. cap. nemo. de consecratio. distinc. 1. Rochus de Curte tract. de iure patronatus, verbo pro eo quod: de Diœcesani. num. 12. & pluribus seqq.

Quæ omnia procedunt circa fundationem & dotationem mo-
30 nasteriorum, seu cœnobiorum. Nam licet Nicephorus Phocas Imperator Orientis, vt legitur in nouella eius. 4. in li. 1. iuris oriẽtis, collecti per Bonifidiũ, donationes monasterijs, atque templis relictas à quibusdam pijs Imperatoribus, prorsus aboleuerit, legelata, ne Ecclesiæ immobilibus locupletarentur bonis, statuendo insuper constitutione. 5. ne de nouo construerentur monasteria, xenodochia, nosocomia, sed solùm haberetur cura eorum, quæ iã erant fundata, conatus sua cõstitutione reprimere pium hominũ

ſtudium circa talium fundationem, vt referunt Cuiatius in Commentariis nouellæ.5.& Petrus Gregorius libro.13.de Republica, cap.17.nu.5. Renatus Choppinus libro.3.de ſacra Politia, titul. 1.nu. 5. Tamen quia impius Imperator, etſi cauſam daret, templorum & monaſteriorum opes, à ſacerdotibus & miniſtris, non couerti in Eccleſiarum vtilitatem, longè aliud meditabatur, qui ſacros reditus è veſtigio in rei bellicæ vſum edicto traduxerit, vt à Zonara præclarè ſcriptum eſt, Annalium tomo.3.imitatus Iuliani Auguſti (quem improbi mores apoſtatæ nomine infamarunt)iniqua facta, qui etiam edixerat, vt omnes pecuniæ Edeſſenorum Eccleſię ab ipſa tollerentur, & diſtribuerentur militibus; prædia quoque in priuatos vſus referrentur; eo prætextu, vt redacti ad inopiam Chriſtiani ſaperent, nec cæleſti regno excluderentur, auctore ipſo Iuliano in Miſopogone, & Renato Choppino vbi proximè.

31 Tamen † Baſilius Iunior Porphyrogeneta, vt habetur apud Balſamonem Antiochenum Patriarcham, & in dictis Nicephori conſtitutionibus, eas ſuſtulit, & abrogauit, ea de cauſa, vt ibidem dicitur: quia non ſolùm ad iniuriam, contumeliàmque Eccleſiarum, & religioſarum domuum, ſed etiam ipſius Dei eſſent factæ, vt refert Balſamo præfatus, cap. 1. Conſtantinopolitanæ Synodi primæ, & ſecundæ, Cuiatius, & Petrus Gregor. vbi proximè.

Quare apparet dictum ſtatutum Ducis, & Senatus Venetorum non eſſe opus Chriſtiani Principis, nec piorum conſiliariorum, ſed ſimile & traſſumptũ edictorũ apoſtatæ Cæſaris, & Imperatoris iniqui; ideo nemo ſanę mentis, & mediocriter edoctus literas, negare poterit, eſſe contra libertatem eccleſiaſticam: meliuſque, & ſanius ſumpſiſſent conſilium, ſi exemplum antiquorum

32 † Anglię Chriſtianorum imitati fuiſſent. Illi quidem, vt teſtatur Beda libro.3.eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorũ, fol. mihi.377. multoties ſolebãt religioſos cogere viros, vt territoria, & poſſeſſiones acciperẽt ad conſtruẽda monaſteria: nec vſurpaſſent Epiſ-

33 coporum authoritatẽ, quorum muneri hoc indulgetur † à iure, vt ſine ipſorũ aſſenſu in ſua diœceſi non conſtruantur monaſteria, vel oratoria, cap. quidam.18.q.2.c.de Monachis, & ſequen. cap. cum olim.2.de priuil. Aluarus Pelagius lib.2. de planctu Eccleſiæ, cap.21. Paulus Fuſcus de viſitatione, lib.2. cap. 15. nu. 58. Borgaſius tracta.de irregularitate, titulo de priuileg. Epiſc. nu.9.

Conci-

Concilium Tridenti. sessione. 25. de regularibus, cap. 3. §. nec de cætero: nam & Iustinianus Cæsar. nouella constitutione. 4. titul. 12. de monasterijs, iuxta Petri Pithæi collectionem, ita disponit.
" Qui vult ædificare monasterium, prius Episcopum vocet, vt ille
" exoret, & sanctam crucem imponat, & postea imponatur ædificium. Idem Iustinianus nouella. 61. aliàs. 67. iuxta collectionem Cuiatij. Lancellotus vbi proximè, versic. quanquam. Selua de beneficio. 1. part. q. 5. num. 29. & quæstio. 6. num. 16. Petrus Grego. Syntagmat. iuris vniuersi. 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 10. & 16. & parte. 2. lib. 15. cap. 29. num. 7. & seqq. & lib. 17. cap. 1. num. 19. & seqq. & lib. 13. de Republica. cap. 16. num. 6. Bernardus Vualtherus, lib. 2. miscellanea. cap. 2. Hostiens. in summa. titul. de Eccles. ædificandis. num. 3. Menochi. de præsumptio. lib. 6. præsumptione. 79. num. 1. Antonius Augustinus in epitome veteris iuris Pontificij lib. 9. titul. 1. cap. 1. Guillelmus Durand. de modo generalis concilij celebrandi. 1. part. num. 34. Remigius de Gonni. tracta. de immunita. Ecclesia. ampliatione. 3. num. 7. & pro his est optimus Tex. in cap. nemo. 7. de consecra. dist. 1. dum ait. Nemo
" Ecclesiam ædificet, antequam Episcopus ciuitatis veniat, & ibidē
" crucem figat, publicè atrium designet; & ante præfiniat, qui ædi-
" ficare vult, quæ ad luminaria, & custodiam, & ad stipendia custo-
" dum sufficiunt; & ostensa donatione sic domum ædificet: & post-
" quam consecrata fuerit, atrium eiusdem Ecclesiæ sancta aqua
" conspergat.

34 Vnde † & apud Romanos in sua politia idololatriæ ante cōstitutionem Imperij, Duumuiris, aut sacrorum ædilibus reseruatū erat, erigere & dicare templa illis, quos numinum vice colebant. Andreas Dominicus de potestat. Romano. lib. 1. cap. 13. Pomponius Lætus, de magistratibus Romano. lib. 2. cap. 13. Raphaël Volaterra. de Sacerdo. Romanor. in principio, Henrricus Bebius eodem tract. in fine. vnde apud Liuium. lib. 6. suę historiæ Romanæ legitur, ædem Martis, Gallico bello votam, dedicatam fuisse à Tito Quintio Duumuiro sacris faciundis deputato. Idem etiam Liuius. lib. 23. testatur. M. & C. Attilium Duumuiros ædem concordiæ dedicasse, & meminere Alexander ab Alexandro, lib. 6. dierum genialium cap. 14. & Tiraquel. in notis ad eum.

35 Quare † Ioann. Lupi dicto tracta. de libertate ecclesiastica. 4. quæst. nu. 7. ex dicto. cap. nemo, & cap. basilicas, de consecratio.

distinct. 1. concludit, quòd Principes, nec alij seculares, nequeunt sibi assumere auctoritatem circa ædificationem ecclesiarum.

Et ita multo minus poterunt impedire liberam ecclesiarum, & piorum locorum ædificationem, prout vniuersalis Ecclesia in suo habet iure, vt possit facere, tam ex summorum Pontificum, quàm Cæsarum concessionibus, & priuilegijs suprà relatis. Et ita hac de causa dictum statutum Venetorum, contra libertatem
36 ecclesiasticam est. Nam † statutum, vel consuetudo, tunc propriè dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, cùm veniunt contra priuilegia concessa vniuersali Ecclesiæ, à Deo, Papa, vel Imperatore, aut alio Principe supremo: & hæc est vera & communis omnium Doctorum theorica, vt tradunt Abb. consil. 83. in primis verbis. lib. 1. quem refert, & sequitur Decius, in authen. cassa, & irrita. nu. 18. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. in l. priuilegia. nu. 1. C. eodem. Bertrandus consil. 50. nu. 4. & seq. part. 2. Socin. consil. 241. versic. aut quinto. lib. 2. Syluester in summa. verbo excommunicatio. in. 10. excomunicatione. Ancharra. in. cap. 1. in princ. de immu. ecclesia. lib. 6. allegans notata per Innocen. in. c. nouerint, de sententia excõmunicatio. Hostiens. in. cap. finali. de rebus eccles. non alienandis. Bartol. in. l. filius familias. §. Diui. nu. 12. ff. de legatis. 1. Ioann. Andre. in. cap. fina. de immun. Ecclesia. lib. 6. & in dicto. cap. nouerint. num. 1. Andreas Siculus consil. 31. nu. 1. lib. 4. Angelus de Vbaldis. consil. 48. num. 2. Cosmas Gumier. in procemio pracmaticæ sanctionis. §. cum itaque. glo. libertatis. Aymon Craueta de antiquita. temp. 4 part. versic. circa præmissa. nu. 17, Iulius Clarus, lib. 5. sententia. §. finali. quæst. 77.
37 num. 28. & per consequens † non valet dicta. l. priuilegia. §. omnes sanè, auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. Ioannes Oroscius, in. l. de quibus. nu. 145. ff. de legibus. c. nouerint. de senten. excommuni. Guillel. Duran. dicto. tracta. de modo generalis concilij celebrandi. 2. part. rubric. 5. vbi concludit, esse contra libertatem ecclesiasticam ausus, & conamina illorum, qui templorum resistũt ædificationi: ideo manifestè apparet, quàm sit iniustum, irrationabile, nullum, & damnatum dictum statutum, de cuius est actum reprobatione, in istius partis progressu.

Finis secundæ Partis.

SVMMARIVM TERTIAE PARTIS.

1 *AERESIS Ioannis Vuiclepb, quòd ecclesiastici viri nõ possunt tẽporales possessiones habere, damnata per Martin. 5.*

2 *Ecclesia à suo initio habebat bona temporalia.*

3 *Principes multum priuilegiarunt Ecclesiam in acquirendo, & conseruando bona temporalia.*

4 *Supremæ voluntatis libertas, multum fauorabilis est.*

5 *Lege.12 Tabula. libera legandi facultas conceditur.*

6 *Inhumanum habetur negari licentiam alienandi bona in vltima voluntate, quæ viuenti cõceditur.*

7 *Libertas supremi iudicij, non debet constringi.*

8 *Libertas vltimæ voluntatis congruit iuri naturali, plus quam successio filiorum.*

9 *Deus, & sancti Patres iubent seruari vltimam voluntatem.*

10 *Nil magis æquũ quã defunctorũ voluntates seruari.*

11 *Testamentum fauorabilius, quàm priuilegium.*

12 *Apostoli dictum in spiritualibus præualet dicto Imperatoris.*

Ani-

13 *Animæ fauor vertitur in libertate relinquendi Ecclesijs bona quæcunque.*
14 *Anima cunctis rebus pretiosior.*
15 *Animæ intuitu cuncta à Deo creata.*
16 *Ecclesiastici viri, misericordiam à Deo consequuntur, pro benefactoribus suis orantes.*
17 *Sacerdotes peccata populi comedunt.*
18 *Deus habet maximam curam suæ Ecclesiæ.*
19 *Ecclesiæ causa multum fauorabilis est.*
20 *Ecclesia habetur loco filiorum.*
21 *Dei sunt spiritualia, & temporalia omnia.*
22 *Quæ fiunt contra Ecclesiam, videntur fieri contra Deum.*
23 *Ecclesijs quæ donantur, aut relinquuntur, videntur dari Deo.*
24 *Offerentes bona Ecclesijs Dei memoriam habent.*
25 *Bona quæ conferuntur Ecclesijs, dicuntur Sancta Sanctorum.*
26 *Monasteria loco minorum, & filiorum habentur.*
27 *Statui, nec consuetudine potest induci, ne immobilia bona relinquantur Ecclesijs.*
28 *Consuetudo, quæ sine periculo animæ seruari non potest, est nulla.*
29 *Contra libertatem Ecclesiæ nulla currit præscriptio.*
30 *Valentinian. Valens. & Gratian. prohibuere ecclesiasticos, consequi bona viduarũ, aut pupillarum.*

Valen-

31 *Valentinia. Theodos. & Arcadi. prohibuere Ecclesijs & ecclesiasticis relinqui.*

32 *D. Hieronymus inuehit contra iniustitiam dictarũ constitutionum.*

33 *D. Ambrosius idem fecit.*

34 *Constitutiones præfatæ fuerunt reuocatæ ob sanctorum quærelas, & num. 35. & 36.*

36 *Constantinus Imper. permisit liberè relinqui collegio Christianorum.*

37 *Collegium Christianorum non erat approbatum ante Constantinum.*

38 *Constantinus Cæsar fuit baptizatus a B. Syluestro.*

39 *Principis, aut Senatusconsulti autoritate opus erat in approbatione collegij.*

40 *Constantinus approbauit Christianorum collegia.*

41 *Constantinus permisit Ecclesias, & ecclesiasticos, temporalia habere.*

42 *Ecclesiæ possunt temporalia consequi, & possidere.*

43 *Ecclesijs & monasterijs possunt Principes quæcunq. bona largiri.*

44 *Ecclesiæ possunt adquirere per contractum inter viuos, & num. 45.*

46 *Vrbanus. 1. Pontifex statuit, vt Ecclesia fundos, & prædia, à fidelibus oblata dono acciperet.*

47 *Hæreticum est asserere, Christum, & Apostolos nil priuatim habuisse.*

A prin-

48 *A principio nascentis Ecclesiæ, viri ecclesiastici mul ta in communi habebant.*

49 *Principes multa bona immobilia Ecclesijs contulerunt.*

50 *Constantinus Imperator, cõtulit imperium Ecclesiæ.*

51 *Error tenentium, donationem Constantini non valuisse, est damnatus.*

52 *Donationem Constantini non valuisse, asserere, non procul est ab Hæresi.*

53 *Negari non potest, donationem Constantini factam fuisse.*

54 *Principes multi magnas donationes fecere, Petri patrimonium augentes.*

55 *Papa dicitur Imperator.*

56 *Errant dicentes, venenum infusum in Ecclesiam per donationem Constantini.*

57 *Miraculum magnum sequutum fuit per donationem Constantini.*

58 *Constantinus, & Syluester Papa sancti prædicãtur.*

59 *Ecclesia ante Constantinum habebat temporalia bona.*

60 *Ecclesijs, & ministris eorum res prædiariæ fuerunt datæ à Principibus.*

61 *Ecclesia translata ad gentes locupletata fuit.*

62 *Philippi Augusti Regis Francorum pietas in Ecclesiam laudatur.*

Spiri-

63 *Spiritus sancti ordinatione actum est, quòd Ecclesia in temporalibus abundaret.*

64 *Si ministri sacramentorum non essent, magna pars fidelium periret.*

65 *Brigidæ sanctæ reuelatio super bonis temporalibus Ecclesiæ.*

66 *Humanum consilium non potest dissoluere, quod est ex Deo.*

67 *Error Manichæorum, & aliorum Hæreticorum, quòd non liceret clericis tẽporalia poßidere, damnatur.*

68 *Sacerdotes maximum dignitatis gradum sunt consequuti.*

69 *Christus Saluator, Dominus est omnium creatione.*

70 *Christus est Dominus omnium redemptione.*

71 *Ecclesia est Sponsa Dei.*

72 *Dei priuilegijs participat* Ecclesia *eius Sponsa.*

73 *Imperium ab* Ecclesia *dependet.*

74 Ecclesia *habet aurum, vt pauperibus eroget.*

75 Ecclesia *non dum creuit, quod debet crescere.*

76 *Mendicitas in clero turpis est.*

77 Ecclesiasticos *habere temporalem iurisdictionem conuenit.*

78 *Sanctißimi viri res prædiarias obtinuerunt.*

79 *Carolus Simplex Rex Francorum laudatur ob defensionem rerum ecclesiasticarum.*

Philip-

80 *Philippus Primus Rex Francorum, & Ludouicus Crassus eius filius, & Robertus Comes Flandren. defensores rerum Ecclesiæ.*

81 *Pipinus Rex Francorum, bellum mouit contra Vuaifarium Ducem Aquitaniæ pro defensio. rerum* Ecclesiæ.

82 *Theodorici Regis Gotthorum* Ecclesiarum *defensio laudatur.*

83 Emanuel *Comnenus Cæsar Orientis de bonis* Ecclesiæ, *& monasteriorum pias constitutiones fecit.*

84 *Philippi Valesij pietas in iurium ecclesiasticorum conseruatione catholici nomen promeruit.*

85 *Diuitiæ virorum sacratorum, multum religioni prosunt, & num.86.*

87 *Cæsarea politia durat, salua sacerdotij auctoritate, & perit sine ipsa, & num.88.*

89 *Principes qui aduersus* Ecclesiam, *& iura ipsarum conspirarunt, infœliciter perierunt.*

90 *Niuernienfium Comes* Ecclesiæ *hostis malo fine perijt.*

91 *Maledictionẽ patiuntur violatores libertatum ecclesiasticarum.*

92 Ecclesia *semper remanet triumphans de calamitatibus.*

93 *Adulatores dicentes Principibus, ecclesiasticos non posse habere temporalia, reprehenduntur.*

Dei

D *Argu-*

109 *Argumentum à Leuitis ad nostros sacerdotes non valet.*

110 *Sacerdotes legis gratiæ maiorem habent laborẽ, quã Leuitæ.*

111 *Illatio non fit bene à diuersis, & separatis.*

112 *Ecclesiæ multum interest possessiones habere.*

113 *Statutum prohibens immobilia bona in Ecclesiam alienari, est nullum, & contra libertatẽ Ecclesiæ.*

114 *Statum ne quis alienet extra iurisdictionem rem immobilem, non extenditur ad alienationes factas in ecclesiasticos.*

115 *Ecclesia non est de subiectis temporali dominio.*

116 *Statuendi potestas non extenditur ad ea quæ alteri erant concessa in priuilegium.*

117 *Specialia semper derogant generalibus.*

118 *Statutũ prohibẽs alienari in forẽsem sub pœna, valet.*

119 *Statutum de quo in præcedenti num. non ligat Ecclesiam.*

120 *Statutum expresse prohibens alienari in Ecclesiam, est contra libertatem Ecclesiæ, & nullum.*

121 *Statutum licet possit compellere vendere certis personis, non tamen valet contra personas ecclesiasticas. & nu. 122.*

123 *Paria sunt statuere directe, aut indirecte, contra libertatem ecclesiasticam.*

124 *Paria sunt, directe, aut indirecte attẽtare prohibita.*

Non

125 *Non refert cum quo quis loquatur, sed in cuius odiũ voluntas dirigatur.*

126 *Sensus, & non verba debent spectari.*

127 *Prohibens intrare notarium, vel testes, videtur prohibere testamenti factionem.*

128 *Impediens portari necessaria ad refectionem, eam impedit.*

129 *Qui impedit ne aliquis commode percipiat, videtur eum directè impedire.*

130 *Personæ etiam non expressæ solent in dispositionibus venire.*

131 *Offensio eadem est quando per viam indirectam attẽtantur illicita.*

132 *Laici expressè nec tacitè non possunt statuere in præiudicium ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum.*

133 *Priuilegium concessum ecclesiæ vniuersali per Principes temporales, fuit effectum irreuocabile.*

134 *Contra priuilegia ecclesiarum non est aliquid faciendum.*

135 *Statutum Venetorum, vt non relinquantur immobilia ad causas pias, non est attendendum; sed iura canonica. & nu. 136.*

137 *Iura canonica attenduntur in spiritualibus, vel quãdo peccatum emergit ex statuto.*

138 *Statutum quod peccatum inducit, nullius est momẽti.*

139 *Statuendi potestas non potest operari in praeiudicium imperialis culminis.*

140 *Inferior non potest tollere legem superioris.*

141 *Contra naturam est, vt seruus tollat legem Domini sui.*

142 *Inferior nunquam habet potestam in superiorem.*

143 *Populus nec Respublica non possunt tollere legem superioris.*

144 *Venetorum Respublica, quod non subsit imperio.*

145 *Dux Venetorum eligitur ad vitam.*

146 *Dux Venetorum non est propriè Dominus, & si habeat praeminentiā quandam, Concilium generale illius Reipublicae habet principatū, & dominiū.*

146 *Dux Venetorum quare deferat ante se ensem aurea tectum vagina.*

147 *Consulum Romanorum praeligati fasces quid portē derent.*

148 *Venetiarum exemptio ab imperio, competit ex priuilegio Imperatorum, & num. 150.*

Venetiarum ciuitas quo tēpore fundata fuerit, eod. nu. 148.

149 *Ecclesia iam habebat Constantini & aliorum Caesarum priuilegia, quando Venetiae fundatae fuerunt.*

151 *Veneti, & Ligures tributarij erant Regis Italiae Theodahadi.*

Veneti

152 *Veneti à Pipino Caroli Magni filio deuicti, ipsi se dediderunt vt subditi.*
153 *Dei legem sequuntur animam tangentia, non humana statuta.*
154 *Animam suam debet quis diligere, plusquàm filios.*
155 *Statuta ecclesiis, & ecclesiasticis personis præiudicialia non valent.*
156 *Statuta, per quæ ecclesiastici iuris efficiuntur timidiores quàm laici sunt contra libertatem ecclesiasticam, & nu. 160.*
157 *Occidens aliquẽ, debet regulariter occidi per iustitiã.*
158 *Statutum quòd occidens clericum nõ puniatur pœna mortis, sed pecuniaria, est cõtra libertatem ecclesiasticam.*
159 *Statutum quòd clericus declinans iurisdictionem potestatis sit extra protectionem communis, nõ valet.*
161 *Ecclesiastica libertas offenditur, quotiens à constitutionibus canonicis disceditur.*
162 *Papa solus habet iurisdictionem in concernentibus Ecclesiam, & eius priuilegia.*
163 *Papæ constitutionibus non possunt subditi refragari contra libertatem ecclesiarum.*
164 *Statum arctans clericos locare certo generi personarum, non valet.*
165 *Statutum quòd nullus vendat clericis, non valet.*
166 *Statutum prohibẽs certarum rerum commerciũ cum*

clericis est contra libertatem ecclesiasticam.

167 *Ecclesijs magis fauendum est, quàm laicis.*

168 *Ecclesia non debet esse deterioris conditionis quàm priuatus.*

169 *Ecclesia, & clerici sunt multum priuilegiati in personis, & bonis.*

170 *Mutatione personæ mutatur qualitas & cōditio rei.*

171 *Bona clericorum, & Ecclesiarum æquiparantur, quantum ad exemptionem.*

172 *Nobilis emens bona immobilia tributarij, non astringitur soluere tributa personalia pro ipsis.*

173 *Ecclesiasticæ personæ nō possunt per statutū laicorū priuari his quæ sibi cōpetūt à iure, aut ex priuilegio.*

174 *Libertas ecclesiastica consistit in obseruatione prærogatiuæ, ecclesijs, & clero competentis.*

175 *Statuta de facto contra libertatem ecclesiasticam, nō arctant clericos.*

176 *Statutum omne tendens contra libertatem ecclesiasticam est odiosum.*

177 *In iuramento generali non includitur statutum cōtra libertatem Ecclesiæ.*

178 *Illicitū nūquā venit sub generalitate, nec captiosum.*

179 *Iniustū, nec cōtrariū iurib⁹ nō venit sub generalitate.*

180 *Contrahentes nō possunt apponere pactū, ne res trāseat in ecclesiasticas personas.*

181 *Contractus sunt de iure gentium.*

Eccle-

182 *Ecclesiæ habent à iure facultatem emendi liberè bona immobilia quæcunque.*
183 *Ecclesijs, & ecclesiasticis personis conuenit pecunias conuertere in prædiorum emptionem.*
184 *Ecclesiæ æquiparantur pupillis, & minoribus.*
185 *Ecclesiastici non possunt sicut laici cũ pecunia negotiari.*
186 *Pecuniæ sine bonis immobilibus sunt res fragiles, & peremptioni obnoxiæ.*
187 *Necessitas est fortissimum telum.*
188 *Populus Israeliticus, vltra alimenta Læuitarum, viduarum, & orphanorum, alia subibat onera.*
Statutum prædictum Venetorum, nõ in charitate, sed odio in ecclesiasticos fundatur. Ibid.
189 *Sacratorum virorũ, & monialiũ causa. sub putatiuæ religionis prætextu defensa à Symmacho in sua gentilica politia.*
190 *Ecclesiasticam deprimens libertatem, aut punitur in se, aut in sobole.*
191 *Doli præsumptio est aduersus statuentes cõtra libertatem ecclesiasticam.*
192 *Clerici oppido sunt infesti.*
193 *Statutũ, quòd bona immobilia non transeant in Ecclesiam, est non solum contra libertatẽ ecclesiasticam; sed contra Dei libertatem.*
194 *Diuini cultus augmento fauendum est.*

195 *Ecclesiasticæ personæ per statutũ Venetorum æquiparantur Iudæis, & Barbaris, quorum commercia prohibentur, & nu.196.*

197 *Ecclesiastici, Dominij temporalis Venetorum, ob statuta eorum sunt cõditionis deterioris, quàm sacerdotes fuere sub Pharaone.*

198 *Sacerdotes Ægyptiorum de Prytanæo, seu horreis publicis, & regijs alebantur.*

199 *Ecclesiæ & monasteria, & pia loca, quare dicantur manus mortuæ: & quòd non sit solo exemplo iudicandum, nisi de causa legitima constet.*

200 *Fraus maior arguitur ex eo quòd in alijs regionibus, ecclesijs, & viris sacratus res prædiariæ negentur.*

201 *Aliorum exemplum adduci non valet, causa legitima deficiente.*

202 *Non merentur audiri putantes iure fieri, quòd solo fit exemplo: maiorumq; vestigia tunc sequenda, cùm bona fuerunt.*

203 *Venetorum dominium licet in cõmuni paulatim potestatem fuerit adeptum: in particulari nõ ita: ideò ius amortizationis introducere in sua Republica non valent.*

204 *Exempla mala non sunt in Rempublicam inducenda; nec sequenda.*

205 *Ecclesiastici, licet sint immunes à laicorum oneribus,*

bus, ita & laici à clericorum.

206 *Iurisconsultorum regulis non subiacent quæ spiritu, aut lege Dei aguntur.*

207 *Relictum ad pias causas non fit caducum, sed debetur integrum.*

208 *Statutum quòd immobilia non relinquãtur ecclesijs, aut personis ecclesiasticis, directè sunt contra libertatem ecclesiasticam.*

209 *Pij & docti viri inuehunt iustissimè contra dictum statutum, & similia.*

210 *Calumniæ sunt magis amouendæ in his, quæ tangunt diuinitatis contumeliam.*

211 *Delictorum grauitas ex pœnarum impositione arguitur.*

212 *Exilium est scelerum pœna.*

213 *Exilium merentur qui in offensam Dei, & Ecclesiæ faciunt statuta.*

214 *Carcer æquiparatur deportationi in metallum.*

215 *Deportationis in metallum pœna capitalis habetur.*

216 *Carcer dicitur species seruitutis.*

217 *Carcer perpetuus æquiparatur morti.*

218 *Grauissimum est homini, auræ communis haustu perpetuo priuari.*

219 *Perpetui carceris pœna non admittitur de iure ciuili.*

220 *Perpetui carceris pœna iure canonico admittitur, quando crimen est grauissimum. & nu. 221.*

222 *Carceris perpetui pœna datur hæreticis propter immanitatem criminis.*

223 *Diuina maiestas læditur per hæresim.*

224 *Carceris perpetui pœna grauior morte habita apud bonos authores, & num. 225.*


226 *Pœna non potest habere locum, vbi non est delictum.*

227 *Supplicium pati quem ob beneficium, iniquum est.*

228 *Pœnam quis non potest pati pro eo, quod facit iuris auctoritate.*

229 *Res Ecclesiarum publicari, aut confiscari non possunt.*

230 *Confiscationem bonorum merentur, & incurrũt, statuentes contra libertatem ecclesiasticam.*



PARS

PARS TERTIA.

DIVITIAS ECCLESIARVM, MONAsteriorum, & piorum locorum, sacratorumque virorū, velut sacrosanctas, & abundantiam ipsorum in temporalibus defendit: & res prædiarias ipsis posse relinqui, vltima voluntate, vel contractu inter viuos acquiri defendit: & statuta hoc prohibentia, nulla, & contra libertatem ecclesiasticam esse, dilucidè ostendit.



NON minus est irrationabile statutū quod hanc partem sortitū fuit, quàm alia duo in præcedentibus reprobata; quatenus prohibet, relinqui, aut trāsferri in pias causas, aut Ecclesiasticas personas immobilia bona, testamento, aut titulo legitimo inter viuos, sub publicatione bonorum, quæ ita relicta, aut translata fuerint, & alijs pœnis in eodem statuto contentis: cuius iniquitas sequentibus apparebit.

1 Primo, † quia huiusmodi statutum suscitat & souet hæresim Ioannis Vuicleph pessimi hæresiarchæ, damnatam per Martin. 5. Summum Pōtificem, constitutione 1. suarum in bullario summorum Pōtificum pag. 52. quatenus falsò asseruerat, sacræ aduersari scripturæ, ecclesiasticos viros possessiones temporales
2 habere. Siquidem † à primis ipsis nascentis Ecclesiæ temporibus (dum fremerent adhuc gentes, & Reges terræ conuenirent aduersus Dominum, & aduersus Christum eius) Ecclesiam habuisse, & multa possedisse bona, vt ostendunt apertè Diui Lucæ verba, Actuum Apostolo. cap. 4. scribentis ad pedes Apostolorum, certatim à fidelibus delata prædiorum diuenditorū ingentia pretia, vt benè alia in proposito adducens, prosequitur Ioann. Quint. Hedui tractatu de aristocratia Christianæ

Ciui-

Ciuitatis, rubrica de feudis, prædijs, & temporali Ecclesiæ iurisdictione.

3 Summique Principes † tanquam ex Deo regnantes, Ecclesiam in adquirendo, & conseruando temporalia bona, multùm priuilegiarunt. l. 1. l. finali, & per totum. C. de sacrosanctis Ecclesijs, cum titulo sequenti. Ludouicus Roman. in. auth. similiter. C. ad l. Falcidiam. Guiller. Benedict. in c. Raynuntius, de testamentis. verbo, & vxorem, decisio. 1. n. 8. Roderic. Xuarez in l. 13. titulo. de las deudas. nu. 4. & seqq. Cardinalis consil. 144. versic. statuit Ciuitas. ante. num. 3. versiculo. secus dicit. additio ad Lapum. allegat. 92. l. placet. C. de Episcopis, & clericis. Corsetus de potestate Regia. 3. p. n. 57. c. generaliter. §. iuxta 16. q. 1. ibi. *Iuxta sanctionem quam dudum meruisse perhibemini: fundos & mancipia uestra, nullus nouis collationibus obligabit. Sed uacatione gaudebitis.* Gregorius Papa, Ioanni Episcopo Larisseo. episto. 7. libro. 2 relatus in cap. 53. frater noster. 16. q. 1. ibi. *Res autem siue sacras, siue alias mobiles immobilesq; eius Ecclesiæ, quas hactenus diceris retinere, sine aliqua ei fraternitas tua dilatione restituat.* Duarenus lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministerijs cap. 1. inter alia referens quòd Licinia diues, & potens matrona bona sua Ecclesiæ Romanæ suo testamento reliquit, vt narrat historia tripartita libro 1. c. 9. similiter de Hilario Arelatensi Archiepiscopo, Prosper memoriæ mandauit, eum acceptis fidelium numerosis hæreditatibus Ecclesiam mirum in modum locupletasse, vt tradit Gratianus in cap. expedit. 12. quæstione. 1. Petrus Gregorius lib. 13. de Republica. c. 15. n. 2. & seqq. Renatus Choppinus lib. 3. de sacra politia. titu. 1. num. 12. Ioannes Hugo de officio quatuor prælato. rubrica de donatione Constantini, num. 3. Guillelm. Duran de modo generalis concilij celebrandi. 2. p. rubr. de immun. Ecclesiarum. n. 1. qui ponderant. l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles. vbi dicitur cuilibet licere, res patrimoniales, vel partem, siue causa mortis, vel iure institutionis, vel alio quocunque modo relinquere Ecclesiæ, vel inter viuos donare, nec opus esse quòd talis insinuetur donatio. l. illud, eodem titulo: nam in donationibus quæ fiunt Ecclesijs, optima mensura est immēsitas. auth. de nō alien. aut permut. reb. Ecclesiæ. §. finimus. collat. 2. adeò, quòd si quis de curiali fortuna, reliquerit tales donationes Ecclesiæ, liberæ sunt, & immunes lucratiuis descriptionibus; cum

sit

sit faciendum discrimen inter res diuinas,& humanas.l.sancimus.la 2.C.de sacrosanctis Ecclesijs,& multæ fauorabiles causæ circa hoc versantur.

4 Primò voluntatis vltimæ fauore, † vt ait Imperator Constantin. in l.1.C.de sacrosanct.eccles.rationem assignans.*Nihil enim est quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ uolūtatis, postquam iam aliud uelle non possunt, liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium.* Aluar.Pelag.lib.2. de planctu Ecclesiæ.c.29.
5 vers. hoc enim. Nam † & lege.12. tabularum libera legandi facultas,cuilibet est data in re sua, vt constat ex l. verbis.ff.de verbo. signif. Alciat.lib.5.parergon iuris. cap.23.tex.in princ. inst.ad.l.Falcid.Sarmiento de redditib.eccles.4.par. c.3. n.4.
6 Vualche.lib.2.miscellan.c.16.& Iustinianus in.§.vnico.inst.de lege Fusia Caninia tollenda; inhumanum asseruit esse, viuos habere licētiam alienādi omnia bona sua,& morientibus eandem libertatem,& licētiam adimi.l.vnica. C.eodem. Menoch. consil.327.num 10.vol.4. Syluester Aldobrandinus in dicto.§. vnico.nu.7.ponderans pro eo.l. in testamētis.ff.de regul.iuris. & c.cum dilecti, de donatio.

7 Ideoque iura iustissimè asserunt, † non oportere supremi iudicij libertatem constringi. l.si fratres.§.idem respondi.ff.pro socio.l. cum duobus.§.Papinianus,eodem titulo.glo.in cap.vltima voluntas.13.q. 2. Vldaricus Zasius consil.1.num.17. libro 2. Albertus Brunus tractat. de statutis, versicu. omnipotentis. num. 246. Vnde etiam Baldus dicebat in.l.lege.12. tabularum,num.1. versic. ex testamento. C. de legitim.hæredibus, quòd facultas, & libertas hæc quæ vltimæ voluntati defunctorum debetur, magis accedit iuri naturali, quàm filiorum successio. Ioann.Gutierr. in. l. nemo potest.num.5.ff.de legatis.1.

9 Ideo † Deus & sancti patres, vltimam voluntatem seruari iubent,cap. vltima volūtas.13.q.2.auth.de nuptijs.§.disponat. collatione.4.Bartol.in.l.interdum.n.7.ff. de condict. indebiti. Alexand.consil.2.num.7.versic.quia Deus, libro.1. Mandosius de signatura gratiæ, titulo de commutatio.vltimæ voluntatis, versic. imò dici. Couar.2.par. rubricæ de testamentis,in principio.

Et Gregorius Pontifex Ioanni Caralitano Episcopo scribens,

bens, libro.3.epistola.9.ait. *Admonere te nolumus, ne piæ uirorum, aut defunctorum uoluntates (quod absit) remissione cassentur.* cap.14. admonere.16.quæstione 1. iuncto cap. sequẽti. vbi Gelasius Papa ait. *Consideratio ecclesiasticæ utilitatis hoc postulat, ex iusta dispositione testatoris seruandum arbitrium esse.*

10 Quare † Tiraquel.in.l.si vnquam, verbo, libertis, num.52. in fine. C.de reuocan.donatio. ait, nihil magis æquum esse, quam defunctorum conseruare voluntates. Grego. Lopez Madera, animaduersionum iuris ciuilis cap. 34. num. 3. & probat Plinius. II. libro. 2. epistola. 16. Aniano dicẽs. Tu quidem pro cer-
« ta tua diligentia admones me codicillos Aciliani, qui me ex
« parte instituit hæredem, pro non scriptis habendos, quia non
« sunt confirmati testamento; quo ius ne mihi quidem ignotum
« est, cum sit ijs etiam notum, qui nihil aliud sciũt. Sed ego pro-
« priam quandam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates,
« etiam si iura deficerent, quasi perfectas tuerer: constat autem
« codicillos illos Aciliani manu scriptos; licet ergo non sint te-
« stamento confirmati, à me tamen vt confirmati obseruabun-
« tur. Idem Plinius libro 4. epistola 10. Sabino dicens post alia.
« Confido accursurum te sententiæ meæ, cum religiosissimè so-
« leas custodire defunctorum voluntatem, quam bonis hæredi-
« bus intellexisse pro iure est. Robert. Aurel. lib.2. rerum iudicata. c. 3.

11 Et confirmatur, nam & testamentariæ dispositiones multum fauorabiles sũt nõ solùm respectu causæ piæ, sed de per se, † in tantum quòd testamentum fauorabilius habetur, quàm priuilegium. Archidiacon. in cap. episcopus. 88. distinctio. Bald. in cap. cum venissent, in fine, de iudicijs. Cardina. Iacobatius tracta. de concilio, lib.7. art.5. num. 59. & facit dictum Apostoli ad Galat.3. *Hominis confirmatum testamentum nemo spernat, aut super-*
12 *inordinet*: † cuius dictum spiritualibus præualet Imperatorum dictis. l.1. vbi notatur. C. de secund. nuptijs, cap. cum secundum Apostolum, eodem titulo. Roderi. Xuar. in.l.13. titulo *de las deudas.* num. 4.

13 Rursus † quia in libertate relinquẽdi immobilia bona ecclesijs, monasterijs, aut pijs causis, animarum fauor versatur; cap. animæ defunctorum. 13. q. 2. l. sancimus la. 1. C. de sacrosanct. ecclesi. Albertus Brunus. de rebus & dispositio. dubijs. nu.25.

nu.25. Aluar.Pelag.vbi proximè. Guillelm.Duran.in dicta ru bri.de immu.eccle. nu.1.

14 Animarum † autẽ fauor tantus est, vt cunctis rebus pręponatur, authẽ. de sanctissimis episcopis. §. si verò liberi. collat.9. l. sancimus.17.C.de sacrosanct.eccles. Aristo.lib.7.politico. dicens. *Anima pretiosior est corpore, & omni possessione, & omnibus aliis bonis.* Heliodor.libr.5. Aethiopicæ historiæ, dicẽs. *Est hominibus, ut uidetur, anima omnibus rebus pretiosior.* Tiraq.in.l.si vnquam, verbo donatione largitus.n.202.C.de reuocan.donatio. Decius cõsil.426.num.4.& consilio.639.num.2. Thomas Grammat.consil. 29.nu.5. Angel.de Perusio quæstione, an frater in causa criminali.nu.1. Alberic.tracta. de testibus. c.6. nu. 22. Moronius de fide, tregua, & pace.q.177.n.12. Ioann.à Capistrano in speculo conscientiæ, versic.restat.nu.162.& de vsuris.1.p. secundæ part.princip.n.6. Mãdosi.tracta.de inhibitio.q.12.nu.2. Ascan. Clemen.de patria potest.effec.5. n.13.

15 Nec mirandum est. Cum † animæ intuitu omnia à Deo sint creata, indiesque natura producit. l.in pecudum. ff. de vsuris. sumendo verbum, hominem, de quo ibi pro interiori homine non exteriori, vt sumit, & declarat D. Hieronym. in episto. 1. parte.3.& Bonus de Curtili tracta.de nobilitate.2.parte.num. 34:& facit bonus tex.in.c.sedula.38.distinctione, cap.præcipimus.12.q.1.

16 Rursus † quia ex tali largitione ecclesiastici orantes pro benefactoribus; misericordiam à Deo consequuntur super peccatis ipsorum cap.finali.10.quæstio.1. nec ob aliud Danielis cap. 4. dicitur. *Peccata tua eleemosynis redime.* cap. finali de testamen.

17 cap.presbyter.82.distinctione. Quia † sacerdotes dicuntur peccata populi comedere, iuxta Osseę prophetiã, cap.4.tex.in cap. ipsi sacerdotes.1.quæstione.1. Guillelmus Duran. dicto tracta. de modo celebran.concilium.3.parte.rubrica. 43. nu. 4. Marc. Anton.Marsil.in tracta.de ecclesiastico reddítu.origine.3.parte cap.23.nu.112. Petrus Gregorius libro.13.de Republica, cap. 15.num.3.& lib.16.cap.8. num.16.

18 Rursus † quia vertitur fauor vniuersalis ecclesiæ, cuius cura maxima Deo est. Nam vt post D. Chrysostomum ait Ioannes Lupi in tractatu de libertate ecclesiastica, quęstione.11.num.1. *Propter Ecclesiam cœlum tensum est, aër pansus est, mare difusum est,*

terra fundata est, paradisus plantatus est: nam propter Ecclesiam, unigeni-
19 *tus Dei filius factus est homo.* Vnde † ecclesiæ causa multum fauorabilis est, & in iure priuilegiata. c. 1. de restitutione in integrũ. dicta. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. Anto. de Prato. inter consilia Martianesij consil. 71. num. 1. In tantum † vt ecclesia filio-
20 rum loco habeatur, auth. de sanctissimis episcopis. §. sed & hoc præsenti. authen. de ecclesiasticis titulis. §. si quis in nomine magni Dei, collatio. 9 c. in presentia, de probationib. Guillelm. Duran. de modo celebrandi generalis Concilij. dicta rubrica de immun. ecclesiar. nu. 20.

21 Imò versatur ipsius Dei fauor, † cuius sunt omnia, non solùm spiritualia, sed temporalia, Psalmo. 23. in principio Ecclesiast. cap. 10. in principio, vbi dicitur. *In manu Dei potestas terræ.* & Zachariæ. c. 9. ibi. *Et potestas eius à mari usque ad mare: & à fluminibus usque ad fines terræ.* Et Psalmo. 46. *Quoniam Dominus Rex Magnus super omnem terram, subiecit populos nobis, &c.* cum latè congestis per Restaurum Castaldum in tracta. de Imperatore. q. 50. num. 10.

22 Nam † quæ fiunt contra Ecclesiam, videntur fieri contra Deum. l. decernimus. 15. vbi Paulus Castrensis num. 3. C. de sacrosanct. eccles. Ioann. Salisberiens. in policrati. lib. 5. cap. 5. dicens *Rerum sacrarum immunitates conuellere, insurgere in Deum est: &*
23 *quasi uendicare eum in seruitutem:* Et è † contrario, quæ donãtur, vel relinquuntur ecclesijs, videntur donari, & relinqui Deo. cap. nulli liceat. cap. res ecclesiæ, in versic. Domino oblata. 12. quæstio. 1. cap. mancipia. cap. iniustum, de rerum permutatio. cap. cum super. vbi Inno. de causa possessio. & proprieta. Barbacia. tractat. de præstan. Cardinal. 1. p. quæst. 4. Basilica. num. 3. Redoan. de spolijs ecclesiast. quæst. 3 §. & in hoc. num. 18. Marianus Socinus. tracta. de oblatio. libello. 1. num. 5. & libel-
24 lo. 9. nu. 5. Nam offerẽdo sua bona, Dei memoriam habent, vt tradit Philon Iudæus tomo 2. in libro de sacerdotum præmijs, " & honoribus, dicens. Dum enim assuescunt alimenti partem " Deo decidere, nunquam in eius obliuionem veniunt, quare " nihil in vita potest contingere felicius homini: Nam & Deus " Exodi. cap. 24. præcipit. Non apparebis in conspectu meo va- " cuus. & Prouerb. c. 3. dicitur. Honora Dominũ de tua substãtia.

Petrus

25 Petrus Greg.lib.13.de repub.c.15.n.1. Et ita bona,† quæ cõferuntur Ecclesijs,dicuntur Sancta Sanctorum.Leuit.c.27.Cardi. Albanus tract.de immunit.Ecclesia.in principio.n.13.Pet.Greg. lib.25.Syntagm.iuris vniuersi.c.8.nu.2.Matthęus de Afflictis,decis.Neapolita.361.nu.22.& sequen. & est mirabilis tex.in dicto c.nulli liceat.12. q.2. vbi Bonifacius Papa ait. *Nulli liceat ignorare omne quod Domino consecratur,siue fuerit homo,siue animal,siue ager, uel quicquid fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino; & ad ius pertinet Sacerdotum:propter quod inexcusabilis erit omnis qui, quæ a Domino,& Ecclesia cui competunt,aufert,uastat,inuadit,uel eripit, & usque ad emendationem,Ecclesiæque satisfactionem, ut sacrilegus iudicetur: & si emendare noluerit,excommunicetur.* Tex in cap.quicunque, cap.prædia, cap.qui abstulerit, cùm alijs eadem causa, & quæst.

Nec monasteria, etiam quæ plerũque suas habẽt Ecclesias,suis
26 sunt destituta fauoribus,vt in præcedenti diximus parte,eaque † loco minorum, & filiorum habentur, vt probant iura suprà allegata.nu.20.tex.in authen.si qua mulier.vbi Iasso.nu.28. C.de sacrosanct.Eccles. Surdus tracta.de alimen.titu.1.q.128.nu.8. & titu.2.quæst.15.nu.159. & 172. Molina lib.2. de primogen.c.9. nu.41. Alexand.consil.105.nu.2.lib.4.Alua.Pelag.lib.2.de planctu Eccles.cap.29.versic.tum fauore.

Quibus fundamentis Alua.Pelag.& Guiller.Duran.vbi proxi-
27 mè cõcludunt, † nulla constitutione statui,nec cõsuetudine induci posse;ne immobilia bona Ecclesijs,aut pijs locis relinquantur, vel vẽdantur,imò excõmunicari statuẽtes. c.eos,de immu.Eccles.
28 in.6.Franc.de Platea tracta de excõmu.§.30.n.17. Et quia † dicta cõsuetudo, quæ sine periculo animæ seruari non potest,nulla est.cap.fina.de consuetu.c.fina.de præscriptio. Abb.in.c.Eccles. Sanctæ Mariæ.nu.14. de constitutio. Couar. in regu.possess.2.p.
29 §.11.n.3.pro quo facit, quòd † cõtra libertatem ecclesiasti.nulla pręscriptio currit,vt post Imol.à se allegatum,tradit Ioan.Lupi tracta.de liberta.ecclesiasti.1.par.quæst.6.nu.3.

30 Neque obstabit dicere Imp.Valenti.Valens. & Gratian.prohĩbuisse clericos & religiosos capere testamento viduarũ,& sanctimonialium per.l.20.tit.2.lib.16.C.Theodos.in hæc verba. *Ecclesiastici,aut ex ecclesiasticis,uel qui continentium se uolunt nomine nuncupari,uiduarum,ac pupillarum domos non adeant: sed publicis exterminentur iudicijs, si posthac eos ad fines earum, uel propinqui putauerint deferendos. Censemus etiam,ut memorati nihil de eius mulieris,cui se priuatim sub præ-*

texiu religionis adiunxerint liberalitate quacunque, uel extremo iudicio possint adispici, & omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum; ut nec per subiectam personam ualeant aliquid, uel donatione, uel testamento percipere. Quin etiam forte si post admonitionem legis nostræ aliquid iisdem ex fœminæ, uel donatione, uel extremo iudicio putauerint relinquendum, id fiscus usurpet. Quæ lex publicata fuit in Ecclesijs Romæ. IIII. Kal. Aug. Valenti. & Valente. III. AA. Coss. eiusque meminit. D. Ambrosi. Epist. 2. contra Symmachum.

31 Et etiam † Valenti. Theodos. & Arcadium Impp. prohibuisse Ecclesijs, clericis, aut pauperibus quidquam relinqui, vt cōstat ex l. 27. tit. 2. de sacrosanct. Eccles. lib. 16. C. Theodosiani, cuius meminit Petrus Greg. lib. 13. de Republica, cap. 16. nu. 3.

32 Nā cùm † prædictæ sanctiones magnū inferrent Eccles. præiuditiū, & grauamen; aduersus ipsas inuehit, pro sua mira sanctitate D. Hierony. in Epist. ad Nepotian. de vita clericorū, dicens. *Pudet dicere, Sacerdotes idolorū, mimi, & aurigæ, & scorta hæreditates capiunt: solis clericis, & monachis hoc lege perhibetur, nō a persecutoribus, sed a Principibus Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quo mihi uulnus, ut indigeā cauterio? Prouida, seueraq. legis cautio, & tamen nec sic refrenatur auaritia, per fideicōmissa legibus illudimus, & quasi maiora sint Imperatorū scita, quā Christi: leges timemus, Euangelia contemnimus. Sit Hæres, sit mater filiorum, id est, gregis sui Ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit & pauit, quid nos inserimus inter matrem, & liberos, &c.* Hactenus D. Hierony. quasi nostra miseranda tēpora, & sæcula perspiceret; quibus peiora, pessimi, ac peioris exēpli statuta à Venetorum Republica aduersus clericos, & ecclesiasticas personas, & loca pia & religiosa, sunt emissa: quem D. Hier. locum obseruarunt, & annotarunt. Iacob. Cuiati. lib. 7. obseruationū iuris. c. 30. in fine. P. Grego. lib. 13. de Repub. c. 16. n. 3. vers. sequutum. Robert. Aurel. lib. 1. rerum iudica. cap. 3.

33 Similiter † D. Ambros. in 2. Epist. cōtra Symmachum, eandē notans prohibitionē, ait. Nobis etiā priuatę successionis emolumenta recentibus legibus denegātur, & nemo conqueritur. Nō enim putamus iniuriā, quia dispendiū nō dolemus. Si priuilegiū quęrat sacerdos, vt onus curiale declinet patria, atq. auita, & omniū facultatum possessione cedendū est. Quomodo hanc gentiles, si haberent, ingrauarent quęrelā, quòd sacerdos ferias ministerij sui emat totius patrimonij sui dāno, & priuatus vniuersæ cōmoditatis dispendio vsum publici mereetur obsequij, prætendens cōmunis sa-

" lutis excubias, domesticæ inopiæ se mercede solatur, quia ministe-
" riũ non vendidit, sed gratiã comparauit. Cõferte causas, vos ex-
" cusare vultis decurionẽ, cùm Eccles. excusare non liceat Sacerdo-
" tem. Scribũtur testamenta tẽplorum ministris, nullus excipitur
" prophanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecun-
" diæ: soli ex omnibus clerico cõmune ius clauditur, à quo solo pro
" omnibus votum cõmune suscipitur, officium commune defertur:
" nulla legata, vel grauiũ viduarũ, nulla donatio. Et vbi in moribus
" culpa nõ deprehẽditur, tamen officio mulcta pręscribitur. Quod
" sacerdotibus phani legauerit Christiana vidua valet: quod mini-
" stri Dei, non valet. Quod ego non querar, sed vt sciant quid non
" querar, comprehendi. Malo enim nos pecunia minores esse quàm
" gratia, sed referunt ea, quæ vel donata sunt, vel relicta Eccles. nõ
" esse temerata. Dicãt & ipsi, quis tẽplis dona detraxerit, quod fa-
" ctum est Christianis. Quæ si facta essent gẽtilibus redderetur po-
" tius, quàm inferretur iniuria. Nunccine demũ iustitia prætẽditur,
" æquitas postulatur? Vbi tunc erat ista sententia, cũ direptis Chri-
" stianorũ omnium facultatibus, ipsos vitales anhelitus spiritus in-
" uiderent, & nullis vnquã negata defunctis inhiberẽt supremę cõ-
" mercia sepulturæ? quos gẽtiles præcipitarunt, maria reddiderũt.
" Fidei ista victoria est, quod & ipsi iã facta maiorũ carpũt suorũ.
" Nemo tamen donaria delubris, & legata aruspicibus denegauit.
" Sola sublata sunt prædia, quia nõ religiosè vtebantur ijs, quę reli-
" gionis iure defenderẽt. Qui nostro vtuntur exẽplo, cur non vtebã-
" tur officio? Nihil Ecclesia sibi, nisi fidẽ possidet. Hos reditus præ-
" bet, hos fructus: possessio Ecclesię sumptus est egenorũ. Numerẽt
" quos redemerint tẽpla captiuos, quę cõtulerint alimẽta pauperi-
" bus, quibus exsulibus viuẽdi subsidia ministrauerint. Prędia igitur
" intercepta non iura sunt, &c. Renat. Choppi. lib. 3. de sacra poli-
tia. titu. 2. nu. 16.

34 Obquas, † & aliorũ sanctorũ querelas præfatæ cõstitutiones fuerũt abrogatæ: siquidẽ GC. Valent. Theo. & Arcad. AAA. Tatiana. PF. P. ita rescripsere. *Legẽ quę Diaconissis, uel uiduis, nuper est promulgata, nequis uidelicet clericus, ne ue sub Eccles. nomine, mancipia supellectilẽ, prædã, uelut infirmi sexus dispoliator inuaderet, & remotis ad finibus, ac propinquis, ipse sub prætextu catholicæ disciplinæ se ageret uiuẽtis heredẽ, eatenus animaduertat esse reuocatã, ut de omniũ chartis si iã nota est aufera tur, neq. quisquã, aut litigator ea sibi utẽdũ, aut iudex nouerit exequẽdũ. Dat. X. Kal. Sep. Veronę. Valẽt. A. IIII. & Neoter. Coss.* vt habetur in. l. 28. t. 2. li. 16.

35 li.16.C.Theodosiani: Eandéq. † cōstitutionē abrogauit Imp. Martia. in nouella quadā constitutio. quæ est vnica, tit.6. de testa. cleric. dicēs post alia. *Securitati uel fiduciæ morientiū prouidentes, generali, perpetuoq. uictura hac lege sancimus, ut siue uidua, siue diaconissa, siue uirgo Deo dicata, uel sanctimonialis mulier, siue quocunq. alio nomine religiosi honoris, uel dignitatis fœmina nuncupetur, testamēto, uel codicillo suo, quod tamē alia omni iuris ratione munitū sit, Ecclesiæ, uel martyrio, uel clerico, uel monacho, uel pauperibus aliquid, uel ex integro, uel ex parte in quacunq. re, uel specie crediderit relinquendū, id modis omnibus ratū, firmūq. cōsistat, siue hoc institutione, siue substitutione, seu legato, aut fideicōmisso per uniuersitatē, uel specialiter, siue scripta, siue nō scripta uolūtate fuerit derelictū, omni in posterū de huiusmodi negotio ambiguitate submota, donationib. etiā uel qualibet liberalitate, tā uiduarū, quā Diaconissarū, seu uirginū, quæ Deo dicatæ sunt, uel sanctimonialiū quæcunque in Ecclesiam, uel martyriū, uel clericū, uel monachum, uel pauperes cōlata fuerint, pari robore firma esse præcipio. &c.* quę lex sicut integra extat in. C. Theodo. pars ipsius trāssūpti uè habetur in.l.generali. C.d.SS. Eccle. vbi etiā hoc notauit Bart.

36 Cōstitutio † autē Valēt. Theod. & Arcadij supra relata abrogata etiā fuit per Constanti.l.lata ad populū, quę est.4.ti.2.li.16.C. Theod. vbi ait. *Habeat unusquisq. licētiā sāctissimo Catholico, uenerabiliq. Cōcilio decedēs bonorum quod optauit relinquere, nō sint cassa iudicia eius, &c.* Quod trassumptiuè habetur in.l.1.C.de.SS.Eccl. quibus collegio Christianorum posse relinqui in priuilegiū cōceditur, quod antea non erat permissum: siquidē collegijs, quæ approbata non erant, relinqui non poterat.l.cū Senatus. ff. de reb. dubijs.l.omnibus.ff.ad.S.C.Trebel.l.collegium.C.de hæred.insti.Petr.Greg.de Repu.li.13.c.16.n.3.Menoc.de præsump.li.4.præsump.111.nu.3. ideo quia Claudius Iudæorum societates dissoluerat, vt ait Dio. Cassius.li.58.eis Anto.A.nihil posse legari statuit in.l.1.C.de Iudæis, quòd & alia tradit similia P.Gre.dicto.lib.13.cap.3.n.16.

37 Collegium † autē Christianorū adhuc nō erat approbatū, imò improbatū propter magnā sæuitiam, & crudelē tyrannidem, quę aduersus Christianos exercebatur, vt doctè probat Baldui.in pręfatio.ad edicta cōtra Christian.pag.mihi.13.&.16. Tertu.in apologe.c.2.Plin.li.10.Epist.101.Traja.de Christian.& in Epist.seq. Idē Baldui.ad.l.12.tab.c.4.P.Pith.li.2.aduersario.subseciuorū, c.3.P.Crinit.li.1.de honest.disciplin.c.9.&.13.& ostendit Corne. in Epist.ad Lupici.relat⁹ per Iacob.Cuiat.in expositio.nouellę.7. Iustini, dicēs. *Edictis imperatorum Christianos, ubiq. tormētis uariis affici, & neque*

& neque publice in urbe Roma, neque in cryptis notioribus Missas agere licere.

38 Nam † licet Constantinus Cæsar baptizatus fuerit à Beato Syluestro Papa, vt testantur tex. in cap. Constantinus. 96. distin. Diuus Hieronymus Doctor Ecclesiæ in tracta. ad Eustochium de vinculis Beati Petri, post principium. Ioann. Vgon. in libro, cui titulus est, Quadriuium Ecclesiæ, ad Maximilianum Regem. §. hæc autem, &c. §. sed sunt. Restaurus Castaldus in tracta. de Imperatore, quæst. 51. nu. 18. & 23. Cardina. Iacobatius de Concilio. lib. 10. artic. 8. nu. 29. Stephanus Forcatulus lib. 7. de Gallorum Imperio, & Philosophia. Nicephorus Calistus lib. 7. ecclesiasticæ, cap. 35. Paul. Fuscus de visitatio. lib. 1. cap. 21. nu. 1. Carolus Sigonius lib. 3. de occidentali Imperio, anno. 315. Lucas Tudensis in libr. historiarum in vita Constantini (qui apud me manuscriptus habetur;) Ioann. Igneus in. l. necessarios. §. non aliàs. nu. 892. ff. ad Syllania. Marcus Marullus lib. 2. dictorum, factorumque memorabilium, cap. 7. versic. contendit. Fasciculus temporum sexta ætate, fol. mihi. 47. & constat ex decreto, & edicto eiusdem Constantini Magni, quod traditur tomo. 1. conciliorum; & ab Iuone Carnotensi lib. 4. titu. de dignit. Romæ. Ecclesiæ. Alberi. in. l. 1. §. in initio. ff. de officio præfect. præto. vrb. Isidorus Iunior tracta. de Synodis, titu. de Nicena Synodo. Grego. Turonensis lib. 2. cap. 31. Nicolaus. III. Pontifex Maximus in cap. fundamenta, de elect. in 6. Augustinus Eugubinus de donatione Constantini aduersus Vallam. nu. 77. & sequen. Polydo. Virgil. lib. 2. histo. Angliæ in fine; & aliorum plurium auctorum fidelissimis testimonijs comprobans Couar. lib. 4. varia. resol. cap. 16. nu. 8. Alua. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 43.

Non ex hoc solo fuere collegia Christianorum approbata:
39 erat † enim necessaria ad hoc Principis, aut Senatusconsulti authoritas; vt ostendit Cuiatius in libro. ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ. titulo. 32. dicens. *Illicitum collegium & corpus est, quod lex, uel Princeps non constituit:* idque ex legibus Solonis deductum, in quibus cauebatur ita.
" Si quid plebs, vel fratres, vel sacrorum orgiorum nunciatores, vel
" conuictores, vel sepulcri eiusdem, saltationisve cōsortes, vel qui
" ad prædam, aut negotiationem proficiscuntur, disposuerint, in-
" uicem ratum esse, nisi publicæ res prohibeant, hoc est, ita vt ex pu
" blica lege nihil corrumpatur. Idem Cuiatius libro. 7. obseruatio.

cap.30. & ostendit Martianus in l.3. §.in summa. ff.de collegijs,
" & corporibus illicitis, dicens. In summa videri contra Senatus
" consulta & mandata, & constitutiones celebrari collegium, nisi
" ex Senatusconsulti auctoritate, vel Cæsaris collegium, vel quod-
" cunque tale corpus coierit: tradit Balduinus dicto cap.4. ad leges.12.tabula. Nauarro consil.3.nu.3.de foro competenti.

40 Quare † Constantinus in dicta l.1. C.de sacrosanctis Eccles. approbauit Christianorum collegia, & illis relinqui permisit, iuris solemnitatibus seruatis, iuxta l.si quando.35.C.de in officio. testamen. Et ita Ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ sunt in hoc priuilegiatæ; vt etiam à laicis possint ipsis quælibet bona, etiam immobilia relinqui. dicta l.1.l.illud.l.finali C.de sacrosanct. Eccles. Lapus alleg.101.nu.15. Bal.in repet.dict.l.1. nu.9. & 10. Cuiatius in paratitlis ad eundem titu.de SS. Eccles. Alciat. in dicta.l. 1. Pinel.in rubrica.C.de bonis mater.2.p.nu.15.in fine. Aemilius Ferretus in l.de statu.nu.7.ff.de testamen. Iulius Clarus.§.testamen.q.5.nu.1. Paul.Cast.in dicta.l.1.nu.1.vbi Iass.1.lectura.nu. 10.&.2.lectura.n.3.probat tex.in c.futuram.12.q.1.ibi. Vir re-
" ligiosissimus Constantinus primus fidē veritatis patēter adeptus,
" dedit licentiā per vniuersum orbem suo degētibus Imperio, non
" solū fieri Christianos, sed etiā fabricādi Ecclesias, & prædia con-
" stituit tribuenda, &c. Petrus Grego. Syntagma iuris vniuersi.1.p. lib.2.c.28. n.2. Onuphius Panuinus ad eundē lib.2.fastorum anno.CIↃ.LXIIII.pag.mihi.394.versi.quare. Idem Petr.Greg.3 p. lib.42.c.33.n.4. Platina in vita Syluest.1.hist.tripartita.lib.1.c.7.

41 Et idē † Constātinus permisit, nō solū Eccles. sed ecclesiasti. personas tēporalia habere & possidere, vt ex dicta.l.1.C.de SS. Ecclesijs, & dict.c.futurā tradit P.Greg.dicta.1.p.lib.6.c.5.n.5. & 2.p.lib.15.c.38.n.6 (cū legib. Moyses stirps leui sacerdotalis, nō haberet possessionē cū fratribus suis, sed solas decimas, oblationes, primitias, & vota, vt constat Deut.c.10.&.12.n.18. Chroni. Regis Castellæ Ioann.1.anno.XII.c.10.& retulit Petr.Greg.vbi proximè, & M.Anto.Colum.tract.de ecclesiast. reddi.origine.p. 1.c.5.n.2.) & alia, de quibus Phil.Iudeus in li.de sacerd.premijs.

42 Et ita † Ecclesiæ possunt tēporalia possidere & consequi, vt idem Petr.Grego.optimè probat Syntagma iuris.p.2.lib.16.c.8. nu 35.& lib.20.c.11.nu.4.ex dicto.c.futuram, &.c.videntes.12. q.1.dicta.l.1.C.de sacrosanct. Eccles. Ferdinan. Loaces in allega.

pro

pro Marchione *de los Velez* in responsione ad secundum oppidi
43 fundamentum, nu. 3. dicens. † Quòd Ecclesijs, & monasterijs pos-
" sunt etiam Principes liberè quęcunque regnorũ suorum bona re-
" linquere, atq. donare, vt inquit Andreas de Ysernia in c. 1. col. 6.
in tit. de his qui feudũ dare possunt. Cardina. Alexandri. in præ-
ludijs feudo. col. 10. quos sequitur Claud. de Seycello in speeu. feu
do. eod. tit. qui feudũ dare possunt. Matth. de Afflict. decis. Nea-
poli. 361. n. 22. & seq. Rena. Choppi. li. 3. đ sacra polítia, tit. 1. n. 5.
44 Et hoc † procedere etiam debet in adquisitione eorundẽ bo-
norum temporalium per donationes, aut emptiones, aut alios ti-
tulos inter viuos, qui à gentium iure procedunt, nec absque iniu-
ria Ecclesijs, aut ecclesiasticis personis possunt prohiberi: nã cùm
iure gentiũ emptiones, & venditiones, locationes, & conductio-
nes, obligationesq́. institutæ sint iniquum est, quenquã ijs prohi-
beri: quinimo aduersus prohibentẽ potest agi actione iniuriarũ. l.
2. §. si quis in mari. ff. ne quid in loco publico, & in. l. iniuria. actio.
§. si quis me prohibeat. ff. de iniurijs. P. Velleius à Gueuara in. l. il
licitas. §. neq. licita. n. 1. ff. đ offi. pręsid. Alber. de stat. 2. p. q. 2. n. 8.
45 Pro quo † facit, quod Ecclesijs, & monasterijs, licitè adquiri-
tur dominiũ, venditione, vel donatione, & similibus titu. l. finali.
" C. de SS. Eccles. ibi. Sancimus si quis aliquam reliquerit hæredita
" tem, vel legatum, vel fideicõmissum, vel donationis titulo aliquid
" dederit, vel vendiderit, siue sacrosanctis Ecclesijs, siue venerabi-
" libus xenonibus, vel ptochotrophijs, vel monasterijs masculorũ,
" vel virginum, & c. l. illud. l. sancimus. 18. eod. titu. Andreas Siculus
consil. 61. examinatis. n. 10. vol. 3. D. Chrisosto. Homil. 86. in Mat-
thæ. narrans agros ædificia villas, ad sacrum cœtum emptionibus
peruenisse. Renat. Chop. lib. 3. de sacra polítia, titu 1. nu. 6.
46 Vnde iustissimè, † Vrbanus. I. Papa constituit, vt Ecclesia fun
dos, & prędia dono à fidelibus oblata reciperet; quemadmodũ te
statur Platina in vita ipsius; & tradit Hottoma. in dispu ta. feudo-
rũ. c. 11. de feudis militaribus, quæ ab ecclesiasticis cõstituuntur,
" dicens. Quòd multis post seculis, cùm institutũ illud, quibusdã im
" probaretur, Papa Ioann. XXII. acerrima, vehementissimaq́. con-
" stitutione cõfirmauit, in extrauagãti, cũ inter nonnullos de verb.
" significat, anno (inquit Platina. M. CCC. XXIII.) edictũ proponens,
47 quo eos declarauit Hæreticos, qui affirmarent Christum, eiusq́.
discipulos nihil priuatim habuisse: cũ conuincantur de mendacio

ex pluribus adductis per glo. ibi verbo, asserit. Cardina. Zabarella. in clem. exiui. §. proinde, de verborum significatio. D. Augusti. tomo. 4. cap. 15. de mendacio ad conscientiam. Marcus Antoni. Marsilius in tracta. de ecclesiasti. reddit. origine. 1. parte, cap. 1.
" num. 12. dicens. Habebat loculos Dominus, à fidelibus oblata cō-
" seruans, & suorum necessitatibus; & aliis indigentibus tribuebat, vt trassumptiuè habetur in cap. habebat. 12. quæst. 1. vnde Euāgelista Diuus Ioannes, cap. 13. cùm de Iuda loquitur, in quem accepta bucella Satanas introiuit, postquam retulit verba magistri Iesu ipsum alloquentis, *Quod facis fac citius* (ita subijcit.) *Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei: quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum; aut egenis ut aliquid daret.* Optimè Andreas Barbacia in tracta. de præstantia Cardinalium. 6. quæst. Basilica, 1. parte, nu. 11. Ioannes à Capistrano in tracta. de auctoritate Papæ. 2. parte. 2. partis principalis, nu. 177. & 185. & sequen.

48 Vnde, licet à † principio nascentis Ecclesiæ, non retinerent clerici, & religiosi, ac cæteri Ecclesiæ ministri bona, maximè prædia, & alia immobilia, sed Apostolico more viuerēt, de quo in Apostolorū actis, & 12. q. 1. per totū tamen salubriter præfatū B. Pontifi. & Marty. Vrbanum primū, qui post Calistū etiam primū, & Martyrem immediatè sedit in D. Petri Cathedra, circa annum Christi. 220. post plura magnifica per ipsum facta statuisse & ordinasse, vt fundi, prædiaq. à fidelibus oblata reciperētur, & deputarentur, tam in clericorum sumptus, quàm notariorū, qui gesta, & miracula Sanctorum scribebant, refert Guiller. Benedict. in c. Raynunti. de testamētis, verbo, & vxorē, decis. 1. n. 1. &. 2. c. videntes. 12. q. 1. Naucle. chronograp. genera. 11.

49 Similiter † memorabile est, oraculū illud Pij. II. Papę, quod Abbas Monachus Vrspergen. in vita Impe. Henrrici. 5. ex ipsius Pōtificis ore sacro palā in Syno. Rom. habita editū his exponit verb. pag. 273. Tum inquit Apostolicus manu, & huiusmodi verbis murmur cōpescuit Ecclesia primitiua Martyrum tēpore floruit apud Deum, & non apud homines. Dein. ad fidem conuersi sunt Reges, Imperatores Romani Principes, qui matrem suam Ecclesiam sicut boni filij honestauerunt, consecrando Ecclesiæ Dei prædia, & allodia, seculares honores, & dignitates, regalia quoque iura & insignia, quemadmodum Constantinus, cæterique fideles, &

cœpit

cœpit Ecclesia florere, tam apud homines, quàm apud Deum; habeat ergo mater, & Domina nostra Eccles. sibi à Regibus siue Principibus collata, dispēset & tribuat ea filijs suis, sicut scit, & sicut vult. Ioseph. Stepha. de oscula. pedū Summi Pōtif. c. 4. in fine.

50 Notissimum † est enim vt vel minima probatione non egeret, Constantinum Imperatorem Beato Syluestro Papæ, & eius successoribus occidentale terrenum Imperium, & Imperialia insignia & officia protochristianissimo sui die concessisse. dict. cap. Constantinus. 96. distinctio. ca. fundamenta, de electio. in. 6. Loacces vbi proximè. Ioannes Nauclerus in chronographia. 2. part. generatione. 11. fol. mihi. 39. & fol. 129. Aluarus Pelagius. lib. 1. de planctu Ecclesiæ. cap. 43. & 56. Guillermus Benedictus dicto verbo, & vxorem, decisione. 1. num. 3. Martinus Laudensis, in tracta. de Principibus, notabili. 84. Ioan. à Terrarrubea. in tracta. contra rebelles, articul. 1. tract. 1. conclus. 13. vbi Iacob. Bonaudi glossator ipsius. Bermon, Chouuerius. in tract. de publicis concubina. versic. ergo videtur quod Rex. num. 14. & Fabianus de Monte. in tract. de emptio. & venditi. 3. q. principa. num. 17. Ioann. Hugo. in tract. de officio quatuor prælatorum. titul. de donatio. Constant. Eccles. num. 6. Restaur. Castal. tracta. de Imperatore. q. 30. num. 4. & 5. & q. 51. num. 10. & 22. Ioann. à Capistra. de aucto. Papæ. 2. part. 2. partis principalis. nu. 16. Cardina. Albanus. de potest. Papæ. 2. part. num. 22. & de immunit. Eccles. part. 2. num. 72. Philippus Bergomensis in supplemēto chronicarum. lib. 9. in principio. facit. l. Diui, in principio. C. de naturali. lib. Michaël Vlcur. de regimine mundi. 4. q. principali. num. 1. 3. & 7. Raymun. Ruffus. in. lib. pro Pontifice Max. contra Molinæum pag. mihi. 614. Couar. plures allegans. lib. 4. varia. cap. 16. num. 8. versic. secundo loco. Iacobus Simancas de cathol. institutionibus. c. 44. nu. 25. Naucle. chronogra. gener. xj.

51 Vnde † meritò Constantiense Concilium sessione. 8. & Bulla Martini Papæ quinti inter alios damnauit errorem eorum, qui tenuere dictam donationem inualidam fuisse: quia Ecclesia non posset temporalia habere: nam non solùm valida fuit; sed etiam facta ex instinctu sancti Spiritus, vt in dicto, cap. fundamenta. §. ne autem, de elect. in. 6. & post alios aduertunt Boerius, decisio. 69. num. 2. Sotto. de iust. & iure lib. 9. q. 4. art. 1. Villar. in lib. de patronatu Calatayubij. 3. part. §. 2. num. 5. Angelus Roccha in biblio-

bibliothe.vaticana.pag.181.versic. donationem cum sequentib. Duare.de sacris Ecclesminist.lib.2.cap.1.

Ideo Arnal. Albertinus in tracta. de agnoscen. assertionibus
52 hæreticis.2. part. q. 17. num. 2. ait,quòd † tenere donationem Constantini Ecclesiæ factam non valere non esse procul ab hæresi, inspecto maximè quod in extrauaganti Bonifacij octaui, quæ incipit,vnam sanctam de maiorit. & obed. inter communes id ostenditur,& per Abb.in consi.84.incip. videtur primo.col.2.
53 lib. 1. Et † quod grauius esset dicere,nunquam fuisse factam dictam donationem,contra dictum.cap.Constantinus. 96. distinctio.vbi Cardinalis Alexand.& dict.cap.fundamenta. §. ne autē de elect.in.6. Couarr.dicto.num.8.versic.potuit.

54 Maximè quia † non solùm Constantinus Magnus dictam donationem fecit, sed & Arithperthus, & Luitprandus longobardorum Reges,Pipinus,& Carolus Magnus, Mitildis Comitissa,& alij multi Principes magnis donationibus Petri patrimonium auxerunt,& locupletarunt, vt differit eleganter Campensis. lib.5. de ecclesiast.hierar. cap. vltimo. Blondus, Georgius Merula, & Paul.Aemilius in vita Pipini, & Caroli Magni,& Philippi primi. Alciatus.lib.7.parergon iuris.cap.19. Alphonsus à Castro lib. 6. aduersus hæreses. titul. de Ecclesia hæresi. 4. Raymun. Ruffus. Couarr.& simancas vbi proximè. Ioann.Igneus,in.l. donationes num. 20.& in.l.necessarios.§.non alias.num.890.ff.ad Syllaniani Carolus sigonius, lib. 3. de regno Italiæ, in vita eiusdem Luitprandi. Hottomanus de feudis. pagin. 29. & sequent. Duare. dicto. cap. 1. fol. 52.

55 Et,hac de causa † Papa dicitur Imperator, in cap.constantin. 96 distinctio.quo nomine ipsum appellat Præpositus.in cap.per venerabilem num.136.qui filij sint legitimi.

56 Nec † audiendi sunt,qui ex Constantini Augusti in Ecclesiam munificentia,velut ex Pandoræ pixide virus,venenumq. in Ecclesiam effusum afferunt,& ita fuisse auditam vocem de cœlo,vt aliqui Doctores parum pie,& technicè referunt in.l. bene à Zenone.C.de quadriennij præscriptione.Mencha. de success. creatio. lib.3.partis primæ.§.26.num.44. nam vt asserunt Ioannes Nauclerus.2.part. chronographiæ, generatione. 11. fol. 39. Renatus Choppinus.li.3.de sacra politia.tit.7.n.17.in fine,& Altamiranus, in tract.de visitatio.verbo,aut bonorū,nu. 9.id incertum est,nec potest.

57 potest talis damnari donatio, quinimo per ipsam † sequutũ fuit magnum miraculum, dicto cap. fundamenta de electio. in. 6. & in
58 tantum à ratione abest; quòd Syluester Papa, † & Constantinus Imperator errauerint dotando ecclesiam · quòd vterque eorum summis celebratur encomijs, vt in memoria æterna sint iusti. l. quoniã. C. de Episcopis, & clericis. Nam Syluester vniuersalis Ecclesiæ approbatione, & assensu sanctus prædicatur: de Constantino autem Imperatore Græci quolibet anno festiuitatem celebrant, vt constat ex Bergomensi, dicto lib. 9. supplementi chronicarum fol. 180. versic. constantinus. Illescas in historia Pontificali. 1. parte. lib. 2. cap. 1. Petrus Messia in vita Constantini Magni. cap. 3. Hieronym. Roman. 1. part. lib. 3. cap. 15. villar. dicta. 3. part. §. 2. num. 5. Baptist. Fulgos. lib. 8. memorab. cap. 10. §. de Constantino Maximo. Eborensis, in exemplis.

59 Et vti † bene aduertit Ioannes Nauclerus vbi proximè ante Constantinum, iam Ecclesia habebat temporalia dicto capite vi dentes. 12. q. 1. imo à tẽpore Domini nostri Iesu Christi, & Apostolorum eius, & nascentis ecclesiæ: nam habuere ærarium, cui ipsi Apostoli, tanquam Christi legati & dispensatores præfuere. Renatus Choppinus, dict. li. 3. tit. 1. n. 7. qui asserit, quòd crescẽte Christiano grege, selecti fuerunt septem Diaconi, qui nummos communis ærarij distribuerent, & mensis ministrarent. Ita colligitur, ex actibus apostolorum. cap. 11. D. Paulus, ad Galatas. c. 2. & ad Romanos. 15. & 2. ad Corint. c. 16. & 1. ad Timot. c. 5. Po-
60 stea † efferuescente Romanæ religionis cultu, immobilia bona, resq. prædiarias, Ecclesijs, & earum ministris Principes erogarũt teste Sozomeno lib. 8. ecclesiasticæ historiæ. c. 1. &. lib. 9. cap. 1. & Eudoxia Theodosij Imperatoris coniux exornauit Pontificales ædes in vrbe Constantini, eisq. millia nummum quotannis attribuit, in victum Ecclesiastici chori vt à Nicephoro traditur. lib. 4. ecclesiasticæ historiæ, cap. 5. vt impleatur quod Isaias propheta
61 præuidit. cap. 60. dicens. † *Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiã seculorum, gaudiũ in generatione & generationem, & suges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis.* Iosephus Stephanus tract. de osculatione pedum Romani Pontific. c. 4. dicens ex Procopio in explicatione proximè allegati loci Isaiæ. *Sunt nonnulli qui ista, & quæ deinceps, ad gentiũ munera, ad donaria, ad regia demensa, & stipendia quibus hucusque eorum libera-*

litate

litate fruuntur, qui rerum potiuntur (& paulo post) *Alij secundum historiam diuitias illas, quas in Ecclesia Reges Deo obtulerunt, significari volunt.* Marullus. lib. 2. exemplorum. cap. 7. de fide Christi.

62 Vnde † magnopere commendari meretur Christiana illa responsio Philippi Agusti Gallorum Regis, vt in eius vita refert Paulus Aemilius fol. 133. nam sacerdotũ iura in tantum auctiora voluit, vt conquerentib. Regijs, magistratibus, præfectisq. augẽdo iure sacerdotum, regia iura imminui; respondit. Tot esse, ac tam perspicua, cœli in se Franciamq. beneficia, vt sacerdotibus, templisq. nihil denegare iure posset, ex ijs rebus, quas diuina potius, quàm humana ope, integras, florentesq. ac victrices haberet. Ioã. Q. Hediu. de Aristoc. Christ. ciuit. §. de feudis, & prædiis Ecclesiæ.

63 Vnde † etiam Guiller. Benedictus, in dicto cap. Raynuntius, verbo & vxorem. decisione. 1. num. 7. ex authoritate Diui Bonauenturæ in. 4. scripto super sententias ait. Sancti spiritus ordinatione actum esse, quòd Ecclesia in temporalibus abun daret: nam si Ecclesia non haberet substantiam rerum, non posset ipsi necessarijs inseruiri. cap. si quis obiecerit. 1. q. 3. Rochus de Curte in tractatu de iure patronatus, verbo. & dotauit. num. 4. Altamiranus tracta. de visitatione, verbo, sed Episcopi. num. 21.

64 Et † pauci tantæ perfectionis inuenirentur, qui sine adminiculo temporalium onera ecclesiastica susciperent, & periret magna fidelium pars, non existentibus ministris, qui sacramenta & spiritualia administrarent: glo. verbo. si aurum, per tex. ibi. in. cap. clericus. 12. q. 1. sequuta per Abb. in cap. super eo. num. 5. de Testib. & Tiraquel. in. l. si vnquã. verbo bona. à nu. 4. C. de reuocand. donatio. ca. 1. 41. dist. Villar. dicto. nu. 5. Floscu. clerico. 1. p. nu. 68.

65 Imò † sancta Brigida. lib. 4. cap. 16. scribit, Beatissimam Virginem Dei genitricem in quadam reuelatione de his sibi hæc verba dixisse. Ecclesia Dei primis temporibus pauper erat, in temporalibus, voluntariè; processu vero temporis, vt amici Dei feruentiores ad prædicãdum verbum Dei, & expeditiores essent; & vt scirent, quòd non, diuitiæ malæ sunt; sed solùm abusus earum, sub Syluestro, & alijs bona temporalia Ecclesiæ data sunt, quæ viri sancti longo tempore ad suam solam necessitatem, & amicorum Dei, ac pauperum sustentationem dispensabant; ergo scito tales amicos Dei, qui eius dispositione contentantur, & ipse videt eos. Hæc illa; vt reffer Fasciculus temporum in vita Syl-

uestri

66 uestri Papæ, ætate sexta, folio mihi.47. & sequenti. Cùm † ergo hoc ex Deo sit, humano consilio dissolui non poterit; vt dicitur Actuum apostolorum.5.cap.

Quæ omnia, etiam sine dubio procedunt respectu clericorum,
67 & ecclesiasticarum personarum: nam licèt † aliquando error inualuerit, existimantium, non licere clericis temporalia possidere, ac ea propria retinere, quem Manichæis tribuunt: Petrus Soto in tracta. de insti. sacerdo. lectio. 2. & Dominicus Soto. lib. 10. de iust. & iure. quest. 4. articul. 1. Marcus Anto. Colu. in tracta. de Eccles. redditu. orig. 3. part. cap. 13. nu. 27. dicentes, ad summouendum istum errorem statuisse Synodum Agathensem, non solùm Episcopos temporalia posse retinere, sed etiam illis liberam concessit facultatem, vt eadem quibus ipsi vellent, relinquerent, per hæc verba relata, cap.48. Episcopi de rebus proprijs vel ac-
" quisitis, vel quicquid de proprio habent hæredibus suis, si volue-
" rint, derelinquant: quicquid verò de prouisione suæ Ecclesiæ fue-
" rit, siue de agro, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in
" iure Ecclesiæ reseruare censuimus. Concil. Hispalense. 1. cap. 1. per Carrançam in summa Conciliorum fol. 155. & Marc. Anto. Colu. vbi proximè. n. 37. qui præfatum Concilij decretum huius tenoris refert. Fixum ab hinc & perpetuò mansurum esse de-
" cernimus; vt Episcopus res sui iuris, quas ante Episcopatum, aut
" certè in Episcopatu hæreditaria successione acquisiuit, secundū
" auctoritatem canonicam cui vult conferat, & quicquid vult de
" eis faciat: postquam autem Episcopus factus est, quascunque res
" de facultatibus Ecclesiæ, aut suo vel alterius nomine comparaue-
" rit; decernimus, vt non in propinquorum, sed Ecclesiæ, cui preest,
" iura deueniant.

68 Non solùm † enim sacerdotes assequuti sunt vt Regia mamilla, id est, regijs opibus perfruerentur; sed etiam alia multo maiora & ampliora, quæ illos in maximum dignitatis gradum extulerunt, vt impleatur quod Esaias prædixit his verbis. *Vos sacerdotes Dei uocabimini, ministri Dei nostri; dicetur uobis fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis pro confusione uestra duplici, & robore laudabunt partem eorum, & propter hoc in terra sua duplicia possidebunt.* Vt est videre apud eum cap. 61. Iosephus Stephanus dicto tracta. de osculatione pedum summi Pontificis cap. 4. Frater Petrus Bollo, & Petrus Mattheus in annotatio. ad eum in œconomia

nomia canonica.3.classi.cap.4.§.6.pagin.449. M. Anto. Marsil. supra.3. par. cap.25. num.15.

99 Prædicta confirmantur, quia nemo ambigit † Christum saluatorem nostrorum creatione omnium esse Dominum, cum ex eius participatione, quæ est ens (vt Theologi dicunt) per essentiam infinitum, & incomprehensibile, cætera consistant singula: nam vt Regius Psaltes cecinit Psalm. 23. *Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo*. Iacobus Latomus, & Mouretus & Ioannes Gannæius pulchris versibus in eundē Psal. D. Paulus. 1. epist. ad Corinth. cap. 10. Tex. in cap. tua nobis, de decimis. D. Cyrillus lib. 10. de adoratione & cultu in spiritu, & veritate pag. 118. Archidiaconus in cap. ego. 63. distinction. Andreas Barbacia in tracta. de præstantia Cardinalium. 1. part. q.4. num.3. Martinus Laudensis in tract. de Principibus notabili. 1. Albertus Crantzius in historia Saxoniæ lib.2. cap.1. in fine, M. Antonius Marsilius in dicto cap.23. num.94.3. part. & num.95.

70 dicens. Quod † Redemptione est etiam Dominus omnium, quia nos proprio sanguine redemit, & æternæ fœlicitati regenerauit, dum sua sanctissima passione ac cruce per dictum humanum genus, Diaboloq; ac perpetuis inferni flammis addictum liberauit. Marq. tract. de Iudæis. 2. p. cap. 2. num. 3. Chonuc. de publi. concub. rub. de adulr. num. 37. Vt meritò dixerit Antonius Corsettus in tracta. de potestate Regia. 5. part. nu. 32. *Quod totus mundus fuit sub Christo; & locum habuit illud in omnem terram, &c.* Actuum. 1. & cap. fundamenta, iuxta principium, de electio. in. 6. Angelus Roccha in bibliothe. vaticana pag. 185. & sequenti. cap. extimant in fine. 11. q. 3.

71 Et cùm † Ecclesia Sancta Dei sponsa sit, Clemen. 1. §. & quod in hac, de summa Trinit. & fide cathol. Clem. Romani de iure iurando. cap. 1. 97. distinct. cap. nuptiarum. 27. q. 1. cap. 1. §. sed vbi, de sacra vnctione. D. Paulus, ad Ephesios. cap. 1. Cosmas Gumiel. tom. 1. tit. de auctorit. Concilij generalis. cap. Sacrosancta. §. 1. gloss. Christo. Feuardencius super Ruth. cap. 1. sectio. 16. versic. hic quoque. & cap. 3. sectione. 4. cap. versicul. tertio. Cantico. 4. *Veni de Libano sponsa mea, ueni coronaberis*. Et Cantic. 5. *Veni in hortum meum, soror mea, sponsa mea*. D. Bernard. sermone. 69. in Cantic. Et pulchre Beatus Ioannes eam describens, Apocalypsis cap. 21. *Vidi ciuitatem Sanctam Hierusalem descendentem de cœlo à Deo paratam,* sicut

sicut sponsam ornatam uiro suo. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 37.

72 Pie † credendum est, Deum dominium, quod habuit, & habet, Ecclesiæ vti sponsæ suæ communicare voluisse, & cætera priuilegia sibi competentia, ex l. Princeps legibus ff. de legibus. vbi glo. circa finem. Guiller. Benedictus in dicto cap. Raynuntius, verbo & vxorem. decis. 1. num. 8. addens, quod ea de causa plures † di-
73 xerunt, Imperium ab Ecclesia dependere; vt DD. notant in dict. cap. nouit, de Iudicijs. Cataldin. Boncompag. in tract. de potesta. Papæ, in additio. num. 3. Et Alexan. consil. 2. incip. an legitimatus. num. 8. volum. 1. alias incipit visis codicillis.

74 Ex quibus † merito reprobatur dictum Ripæ, in tract. de peste, cap. 6. num. 43. dum ad cap. aurum. 12. q. 2. dicebat. *Satis auri,*
75 *imo satis ueneni habet Ecclesia.* Nã † Ecclesia ideo habet aurum, non vt seruet, sed vt subueniat in necessitatibus, & pauperibus erogget, vt ait D. Ambrosius lib. 2. de officijs. cap. 28. relatus. in dicto cap. aurum. Flosculus clericor. 1. part. nu. 67. Nec potest dici satis Ecclesiam habere, nec pro meritis creuisse, quia vt inquit D. Augustinus super Mattheum. *Adhuc habet Ecclesia quo crescat, donec illud impleatur, dominabitur à mari usque ad mare.*

76 Imò vt Fasciculus temporum vbi supra fol. 48. asserit, † quod cùm mendicitas in clero sit turpis, Deuteronomij. 15. ibi. *Non sit mendicus inter uos.* cap. 1. distinct. 70. cap. diaconi, circa medium. 93. distinct. Concilium Tridentin. sess. 22. de reformatio. cap. 2. Petrus Gregorius lib. 15. Syntagmatum iuris vniuersi cap. 26. num. 6. Bernar. Diaz in practica criminali canonica. cap. 18. num. 3. l.
77 quisquis. C. ad l. Iul. mai. Lapus alleg. 101. n. 4. Non solùm † ecclesiasticos temporalem sustentationem fuit necessarium habere; sed etiam temporalem iurisdictionem ad compescendam iniquã audaciam volentium bona Ecclesiastica suis vsibus appropriare; nec decuit vt prælatus potestate spirituali præditus, potestatem cui imperet ab alio mendicet; sed propriam eam possideat. Hæc
78 † omnia firmissimè probantur ex legendis, & dictis sanctorum patrum, qui temporalia dominia, & possessiones terrenas, etsi latissimas, iustè habuerunt. Quis enim audeat dicere quòd tot sancti Pontifices viri summæ perfectionis, & literaturæ, miraculis gloriosi, qui omnia temporalia nihili habebant, quorum doctrina fulget Ecclesia, sicut sol, & luna, quorum scripta suos lecto-

res

res sancti spiritus igne accendunt, & plures propriam vitam pro
defensione libertatis ecclesiasticæ tradiderunt martyrio corona-
ti. Quis inquam, audebit dicere, tales ac tantos sic delirasse, vt hu-
iusmodi temporalia, contra iustitiam, & Dei voluntatem deti-
nuerint? An non potius vsque hodie contradictores eorum, for-
midabili vidimus morte consumptos?. Iuxta quod imprecatus
fuit eis Constantinus, quando paginam imperialis testamenti
proprijs manibus super venerandum corpus Beati Petri posuit,
dicto. cap. Constantinus. 96. distinct. Forcatul. li. 7. de Gallorum
79 imperio, & philo. pag. 982. Faciunt pulchra exempla † Caroli
simplicis, in cuius vita Paul. Aemili. fol. mihi. 60. pag. 2. illud me-
" morabile ac plenum religione refert. Quòd, cum summi proceres
" prophani locupletissimorum cœnobiorum opes, beneficio regū
" accepissent, monachis tantum in sumptum suppeditantes, quan-
" tum necessarius postulabat vsus, & eijcientes Abbates, ac decu-
" riones eorum vice constituentes: ita vt per multas ætates prauus
" is mos ita inualuisset; vt iam Episcoporum iura inuaderent. Sim-
" plex Carolus, coacto concilio, diuitias Pontificum sanctas esse
" constituit; & si cœnobiorum libertas pro tunc sanciri non po-
" tuerit; quod eorum facultatibus Robertus Magister equitum,
" ac Hugo fratres, milites cum ipsis alebant: ac iam cum suæ factio
" nis hominibus occupare regni ius contendebant.
80 Similiter † Philippus primus Rex Francorum, vt in eius vita
testatur Paul. Aemilius aduersus nobiles, qui fundos sacerdotum,
velut diuturna possessione sui iuris factos retinere perseuerabāt,
nec vocati ab Rege in ius subire periculum litis in animum indu-
cebant. Ludouicus Crassus Regis filius res gessit, tutelam tem-
plorum à cœnobio D. Dionysij tegendo auspicatus, cuius fundos
possidere arguebatur Bocchardus vir Parisiensis nobilissimus:
vbi Paulus Aemilius prosequitur referens, plura pro resti-
tuendis Ecclesiæ iuribus facta fuisse per ipsum Ludouicum, &
Robertum Flandrensem Comitem, quosque vsurpatores victi, &
subacti fuerunt; & Ecclesijs suæ quæque restitutæ; vt author est
Meyerius lib. 4. historiæ Flandriæ in Erano. Pettrus Grego. lib. 2.
81 Syntagmat. 1. part. c. 28. num. 2. refferens etiam quod † Pipinus
Rex, contra Vuaifarium Regem Aquitaniæ cum res quæ in sua
potestate erant, & ad Ecclesias, sub manu Pipini Regis constitu-
tas, pertinentes, reddere rectoribus ipsorum venerabilium loco-
rum

rum monitus per legatos recusaret, bellum intulit, & mouit, contractis vndique copijs. Aquitaniam ingressus, bello se res, & iustitias ecclesiarum exacturum pronunciauit, & ita coegit Vuaifarũ imperata facere, vt refert Ammonius li. 4. de gestis Francorum, cap. 65.

82 Quò tendit † Theodorici Gotthorum Regis decretũ, qui scribens, Ibæ viro, & Duci spectabili iubet, quòd possessiones Narbonensis Ecclesiæ, secundum Alarici præceptum, à quibuslibet peruasoribus occupatas restitui, etiam manu militari faceret, vt refert Cassiadorus lib. 4. variarum, episto. 17. quin & Rex ipse rescripserat Adilæ Comiti, apud eundem Cassiado. lib. 2. varia. epistol. 29. *Ecclesias ab omni cupimus iniuria specialiter esse alienas, quibus dum æquabilia præstantur, misericordia diuinitatis acquiritur.* Petrus
83 Gregori. vbi proximè, num. 2. celebrans pro meritis pias † constitutiones Emanuelis Comneni Cæsaris Orientis, quibus statuit, vt Ecclesiarum immobilia bona, & monasteriorum, intacta essent à manu fisci, siue cum titulo, siue sine titulo possideantur: idque bulla aurea confirmasse lib. 1. iuris orientalis, constitutione, cui titulus est, vt Ecclesiarum, & monasteriorum, quæ sunt ad vrbem immobilia, intacta sint à manu fisci: quod etiam sanciuit Alexis Comnenis alius secundus Orientis Cæsar lib. 1. eiusdem iuris Orientis, titulo, ne monasteriorum prædia describantur.

84 In idẽ tendit † quod idem Paulus Aemilius in vita Philippi « Valesij fol. 183. refert: quod Bertrandus Heduorum Pontifex, « causam templorum, iurisdictionemq. tutatus, Reges, Augustosq. « fando deuocauit de cœlo, Magnum, Pium, Diuum, eorum opem « implorauit: vt qui in vita armis texissent ecclesias, liberalitate cu- « mulassent: nũc diuinitatis participes desertas nolẽt: enumerauit « quot Reges, Ducesque templorum hostes fœdum, atrocemque « exitum habuerint. Quot pij sacerdotiorum propugnatores, & vi- « ui, & mortui, gloria, imperio, prolis fœcunditate, diuturnitateq; « domestici imperij fructum amplissimum perceperint. Qui verò « de sacerdotio victo triumphum, ac palmam petiuerint, misero « exitu pœnas superis dedisse. Institutis, religioneque animorum, « vitam communem constare. Nihil exortum, exoriri ve posse, cur « quæ per tot hominum, per tot deinceps Regum ætates seruata, « sanctèque culta sint, nunc demum labefactentur, euertantur ve. « Regum maiestatem, iuraque templorum sanctissimis moribus,

« numineque sanciri, ac vtranque rem immortalitate donandam:
« & licet prima actione nihil constitutum fuerit, tamen die Diuo
« Thomæ Cantuarensi festo, cum patrum frequenti globo, Bertran
« dus Regem adijt, admonuitque illum illuxisse diem, quem pro li-
« bertate Ecclesiæ, Thomas sanguine suo consecrasset. Respondit
« Rex: omnia sibi curæ futura. Anceps vox. Bertrandus vt certius
« lætiusque eliceret responsum, orauit, vt qui diuinitus vocatus
« fuisset ad sceptrum, ambiguo responso non dimitteret tristes ab
« se sacerdotes, qui quotidie rem diuinam pro eo facerent. Tunc
« Rex: Iura inquit, Ecclesiarum auxerim potiùs, quam imminuta
« velim. Gratias vniuersi egere. Rex Catholici nomen promeruit.

85 Accedat † quod Ioannes Mariana, è societate Iesu insignis
eloquentia, & pietate vir, tradidit in lib. 1. de Rege, & Regis in-
« stitutione dicens. Quod copiæ, & temporalia bona, pro augenda
« maiestate religionis, qua continetur publica salus, & continendis
« in officio sacratis viris, nedum non obsunt, sed prosunt quã plu
« rimum: vt optimè prosequitur cap. 10. dicens. Quod vbicunque
« templorũ cultus propter inopiã negligitur, & vbi sacrati viri, rei
« familiaris premuntur angustia, ijs in locis religionem viliorem re-
« putari, imò sacrati ordinis hominum mores, maiori fœditate de-
« prauari, quia homines sensu ducimur, nec minus splẽdore, & ap-
« paratu externo capimur; nec Dæmon pro sua versutia, & vafri-
« cie ignorat, in Christiana Republica conseruari reuerentiam, &
« obedientiam interiorem spiritus, quam ex authoritate, honore, &
« reuerentia exteriori, qua publicè profitentur ministeria fidei, &
« ordinis ecclesiastici: ideoque omnibus modis conatur id faciendi,
« facultatem tolli per iniustam temporalium subtractionem.

86 Imo † vt ipse Ioannes Mariana asserit lib. 3. cap. 2. de Episco-
« pis, errant, & grauissimè falluntur, quicunque repetita prioris
« temporis memoria disputant, è Republica, atque salute commu-
« ni fore, si Pontifices Apostolorũ exẽplo, opes omnes, & Principa-
« tus curamque Reipub. abdicare cõpellantur. Nec aduertunt cæci
« homines his præsidijs sublatis quot mala incurrerentur, quanta
« plebis licentia futura esset, quantusque sacrati ordinis contem-
« ptus, cum magno religionis dedecore: vt enim cordati, & pruden
« tes Reges sentere, Respublica, nisi florente Ecclesia stare non po-
« test, ac terreni Imperij summa Hierarchicæ dignitatis magnitudi-
87 ne, & amplificatione: præclarè enim Iustinianus Augustus † salua,
sacer-

facerdotij auctoritate, Cæsaream orbis politiam diutissimè per mansuram putauit, in lib. de depositione Anthimi, & Seueri, collat. 10. cuius meminit Euagrius sacræ historiæ li. 4. cap. 11. Quam sanctionem scriptam fuisse ante æcumenicam. 5. Synodū refert Nicepho. lib. 17. Ecclesiasticæ historiæ cap. 9. & Renatus Choppinus lib. 3. de sacra politia. titul. 1. num. 23. Idem non obscurè

88 † ostendit Byzantinorum Cæsar Basilius in ea oratione, quam misit ad Episcopos fautores PseudoPatriarchæ Græcorum Photij dicens. *Variæ quidem molestiæ Cæsarum diadema circumsident indies, præcipuum autem malum, & calamitatum arx est Ecclesiæ tempestas.*

89 Multa enim † exempla possent in medium afferri, grauissimique casus Principum, qui aduersus Ecclesias, & ipsarum iura & libertates animum auidum dirigentes, potentis Dei manu sunt confusi; siquidem Paulus Aemilius lib. 5. historiæ Francorum, refert in vita Ludouici Iunioris, duos Guillelmos Aniciensem, Cabilionensemque Comites, Ecclesijs suis infestos, regijs armis Galliæ Ludouici iunioris coërcitos; & quod Cauillonensis pertinacioris amentiæ vir, fractus armis ab Rege, & Comitatu spoliatus dum frequenti procerum conuiuio epularetur, ab ignoto quodam in equo pro foribus sedente euocatum exisse; coactumque è vestigio conscendere, è conspectu procul raptum, nec deinceps vnquam comparuisse, refert Petrus Ggrego. lib. 2. Syntagma. cap. 28. num. 3. & lib. 33. cap. 16. num. 9. Petrus Abbas Cluniacensis. lib. 2. de miraculis.

90 Narrat † idem Paulus Aemilius, vbi proxime fol. 110. Niuernniensium Comitem, immunitatis ecclesiarum hostē obtorquente spontè se in terga vultu obiuisse: alia plura narrant Baptista Fulgosius & Andreas Eborensis, in suis libris dictorum factorumq; memorabilium, lib. 1. cap. 1. &. 2. & Mariana, dicto cap. 10.

91 pag. 121. & seq. Vnde † Fasciculus temporum dicto fol. 48. maledictionem Constantini aduersus vsurpatores, & violatores « ecclesiasticarum libertatum, referens, subiungit. Quis vnquam te- « merator, nisi pœnituisset, hanc maledictionē euasit? reuera possu- « mus adducere illud Gamaliel. de quo Actuū apostolorum. c. 5. Si « ex Deo est non poteritis dissoluere; ne fortè & Deo repugnare « videamini. Tanta, siquidem per huius mundi potentes, pari- « ter, & sapientes, facta legimus contra patrocinium Ecclesiæ,

" penè in omnibus finibus totius Christianitatis, vt nequaquam
" credibile sit, quod humano modo potuisset insultus huiusmodi
" tolleraſſe, siue aliquid recuperaſſe, post tam crebras desperataſq;
" spoliationes: sed quia de cœlo dimicatum est contra eos, ideo vt
" fumus perierunt vniuersi hostes Ecclesiæ vsque in præsens tem-
" pus, vbi Constantius Arrianus, Iulianus apostata, Valens, Atha-
" naricus, Ailaricus, Gensericus, Attila, Seuus Totila, Theodoricus,
" Constantinus. 3. &. 5. Leo. 3. & 4. Henrricus. 3. & 4. Fredericus
" primus, & secundus Otho, & Ludouicus quarti, & cæteri præsum-
" ptores cum suis complicibus, qui quasi vna hora, Ecclesiam pri-
" uare, aut suffocare nitebantur; nunquid præualuerunt? ecce hodie
" floret de Ecclesia, Deique cultus cum gloria, & illi si pœnitentiam
" non egerunt, apud inferos contremiscent: sed nunquid humana
" virtute id actum credimus? minimè. Igitur, si Deus pro nobis,
" quis contra nos? vt ait Diuus Paulus in sua epistola ad Roma-
" nos, cap. 8. Ecce regnat fides Sancta, videntibus, & inuidentibus
" inimicis, dentibus suis frementibus, & tabescentibus, nihil contra
" manum Dei omnipotentis valentibus, iuxta Prophetiam Psalmi-
" stæ, Psalm. 109. dicentis. Dixit Dominus Domino meo, sede à dex
" tris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Et iterum. Psalm. 128. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea:
92 etenim non potuerunt mihi. Vt enim ait † Aurel. Cassiado. su-
" per. Psalm. 1. Nouit Ecclesia beneficio Domini triumphare de
" suis cladibus ingrauata, persecutionibus quidem proficit, afflictio
" nibus semper augetur. D. Hilarius lib. 4. de Trinitate. Hoc Eccle-
" siæ proprium est, vt tunc vincat, cùm læditur: tunc intelligat
" cum arguitur: tunc obtineat, cum deseritur: hoc habet proprium
" Ecclesia, dum persequitur floret, dum opprimitur crescit, dum
" contemnitur proficit, dum læditur vincit, dum arguitur intelli-
" git; tunc stat, cum superari videtur.

93 Vnde † Fasciculus temporum vbi supra, & Guillermus Bene-
dictus in dicto cap. Raynuntius, verbo, & vxorem, decis. 1. nu. 9.
&. 10. concludunt, quòd grandia mala aliquando contigerunt,
propter huiusmodi disputationes, suggerentibus quibusdam im-
pijs, in aures Principum, quòd ecclesiastici terrena dominia, lici-
tè non possederint, ideò Apostolica sedes inhibuit, ne amodo
fiant; neque vlli liceat deinceps in dubium reuocare, quod tantis
sanctissimorum virorum doctrinis, & exemplis constat robora-
tum:

tum;aduertant sensati Principes quod eis vtile sit,& salubre,post tot annorum circula,ac varios rerum euentus, vbi nullus vnquã prosperatus est;neque sibi promittant inconsultè posse immutare quod spiritu sancto dictante statutum est;ac tot patronos, & cœlorum inspectores præsidentes iam habet: † nec impediant
94 Ecclesiam Dei sponsam regnare, ne ipsis eueniat quod Christus Dominus comminatur apud. D. Lucam. cap. 19. dicens. *Inimicos meos, illos, qui noluerunt, me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Nam etsi Principes sint duræ ceruice, (vt nunc videntur sibi esse Dux & Senatus Venetorum) Ecclesia indurabit suam aduersus ipsos,vt eidem obedire cogantur:cùm nihil tam durum sit, quod duriori non cedat; vt verificetur in malum ipsorum
95 † quod Ezechiel. cap. 3. dicitur. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Et quod dicitur, Psalm. 17. *Confringam inimicos meos, & non poterunt stare, cadent subtus pedes meos.* Et Psalm. 46. *Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.* D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 15. *Oportet* (inquit) *illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Cum autem*
96 † *subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia.* Vt dicitur Ioann. cap. 13. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.* Et Matth. cap. 28. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Origen. homil. 31. in Matth. vnde D. Greg. Nissen. & S. Ioan. Chrysost. relati per Ioseph. Esteuan. tract. de osculatio. pedum summi Pontifi. c. 8. interpretantur locum. D. Pauli de Ecclesia: cum ea quæ in Ecclesia fiunt, referantur in Christum.

97 Nec † audiendæ sunt futiles,& fucosę rationes eorum,qui per sonas ecclesiasticas non posse possidere temporalia bona,asserũt; nec aliud vltra decimas & primitias: eo quod in diuisione terræ promissæ inter tribus populi Hebræi, nulla pars fuerit relicta Leuitico Tribui sacerdotum. nu. 34. Iosue. c. 13. in fine. &. c. 14. sed primitiæ & decimæ. Num. c. 18. Deut. eod. cap. Ezechiel. cap. 44. vbi de Leuitis tractans, ait. *Non erit eis hæreditas eorum: & possessionẽ non dabitis eis in Israel: ego enim* (inquit Deus) *possessio eorum.* Marc. Anto. Marsill. de Eccles. reddit. origi. 1. p. c. 1. nu. 9. &. c. 5. nu. 2.

98 Nam vltrà † quod decimæ,& primitiæ apud Hebræos, ob numerositatẽ populi,& gentis illius maximã curam in pecudum,& armentorũ educatione,& omnium aliorum fructuũ cultura, erãt magni momenti; sufficientesq́. ad sacerdotes ditandos: consequebantur

bantur primitias panis à pistoribus fermẽtati, sicut de fructibus; & pretium redemptionis primogenitorum; & quasdam partes de pecudibus quæ occidebantur, & oblationes; vt prosequitur Philo Iudæus tom.2.lib.de Sacerdot.præmijs, & hororibus. Iosephus lib.4.antiq. Iudaica.c.4. Habuere victimas, & votorum commoda, quæ pro peccatis soluebantur, vt constat ex Ezechiel. dicto.c.44. Habuere etiam quadragintaocto oppida, siue ciuitates cum suis pomœrijs, & pastubus ad pascendũ greges & pecora sua. Num.dicto.c.18. Philon Iudæus vbi proximè, & Ioseph. dicto lib.4.c.4.& lib.5.c.3. Num.35. Iosue.cap.21. & succedebant parentibus in bonis suarum ciuitatum. Deuteron.cap.18.

99 Quare, P. Grego.lib.2. Syntagm.c.28.n.1. ait quòd licet sacerdotes legis veteris vltra prædicta, quæ ex Dei concesione obtinebant, non fuerit data pars possessionis terræ, vt de ipsa negotiari possent, aut disponere, sicut de re propria, vt alijs tribub⁹ permittebatur, iuxta tradita in.c.cleros.21.distin. hoc non prohibet, quin Ecclesia posit habere quædam propria ex fidelium oblationibus: & licet Mosis legibus nõ permitteretur succesio hereditaria sacerdotibus de bonis aliarum Tribuum; non erat prohibitũ, imò permissum, agrũ suum, vel possessionẽ, domùmue suam Domino dicare, & cõsecrare: quinimò talis cõsecratio ad ius sacerdotũ pertinebat; nec ab homine adimi, vel redimi poterat. Leuit.c.27. c.nulli liceat.12.q.2. & hoc multofortius procedet Ecclesiarum

100 respectu; cũ † earũ bona sint ad nutriendos clericos, & alias personas ecclesiasticas destinatã, qui in lege gratiæ altioris multò sunt gradus & dignitatis, vt bene tradit Marull.li.3. piorũ exemplorũ.c.de sacerdotib. honorandis.§.hinc sanè.& seq. Ioan. Lup.

101 de libert. Eccles.2.p.cap.12. nam † digni sunt seruientes altari, vt ab eo victum sumant. cap.2.c. Episcopis. c. cum secundum Apostolum.cap.extirpandæ.§.fina.de præbendis.c.cum sit Romana, de simonia. D.Paul.1.ad Corinth.c.9. Concil.Trid. sess.22.ca.11. M. Ant. Marsil. supra.3.p.c.24.n.37. Rebuf. de decimis.q.2.n.7.

102 Neque † vt vulgò ex sacris scripturis dicitur, alligandum est os boui trituranti. Deutero 25. Matth.10. Marci.6. Lucæ.9. Paul. ad Galat.cap.6.c.ex his.12.q.1. M Anto. Marf.3.p.c.16.n.23. P.Greg.dicto cap.28.num.2.& de repub.lib.3.cap.7.num.6.

103 Maximè † quia taliter oblata Ecclesijs offerũtur Deo, vt ipsius cultus digne, & honestè fiat.cap. nemo, de consec. dist.1. nouella

Iustin.

Iustin. vt nullus fabricet oratorij domum. Paralipom. 2. cap. 31. P. Greg. de repub. lib. 13. cap. 15. nu. 1. & 2.

104 Neque † obstauit quòd nascente Ecclesia Christiani vendebāt prædia, & in commune referebant Actuum. c. 4 & consilium perfectionis; de quo Marci. 10. & Lucæ. 18. ibi. *Si uis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.*

105 Quia † adhuc conuenit, vt ecclesiastici abundent redditibus: nā vt D. Chrysost. homil. 86. in c. 26. Matth. disertè ait. Deplorādum est, quòd Domini sacerdotes vindemiæ, ac messi, & venditioni, & emptioni frugum assistunt: & cum olim læuitæ, & sacerdotes, qui vmbras tantū colebāt, nihil horum habebāt; & quāuis corporalior eis administratio erat commissa; hodie tamen sacerdotes qui ad penetralia cœlorum vocantur, quique ad vera Sancta sanctorum ingrediuntur; mercatorum, & propolarum curas suscipiunt. P. Greg. lib. 13. de republica. c. 15. nu. vltim.

106 Imo † ex dicto. cap. 4. actuum apostolorum colligitur, quòd initio nascentis Ecclesiæ quando erat Hierosolymis, & inter Iudæos, etiam fideles, nullam sibi possessionem conseruabant, sed omnia vendebant, communicantes pretium inter se: nec id solum faciebant ecclesiasticæ personæ, sed discipuli omnes qui in Dominum nostrū Iesum Christum credebant. Vnde optimum esset cēsores Ecclesiæ, quod in ecclesiasticis reprehendunt, in se quoque reprehendere, maximè cum id tunc duabus fieret de causis; non eo quod Ecclesia temporales contemneret possessiones, vt legi Dei contrarias, sed quia feruescente fide satis victui eis necessaria subministrabantur; & quia Ecclesiam præuidebāt transferendam in gētes. Ideò Melchiades Papa relatus in c. futurā. 12. q. 1. *Futuram Ecclesiam apostoli in gentibus præuidebant. Idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti; sed pretia tantummodo ad fouendos egentes.* Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ. c. 55. Sarmiento de redditibus Eccles. 1. part. cap. 1. num. 4. Petrus Grego. dicto cap. 28. n. 2. Francis. Duarenus lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministerijs. cap. 1.

107 Postea † autē translata Ecclesia ad gētes, cū viderēt sacerdotes & læuitę, & reliqui fideles per vniuersum orbē dispersi; quòd persecutionibus infidelium sæpe agitari, cultus Dei vix restitui poterat sine tēporaliū auxilio; proinde in posterū nō omnia oblata vendēda esse, sed in Ecclesia cōseruari voluerūt: tum vt sedatis persecutionib' prædia ecclesiasti. oblata, & cōsecrata Deo, auxilio essent

cultui diuino. Ita longius tradit Vrbanus Papa, in. cap. videntes. 12.q.1.dicens. Videntes autem summi sacerdotes, & alij atq; leuitæ, & reliqui fideles plus vtilitatis posse conferre, si hæreditates & agros quos vendebãt, Ecclesijs, quibus præsidebant Episcopi, traderent; eo quod ex sumptibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent, fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex pretio ipsorum cœperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus earum viuere, &c. Sarmiento. dicto num. 4. &. 3. parte. num. 6. Duarenus, & Petrus Gregorius vbi proximè, & dicto lib. 13. de republica, cap. 15. num. 4. &. 6. pro quo facit Diuus Chrysostomus, in loco proximè,

108 citato dicens post alia. † An non poterant etiam tempore Apostolorum domus, & agri ab Ecclesia possideri? cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? quia id multo melius erat profectò. Nunc vero secularium cura rerum, vobis furentibus (loquitur populo) timor nostros inuasit patres, nedum nihil colligere, aut nihil seminare studeatis, viduarum, orphanorum, & virginum multitudo fame depereat, quare commoti, hæc sibi cõparare coacti sunt.

109 Nec † quod diximus de sacerdotibus, & leuitis antiquæ legis, ad sacerdotes legis gratiæ valet in exemplum adduci: nam vltra quod præter decimas & primitias, quæ ipsis soluebantur, vt traditur Deuterono. cap. 5. & per Flaui. Iosephum. lib. 4. antiquita. Iudaica, cap. 8. Marc. Ant. Columna. de ecclesiast. reddit. origi. 1. parte. cap. 1. num. 10. & 11. legimus etiam delictorum mulctas Aaroni sacerdoti, eiusq; filijs Dei mandato assignatas fuisse. Numero. cap. 18. in hæc verba. *Omnis oblatio & sacrificium, & quidquid pro peccato, atque delicto redditur mihi, & cedet in sancta sanctorum, tua erit, & filiorum tuorum.* P. Greg. lib. 3. de rep. cap. 7. num. 45.

119 Et quia † Clerici maiorem hodie subeũt laborem, quàm olim læuitæ, & maiora merentur stipendia consequi, argu. dicti. c. cum secundum Apostolum de præbendis. c. qui ecclesiasticis. 12. q. 1. Caietanus. 2. 2. q. 87. art. 3. M. Anto. Columna dicta. 3. parte, cap. 16. num. 21. cumque diuersa, & separata sin officia, & ministeria vnius ab altero: non potest de leuitis ad sacerdotes inferri, † iuxta notissimas iuris, & dialecticæ regulas. l. vltima. ff. de calumniatoribus. l. naturaliter. §. nihil commune. l. permisceri, in principio.

principio.ff.de adquir.possess.l.Papinianus exuli.ff.de minoribus l.scribit Quintus Mutius.36.in principio, &.l.Quintus.29.§.1.ff. de auro,& argẽto legato. Cicero in topicis in argumento à differentia,vbi Boetius,& Velleius à Gueua. Hottoman. lib.1.dialecticæ institutionis.cap.24.& lib.3.cap.32.Vnde ad præfati sta-
112 tuti Venetorum discussionem redeuntes. † Cum Ecclesiæ vniuersali multum intersit possessiones liberè acquirere, vt ex dicto cap.futuram,cùm sequenti.12.quæst.1. tradit Albericus de Rosat.in tractatu de statutis,quæst.2.nu.56. & regulariter Ecclesiæ sint capaces ad adquirendum bona quæcunque laicorum, vt supra dictum est,& ex cap.1. de immu.Eccles.in.6. tradit Francisc. Marcus quæst.253.nu.1. sequitur quòd nullum statutum laicorũ poterit Ecclesiam ligare, & per consequens non ligabit dictum statutum Venetorum, ex notatis per DD. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitutio. vbi Anto.de Butrio.nu.5. Hierony.Gratus responso.110.nu.54.vol.1. & respõso.162.nu.1.vol. 2. dicto cap.bene quidem.96.distinctione. Ioann.Oroscius in.l. de quibus.nu.142.ff.de legibus.

113 Ideo † statutum prohibẽs alienationes bonorum in Ecclesias fieri,est ipso iure nullum,etiam si bona immobilia sint;& contra libertatem ecclesiasticam habetur; vt in terminis proprijs resoluit Paulus de Castro in.l.finali.nu.5. C.de sacrosanctis Ecclesijs. Iasso in.l.filius familias.§.Diui,lectura.1.nu.72. &.2.lectura.nu. 82.ff.de legatis.1.vbi Bart.nu.12.hoc magistraliter tenuerat. Iacobus à Canibus in tracta. de represalijs.2.parte.n.10. Acuedo in.l.11.titu.2.libro.1.recopilationis. nu.11.

114 Pro quo facit † resolutio Franchi.in cap.vltimo,versi.quid autem,de immunitate Ecclesiarum.lib.6.vbi ait,quòd si per statuta interdicitur,nequis vendat,vel donet rem immobilem,aliquibus non existentibus de iurisdictione statuentium, vel non subeuntibus munera communis,vel Dominorum,aliàs irritetur venditio, vel donatio;talia statuta non includunt vẽditiones,vel donationes factas in Ecclesiam, ex traditis per Ioann.And.ibi,& notatis per Hostiensem in Summa, & in cap.quæsitum. §.sed vt ista,eodem titu.Bart.& Ang.in dicto.§.Diui, vbi Carol.Ruynus.n.92. idem Bart. & Bald.in dicta.l.finali. C.de sacrosanctis Ecclesijs.

115 Nec † obstabit, quòd Ecclesia non sit de subiectis, nec sustineat onera communis,iuxta dictum cap.fina.de immunit.Eccles.

& notata per Innoc. in cap. postulasti, de foro competenti: nam adhuc tenet contrarium Ioann. Andre. in dicto cap. fina. & statutum locum non habere: eoquod Imperatores concesserunt priuilegia Ecclesijs, quòd titu. donationis, emptionis, & relicti possint bona quæcunque adquirere, dicta. l. 1. l. illud. l. finali. C. de
116 sacrosanct. Eccles. & † generalis potestas à iure concessa vniuersitatibus (vt est ista Venetorum Republica) faciendi statuta iuxta. l. omnes populi. ff. de iust. & iure, non extēditur ad illud, quod erat alteri specialiter indultum in priuilegium, l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio: † specialia enim semper genera-
117 libus derogant, siue præcedant, siue sequantur: cap. in generali, de regulis iuris. l. in toto iure, vbi Decius, & Cagnolus. ff. eod. titu. Beroius consil. 57. nu. 10. vol. 3. Marc. Anton. Nata. cons. 7. num. 5. Ioann. Petrus Surdus tracta. de alimen. titu. 9. quęst. 8. nu. 1. Ioan. Cephalus consil 55. num. 16. & cons. 96. nu. 26. tomo. 1. Rolan. à Valle. consil. 8. nu. 32. vol. 2. Auiles cap. 17. prætorum, glo. 1. nu. 8. versic. tertia ratio.

Vnde Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. fina. q 82. statuto. 5.
118 circa alienationes, nu. 1. & 2 ait, † quòd licet statutum prohibēs rem immobilem alienari in forensem sub pœna valeat, vt dicit Alber. 2. par statutorum. q. 2. nu. 10. Barba. in rubri. de rebus Eccles. non alienan. Curtius Senior. consil. 27. n. 8. Ripa in dicto. §. Diui, nu. 64. vbi Cerol. Ruyn. nu. 87.

Tamen † non ligabit Ecclesias, nec ecclesiasticas personas;
119 nec valebit, quatenus resultat in ipsorum præiudicium, vt est cōmunis opinio: vt per Felinum in dicto cap. Ecclēsia Sanctæ Mariæ, num. 89. de constitutionibus. Iasso in dicta. l. filiusfamilias. §. Diui. lectura. 2. num. 100. & ibi Ripa. num. 81. Socinus Iunior consil. 76. num. 30. libro. 3. Plottus inter consilia criminalia diuersorum, consil: 108. num. 12. libro. 1. Iacobus à Canibus dicto tracta. de repræsalijs. 2. par. num. 10. Barbacia consil. 47. num. 8. vol. 3. Bal. in cap. at si clerici, de iudicijs. Geminia. in dicto cap. final. de immunit. Eccles. in. 6. Martinus Lauden. tractatu de principibus, nota. 276. Cardinal. in cap. perpendimus, quæst. 9. & 10. de senten. excommu. Euerar. loco à ratione casus controuers. nu. 2. Bal. in. l. fina. C. de sacrosanct. Eccles. Florian. in dicto. §. Diui. nu. 21. Riminal. in. l. 1. num. 23. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd.

Quòd

120 Quòd † magis sine dubio procedere asserit Iulius Clarus dicto nu.2. vbi statutum prohiberet specialiter in Ecclesias, vel ecclesiasticas personas alienari: nam eo casu diceretur expressè contra libertatem ecclesiasticam: & ideò nihil prorsus valeret, vt asserunt præfati DD. quos in hunc sensum sequitur & refert Chassa. super consuetud. Burgun. fol.314. num.15. Auiles cap.17. prætorum, glos.1. num.8. B. Anto. de excommuni. cap. 18. num.3. Nec obstabit dicere, quòd dictum statutum dirigitur aduersus laicos Venetorum Reipublicæ subiectos, ne ipsi relinquant Ecclesijs, aut ecclesiasticis personis, neve in ipsas alienent immo-
121 bilia bona, quasi statutum † posſit compellere subditum statuenti ad vendendum certis personis, & consequenter prohibere vendi alijs. l. dudum. C. de contrah. emp. l. cùm ita. ff. de conditio. & demonstratio. l. vnica in principio. C. ne licere habitatoribus metro. loca sua in extraneos transferre. l. mercatores. C. de cõmercijs, & mercatoribus. Ruynus consil. 39. num. 16. lib. 1. Ioannes Cephalus consilio.53. num.39. lib.1. & num. sequen. & consil.54. num.1. eodem libro. Barbacia consil.30. à nu.1. lib.4. Couar. in reg. possessor, in initio.2. part. §.4. nu.9. Festus tit. de æstima. cap.2. à nu.28.

122 Tamen statuta prædicta † non sunt licita in quantum prohibent alienari, & vendi personis ecclesiasticis: quia esset per indirectum tollere, & diminuere eorum priuilegia, à Deo, Pontificibus, & Imperatoribus concessa, vt supra diximus: & ideò non valent dict. cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. cum omnes de constitutio. Iacobus à Canibus dicto nu.10. Lapus allegatio.92. nu.1. & sequen. Bertrandus consil. 50. incipien. recordor. n.4. & .5. lib.1.

123 In cuius confirmationem † facit, quod tradit Francus in cap. eos, notabili vltimo de immun. Eccles. lib.6. vbi ait. Prohibi- « tio ergo relata ad subditos, per quam indirectè præiudicatur cle- « ricis quoad ipsorum libertatem, non tenet: quia paria sunt dire- « ctè, aut indirectè facere contra prohibitionẽ. Sicut in cap. quanto, de priuileg. & per DD. in cap. nouerint, & cap. grauem, de senten. excõmunicatio. Bal. & alii in authen. cassa, & authen. statuimus. C. de Episcopis, & clericis. Bartol. in. l.1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non detur.

124 Et † corroboratur ex resolutione Ancharrani in dicto cap. fina. notabi.3. de immu. Ecclesi. vbi ait, quòd paria sunt, directè,

vel

vel indirectè prohibita attentare: directè enim constitutiones laicorum non possunt ligare clericos, dicto cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. similiter nec indirectè putà prohibendo subditis, ne cum ipsis contrahant, vel
125 ministeria faciant: † non enim refert cum quo quis loquatur; sed cuius causa, & in cuius fauorem, vel odium voluntatis intentio dirigatur. l. cum pater. §. donationis. ff. de legatis. 2. l. seruo legato, ff. de legatis. 1. l. fideiussor. §. interdum. ff. de legatis. 3. Ludo. Romanus in. l. si cum dotem. nu. 44. ff. soluto matrimo. & consil. 32.
126 incipien. visa municipali, versic. tertio hoc probatur: † sensum enim non verba spectamus. l. 3. §. conditio. ff. de adimend. legatis. Diuus Hilarius lib. 4. de Trinitate relatus in cap. intelligentia, de verbo. significat. glo. verbo mente. in cap. si postquam, de electio. lib. 6. indirectè enim tale statutum concernit Ecclesias, & clericos, & prohibet acquisitionem immobilium ipsis aliàs permis-
127 sam. † Sicut prohibens intrare notarium, vel testes ad eum, qui vult testari, videtur ipsum prohibere testatorē. l. 1. & 2. ff. si quis
128 aliquem testari prohibuerit. Et † sicut impediens portari necessaria ad refectionem, videtur ipsam impedire. l. veteres. ff. de iti-
129 nere, actuque priuato. † Et qui impedit, ne aliquis commodè percipiat, videtur ipsum impedire. l. Paulus. ff. de damno infecto: & in toto titulo prædicto. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit. l. finali. ff. qui satisdare cogantur. dicto cap. vltim. de im-
130 mu. Eccles. in. 6. Et quia † in dispositionibus solent venire quædā personæ etiam non expressæ. l. si ita stipulatus fuero per te. ff. de
131 verb. obligatio. l. 3. & 4. ff. de vsu & habitatione. Vnde † paria sūt dispositionem respicere aliquem directè, vel indirectè, & eadem est offensio quando per viam indirectam attentantur illicita. l. athlethas. §. ait prætor. ff. de postulando. l. 1. ff. de aucto. tutor. c. tuæ, de procuratorib. optimè in terminis Lapus alleg. 101. n. 27.
132 Et † ita concludit Castellus Hispanus in. l. 66. Tauri. glo. verbo *de se arraigar*, in versicul. & responde. Quòd laici nec expressè, nec tacitè possunt aliquid statuere in præiudicium Ecclesiarum; nec personarum ecclesiasticarum, cap. decernimus, de iudicijs, cap. Sacrosancta, cap. massana, de electione, cap. contigit, de arbitris, cap. cùm laicis, de rebus Ecclesiæ non alienan. dicto cap. benè quidem. 96. distinct. Rochus de Curte in tracta. de statutis, verbo circa secundam partem, sectione. 5. num. 22. & sequen.

sequenti dicens, statutū, quod est etiam secundario contra libertatem ecclesiasticam, non valere, post Bal. in. l. Deo nobis, circa finem. C. de Episcop. & clericis.

133 Et confirmantur prædicta, † nam priuilegium concessum Ecclesiæ vniuersali per temporales Principes, cum ipsa non esset ipsis subdita, fuit effectum irreuocabile, vt tradunt Innocen. in cap. nouit, de iudicijs. Archidiaco. in cap. quicunque. 11. quæst. 1. Alexand. consil. finali, vol. 7. Cardinal. in dicto cap. perpendimus, versic. si autem, de senten. excommu. Decius in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, versic. & ideò, de constitutiō. Bertrandus consil. 160. colum. 1. volum. 1. & consil. 24. colum. 2. volum. 2. Iacobus Philippus Portius lib. 5. conclusio. conclus. 20. versic. simplex verò. Felinus in dicto cap. Ecclesia. num. 97. Lader de Imo. consil. 103. nu. 11.

134 Nec † aduersus talia priuilegia est aliquid præsumendū: quia vt piè ait Theodoricus Rex apud Cassiado. lib. 4. variarum, Epi-
« stola. 20. Ea quæ retro Principum constiterint humanitate depu
« tata, Ecclesia sine aliqua imminutione percipiat: manente pœna
« etiam peruasori, qui & veterum dona, & Ecclesię probatur vio-
135 lasse compendia. Ideò † cùm dictum statutum & similia restringant liberam facultatem disponendi pro anima, & ad pias causas, contra dictam. l. 1. C. de sacrosanctis Eccles. l. si quis Titio. ff.
136 de legatis. 2. non debent attendi † iura, & statuta ciuilia, vel laicorum; nec per consequens illicitum Venetorum statutum; sed quòd iura canonica disponunt, cap. relatum, cap. cum esses, cap. filius, cap. cum tibi, de testamen. dicto cap. final. de rebus Eccles. non alienan. cap. final. de immunitat. Eccles. in. 6.

Et licet contra præfatas Pontificij iuris decisiones aliquas ciuilis iuris per imaginarios tropos, aut similitudines aduersariorum malitia inuenerit, eas non esse attendendas, Innocentij Papæ auctoritate constat, dicentis. *Sancta Dei Ecclesia mundanis non constringitur legibus.* Vt & Diuus Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ, & ad Oceanum Episto. 30. ait. *Aliæ sunt leges Cæsarum: aliæ Christi: aliud Papinianus: aliud Paulus præcipit.* Don Gonsalus Ponce in libello contra Vuaramundi hæretici errores. c. 3. pag. 29. Syluia

137 Nupt. lib. 1. n. 143. Vlterius, † quia in his quę spiritualia sunt: vel in quorū obseruatione peccata emergunt: iura canonica legibus præualent. l. priuilegia. C. de sacrosanct. Eccles. Roder. Xuar. in

l. 13.

138 l. 13. titulo de los deuidas, num. 4. Ita † vt statutum, quod peccatum inducit, etsi iuri ciuili consonet, nullius momenti sit, vt asserit Constantius Rogerius in tracta. de legis potentia. §. congruum. nu. 6. quia sub generali facultate faciendi statuta non venit vt illicita fieri possint cap. causam, de elect. cap. si gratiose, de rescriptis. lib. 6. l. si procuratori. ff. de condictione indebiti, cap. veniens de iureiurand. l. si pater. ff. quæ in frau. creden. Alber. de statu. 2. par. quæstio. 2. num. 11. Et hoc eo maximè procedit, quia dicta priuilegia competunt Ecclesijs etiam ciuili iure, dictisq. constitutionibus imperialibus. l. 1. & l. illud, & fina. C. de. SS. Eccles.

139 Vnde † generalis potestatis virtute, quæ populis conceditur ad facienda statuta, dicta. l. omnes populi. ff. de iust. & iure, non potest statui in præiudicium iurisdictionis, aut culminis Impe-

140 rialis, argumen. l. 1. §. si ita. ff. de noui operis nuntiat. quia † inferior legem superioris tollere non potest, cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia. Ioannes Gut. consil. 19. nu. 5. l. nam magistratus. ff. de arbitris. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad. S. C. Trebellianum, cap. inferior. 21. distinct. Clem. ne Romani, de electione. Ioannes à Capistrano in tracta. de vsuris. nu. 82. Albericus de statutis, quæstio. 7. nu. 2. Henrricus de Bottis, in tracta. de Synodo Episcopi, arti. 1. conclus. 8. nu. 39. Michaël Vlcutrinus

141 in tracta. de regimine mundi. 2. par. quæst. 3. num. 56. & 71. Et † contra naturam est, vt seruus tollat legem Domini sui. l. seruus,

142 C. de pactis. l. si debitor. ff. eodem. l. melior. ff. de regul. iuris: † quia nunquam inferior habet potestatem in superiorem, nec in factum eius, cap. 1. §. præterea Ducatus, de prohibita feudi alienatione, per Federicum Menoch. consil. 75. num. 30. & consil. 90. num. 7. lib. 1. Christophorus de Castelliono consil. 23. num. 5. Marcus Antoni. Egenius consil. 30. num. 33. lib. 1. & idem Christophorus num. 4. dicens esse inualida statuta lædentia ius superioris: eo quod ius maioris per minorem lædi non potest, cap. venientes cùm contor. de iure iurando. Bellencin. de charit. subsidio, quæst. 45. nu. 2.

143 Et † in terminis populi, vel Reipublicæ, quòd nõ valeant tollere legem superioris ex dictis iuribus, & cap. 1. distinct. 10. tradunt Speculator, titu. de legato, §. nunc breuiter, glo. & DD. in cap. cùm ad monasterium, de statu monachorũ, glo. in proœmio ad constitutiones Siciliæ, versic. & sic ex causis. Tiraquel. de pœnis.

nis temperandis, causa. 38. num. 2.

Neque obstabit dicere, Ducem & senatum Reipublicæ Vene-
144 torum, qui prædictum † statutum fecere, nō subesse imperio, nec
superiorem recognoscere in temporalibus, vt de ipsa Republica
tradunt Bartholo. Cæpola in l. labeo. §. illud sciendum. n. 7. ff. de
ædilitio edicto. Ioannes Igne. in l. necessarios. §. non alias. n. 716.
ff. ad S. C. Syllania. & in tract. an Rex Franciæ recognoscat Im-
perato. nu. 59. moderni in l. 1. C. de summa Trinitate, & fide ca-
tholica. Menoch. consil. 2. nu. 67. lib. 1. & consil. 291. nu. 20. lib. 3.
Albert. Brun. de seditiosis. c. 6. num. 35. Anton. Massa Galles. de
exercitio Iurisperiti. nu. 6. col. 2. Iacob. Nouellus de iure protho-
miss. §. 5. nu. 110. & versic. in nomine. num. 75. Hierony. Gigas,
de crimine læsæ maiestatis. q. 27. nu. 3. & verbo maiestas, num. 14.
Restaur. Cattal. de Imperato. q. 84. num. 9. Io. Botero. lib. 1. de
imperato. Rom. in o in suo Dominio posse quantum Imperator
in Imperio, vt ait Bal. in l. cum testamentum. C. de iuris & facti
ignor. Afflictis decis. 305. num. 7. Menoch. consil. 75. num. 76.
lib. 1 & dicto num. 20.

145 Nam † quoad Ducem Venetorum, etsi eligatur ad vitam, vt
tradunt Ioan. Andre. in cap. finali. num. 8. de iudicijs. Martinus
Laudensis tracta. de Principibus. q. 528. & Politicus Bodinus. lib.
4. de Republica, cap. 4. in fine. Gaspar Contarenus Cardinalis, lib.
146 2. de Republica Venetorum, non est † propriè Dominus, sed ha-
bet quandam præeminentiam: cùm aliàs Concilium generale
habeat principatum, & dominium secundum Bal. in. l. decerni-
mus. C. de sacrosanct. Eccles. Marti. Laudens. dicto tractatu de
Principibus. q. 406. quo tendit quod ait Baptista Egnatius lib. 2.
" exemplo Venetorum, his verbis. Reges, & Principes præferri sibi
" nudum ensem iubent, supremæ suæ potestatis argumentum,
" quasi aliena sententia non egeant. At Duces Venetorum, vagina
" videlicet aurea tectum pene gerunt: vt nec celeritatem ad vl-
" ciscenda facinora præmaturam significent; nec sui arbitrij peni-
" tus esse totam Rempublicam: sed subsequentis senatorij ordinis
147 summam esse potestatem. † Quod etiam Consulum Romano-
rum præligati fasces prænotabāt. Plutarcus in quęstio. Romanis.
quest. 82. Petrus Gregorius. 3. part. Syntagma. lib. 47. cap. 14.
num. 7. Gaspar Contarenus, vbi proximè, qui latè prosequitur
subordinationem Ducis ad Senatum Veneto. Thomas Porcacchi.
in

fuit inter Nicephorum, cui Oriens, & Carolum Magnum, cui occidens fuit relictum, vt post Paulum Aemilium lib. 3. de rebus Francorum, & Blondum lib. 1. decadis secundæ, tradit Hieronymus Roman. lib. 18. Monarchiæ Ecclesiast. cap. 15. §. 1. Hieronymus Gigas in tracta. de rebellibus, quæstio. 7. num. 6. Forca-
151 tu. lib. 3. de Gallorū Imperio. Etsi † recolatur historiarum memoria, tempore Theodahadi Regis Italiæ; Veneti, ac Ligures, ipsius tributarij Regis erant; vt que talibus subuentum est frumento ex horreo publico ipsis dato: vt cōstat ex Cassiadoro lib. 10. variarum, Epistol. 27.

152 Similiterque † à Pipino Caroli Magni primogenito Italię Rege profligati, ac omni spe defensionis frustrati, Pipino deditionem fecisse Venetos tradunt Albertus Crantzius lib. 2. histo. Saxoniæ, cap. 20. Igneus in dicto tracta. an Rex Franciæ, num. 26. Stephanus Forcatulus lib. 3. de Gallorum Imperio, & Philosophia, pag. 427. Paulus Aemilius dicto lib. 3. de gestis Francorum in Carolo Magno.

Vnde prædicta concessio non potuit operari, vt statuerent Veneti in præiudicium iuris vniuersali Ecclesiæ quæsiti contra. l. id quòd nostrum. ff. de regulis iuris, cum alijs iuribus adductis in prima parte: & quia cum non potuerint statuere in præiudicium
153 Imperialis culminis, vt supra dixi, multò minus in præiudicium † piæ causæ, quæ concernit animam, quæ regitur lege Dei, legemq́. Dei sequitur, non humanam: argum. cap. literas, de restituti. spoliatorum, & c. nihil. 11. q. 3. Rodericus Xuarez in. l. quoniam, in prioribus, in declaratio. legis Regni. §. ad principalem. n. 7. C. de
154 inoffi. testa. † quia animæ fauor tātus est, quòd quis debet magis diligere animam suam, quàm filios. cap. Iacobus de Symonia. cap. præcipimus. 12. quæst. 1. Bartol. in. l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. dicens, quòd dispositio ad pias causas est magis priuilegiata, quàm inter liberos.

155 Et confirmantur prædicta, † quòd huiusmodi statuta Ecclesijs, & ecclesiasticis personis præiudicialia non valeant, ex resolutione Iacobi à Canibus dict. tract. de repræsalijs. 2. par. nu. 9. vbi
156 post Bartol. ait. Quòd † non solùm statuta dicuntur contra libertatē Ecclesiæ, quæ sunt contra priuilegia Ecclesiæ inclusa in corpore iuris, vel extra; sed etiam illa per quę clerici efficerentur timidiores; & laici contra eos efficerentur audaciores. l. 1. §. quæ

G onera-

onerandæ.ff.quarum rerum actio non detur. Angelus consil.48. num.3. idem & Bartol.in dicto. §.quæ onerandæ. Abbas in cap. neuerint. num. 2. de senten. excommunicatio. Bald. in authen. cassa & irrita.versic.tertio quæro. vbi Decius num.19. Paulus de Castro num.4. C.de sacrosanct. Eccles. Barbacia consil.31. incipiente,omnia quæcunque,num.1.vol.4. Bartholomæus Cæpola consilio criminali.15.num.5.& exemplum assignat Paulus Ca-

157 stren. quòd cum de iure communi sit † quòd occidens, occidatur, vt ex iure diuino constat Exodi cap.21. Genesis cap.5. Leuitici.24. Numerorum cap.35. Matthæi.26. l. nemo. C.de Episcopali audient.l. eiusdem.§. legis Corneliæ.versicu. sed solent. ff.ad legem Cornel.de Sicarijs.l. quoniam multi. C.ad.l.Iuli.de vi publica.l.vnica.C.de raptu virgi. Iodocus in praxi rerum criminal. quæst.67.per totam.

158 Si fieret † statutum, quòd occidens clericum, non puniatur pœna mortis, sed pecuniaria; quia auferret ius commune, & si non auferat priuilegium, erit contra libertatem ecclesiasticam; quia clerici ex hoc efficerentur timidiores, & audaciores laici: considerato potius effectu, quàm verbis: vt in cap. quanto; de priuilegijs, dicto cap. finali, de immunita. Eccles. lib. 6. Iacobus à Canibus dicto num.9.versicu. ex quo, Barbacia consil.31. nu.1. lib.4.

Similiter facit resolutio Raphaëlis Fulgosij in dicta authen. cassa & irrita,quem refert & sequitur Iacob.à Canibus vbi pro-

159 ximè,nu.7.vbi tenet, † quòd si statutum dicat,quòd clericus declinans iurisdictionem potestatis,sit extra protectionem communis; & quòd potestas ei ius non reddat; tale statutum non valebit,quia est contra ius commune, quod concedit clericis facultatem declinandi iudices seculares: vt in cap.si diligenti,de foro competenti,authen.statuimus.C.de Epis.& clericis. Hier.Grat. respōso.162.n.3.lib.2. Francis.Plat.tract.de excōmu.§.30.n.18.

160 Vnde † Ioannes Igneus in.l.1.nu.30.ff.de.S.C.Syllaniano tenuit quòd ecclesiastica libertas offenditur quoties ecclesiasticæ personæ timidiores,laicæ audaciores redduntur; per tex.in. l. libertas.ff.de statu hominum.l.naturalem,in principio.ff de adquiren.rerum dominio,glos.in.§.finali, verbo degenerantur, in authen.de non eligen.secundo nubentes,collat.1. Marancta dispu tat.8,nu.7. Abbas consil.83. nu.1. volum.1.

Vel

161 Vel † quoties à constitutionibus canonicis, vel latum vnguem
discedit. l. omni innouatione. C. de sacrosanct. Eccles. cap. tuã,
de ordine cognitionum, cap. per venerabilem, in fine, qui filij sint
162 legitimi. Ioan. Andre. in cap. 1. de vsuris, lib. 6. Quum † solus Pa-
pa in his, quæ Ecclesiam, aut eius priuilegia contingunt, habeat
potestatem à Deo sibi commissam. Ioannes cap. vltimo, cap. so-
163 litæ, de maior. & obedientia, neque † post Papæ constitutiones,
de quibus in dicto cap. fina. de rebus Ecclesiæ non alienan. & in
cap. 1. de immun. Ecclesia. lib. 6. aduersus eas subditis refragari li-
cet, cap. si Imperator, cap. denique, cap. cum ad verum. 96 distin-
ctione, iuncto cap. aduersus, de immunita. Ecclesiatum: quoniam
vt ait Diuus Ambrosius Epist. 33. ad Marcellinam sororem, rela-
tus in cap. conuenior 23. quæst. 8. nunquam Christus in iudicio,
seu in tribunali reus comparuit, sed iudex tantum, cuius Vicarius
est Summus Pontifex. Abbas consil. 83. nu. 2. parte. 1. Lapus al-
legat. 92. nu. 5.

164 Et † confirmatur etiam ex doctrina Alexandri cons. 160. n. 8.
lib. 6. vbi in laxioribus, & minus præiudicialibus terminis asserit,
non valere statutum arctans clericos, vt non possint locare, nisi
certo personarum generi; tanquam contra vtilitatem, & liberta-
tem Ecclesiæ, cap. vestra, vbi Ioannes Andre. nu. 1. Antonius de
Butrio, & alij, de locato, & conducto. Ang. cons. 48. nu. 3.

Et magis in nostris terminis Ioann. And. in dicto cap. aduer-
165 sus, nu. 13. de immunitate Ecclesiarum asserit, † non valere sta-
tutum, quod nullus vendat clerico, & corrigi debere: argum. cap.
quanto, de priuilegijs: & si propter hoc banniretur clericus, iniu-
riarum agere posset, cap. olim, de iniurijs: optime Angelus dicto
« consil. 48. nu. 3. qui postquam dixerat, Intrare hoc dubium, non
« est sine periculo animæ: & ideò quidquid dicam allegãdo potius,
« quàm dicendo dicam, reseruans hoc determinationi Sanctæ Ma-
« tris Ecclesiæ. Subiungit, quod quandocunque statutum secularis
« potestatis emanat, in genere interdicendo generaliter subditis
« omne commerciũ cùm clericis, tunc directò istud statutũ est con-
« tra libertatem Ecclesiæ, & ecclesiasticarũ personarum, & non te-
net. Et statuentes incidunt in canonem latæ sententiæ, dict. cap.
« finali, de immun. Ecclesiarum in 6. ibi. Eos qui temporale domi-
« nium obtinentes, suis subditis, ne prælatis, aut clericis, seu perso-
« nis ecclesiasticis quicquam vendant aliquid ab eisdem, neque ipsis

" bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicant (cum talia in derogationẽ libertatis ecclesiasticæ præsumantur) eo ipso excõmunicationis sententiæ volumus subiacere.
166 † Quandoque (dicit Angelus) statutum interdicit cõmercium certarum suarũ rerum suis subditis in Ecclesias, vel ecclesiasticas personas, sicut est hîc, quia interdicitur alienatio rerum stabilium, & tunc similiter statutũ est cõtra libertatem Ecclesiæ: optimè Alexand. in dict. l. filiusfamilias. §. Diui. nu. 11. ff. de legatis. 1. Marancta disputatione, 8. nu. 10. & 11. Lapus allegat. 92, nu. 3. Vlterius facit, quia in dicto Dominio Venetorum, imò nec alibi non prohibetur laicis relinqui immobilia bona in vltima voluntate, nec ipsos ea adquirere per contractum inter viuos: vnde non est admittenda talis inæqualitas,
167 † vt clericis denegetur, & prohibeatur; & etiam Ecclesijs, quibus aliàs magis quàm laicis esse fauendum iura suadent, dicta l. sunt personæ. ff. de Religiosis, & sumptib. funerum. Tiraquel. de priuilegijs piæ causæ, priũ. 108. Menoc. cons. 291. n. 15. vol. 3.

168 Non † enim debet Ecclesia deterioris conditionis esse, quàm priuatus, vt ait Baldus in tracta. de præscriptionibus. 1. particula. 5. partis principalis, quæst. 1. nu. 8. vers. secundo limita. Menochius dicto consil. 291. nu. 38.

169 Cum † Ecclesia, & Clerici sint multũ priuilegiati, non solùm quoad personas, sed quoad ipsorum bona; in tantum quòd licet aliqua bona, dum sunt penes laicum, sint subiecta oneribus statuti laicorum; tamen eo ipso, quòd perueniunt in possessionem Ecclesiarum, aut clericorum, efficiuntur exempta, & gaudent priuilegio ecclesiastico, & iudicantur per iura canonica, vt tenet Bald. in. l. placet, versic. quæro iuxta hoc. C. de sacrosanctis Ecclesijs, vbi Bart. Francisc. de Aretio, & Iasso. glos. in. l. incola, ad finem. ff. ad municipal. & de incolis, cap. quisquis. 21. 17, quæst. 4. cap. non dubium, de senten. excommunicatio. Clemen. 2. cùm ibi notatis de præbendis. Marancta disputatio, 8. nu. 13. Abbas in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. ante penul. nu. 23. de constitutionibus, Aceuedo in. l. 11. titu. 3. lib. 1. recopilatio. nu. 1.

170 Nam † mutatione personæ mutatur qualitas, & cõditio rei. l. Paulus respondet per procuratorem, ff. de adquiren. hæredit. l. 1. C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. l. licitatio, §. finali. ff. de publicanis, & vectigalibus. Roderi. Suarez in q. iest.

quæſ-

maioratus,nu.23. Andreas de Ysernia in titulo quę sint regalia, versic. & plaustrorum,colum.2.in vsibus feudorum.

171 Et † quantum ad exemptionem,bona clericorum, & Ecclesiarum purificantur. Clem.præsenti.vbi Cardina.notabi.2.de censibus,cap.fina.vbi Anto.& Abb.de vita, & honesta.clericorũ,cap. aduersus,cap.non minus,de immun.Eccles.Archidiaco.& Gemimia.in cap.1.eod.titu.in.6.Marancta dict.nu.13.&.46.&.57.La
172 pus alleg.92.nu.3.Anto.de excom.c.25.n.2.Inde † Hispanica lege.14.tit.14.lib.6.recopilationis cautum est, quòd si nobilis, & exemptus emat bona immobilia à tributario,& non exempto ratione personæ,non tamẽ debebit nobilis eorũ occasione,tributa soluere, vt annotauit Aceuedo in dicta.l.11.nu.8.&.11.vbi idem concludit Ecclesiarum respectu, nec posse in contrarium statuta fieri.Ioann.Bapt.Bouius de statuaria vrb.præs.glo.19.num.206.

Facit etiam resolutio Alexandri,qui in.l.nolle.nu.3. ff. de ad-
173 quiren. hæreditate, ait, † quòd Ecclesiasticæ personæ per statutum laicorum non possunt priuari his, quæ à iure,vel priuilegio sibi competunt,ex dicta authen.cassa,& irrita. C.de sacrosanct. Eccles.authen. item nulla communitas. C.de Episcop. & cleri. cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ. Angelus dicto consil.48. nu.2.in fine. Baldus in tracta.de statutis,verbo testari,nu.11.& in.l.generali.C.de sacrosanct.Ecclesi.Bartol.in.l.cunctos populos,quæst. 5.C.de Summa Trinita. Marianus Socinus tracta. de oblationibus,libello.9.nu.11. Lap.alleg.92.nu.8.

174 Vnde Bald.in.c.cum olim.34. nu.7.de testibus,ait, quòd † libertas Ecclesiastica inter alia consistit in obseruatione prærrogatiuæ Ecclesiæ, & clero competentis, quia Sanctum Sanctorum Domino sunt, vt notatur in authen. de non alienand. in principio,& per Innocen. in cap. nouerint,de sententia excommunicatio.Aluar.in princi.de statu,& cons.contr.lib.Eccles.nu.1.

175 Et ita † si statuta de facto fiant cõtra libertatem ecclesiasticã, non coarctabunt clericos,vt ex dicta authen.cassa,& dicto.c.nouerint,resoluunt Rotta decis.3.de consuetu.in anti. Cornel.Benincas in tract.de pauperta.& eius priuilegijs.q.8.n.58.vt in proprijs nostris terminis tradunt Alexand. nu. 12.in dict.l. filius familias.§.Diui,& ibi melius quàm alius. Iass.1.lectu.à nu.72.&.2. lectu.nu.107.& seqq. Anton.de Butrio in cap.tua, lo.1.de decimis.Abbas in.c.à nobis,lo.1.de senten.excõmu. Castillo in.l.79.

Tauri fol.149.col.3.in fine. Bartol.in.l.finali. col.vlt.versicu.ex
hoc concludo.C.de sacrosanct. Eccles. Auiles.c.17.prætorũ,glo.
verbo *buenas*.n.8.vers.omnipotentis,ponderans ad id prædictum
cap.nouerint,de senten.excommu. & cap.eos,eodem titul.lib.6.
&.l.19.titu.9.par.1.quibus disponitur, quòd Domini tempora-
les in præiudicium prælatorum contra ecclesiasticam liberta-
tem non possunt statuere vetando, quod eis, vel hominibus
suis nil vendatur, seu emant, nec coquant in suis furnis, nec mo-
lant in molendinis, nec deambulent per plateas, nec extrahant
aquam de fontibus, nec scindant ligna in montibus suis, nec alia
similia possunt prohibere clericis. Calderinus inter Ancharra.
consil. consilio. 12. Thomas Grammaticus decisio. 100. & alij,
quos refert Couarruuias in regula possessor. 2.parte.§.4.num.8.
Ioa. Lup. de liber. Eccles. cap.10. casu. 14. & hoc iustissimis de
176 causis: † quia statutum quodcunque tendens aduersus libertatẽ
Ecclesiasticam, est odiosum, & pœnale, vt ex dicta authẽ.cassa,&
irrita tradit Bald.in.l.sifamilia.2.lect.n.3.ff.de iurisdict.omni.iu-
177 dic. † pro quo est cap.1. de iure iuran. lib. 6. vbi in generali iu-
ramẽto non includitur statutũ contra libertatem Eccles. Albert.
178 à Rosate tract.de statut. 2.par.q.2.nu.10. &.11. † eo quòd sub
generalitate non venit illicitum.l.si pater. ff.de his, quæ in frau-
178 dem creditorum, cap.veniens, de iure iurando; † nec iniustum.
cap.super quibusdam,in fine, de verborum significatione,nec ca
ptiosum.l.cùm Aquiliana.ff.de transactio.nec calumniosum.l.pe
nultima.ff.ad exhibendũ,nec dolosum.l.tres fratres. ff.de pactis:
179 † nec quòd aliàs est contra iura. l. quanquam. ff. de ritu nuptia-
rum.l.quòd pupillæ.ff.quando dies legati cedat.l.hæc conditio.
2.responso. ff.de conditio. & demonstratio.

Nec obstabit dicere,contrahentes in suis rebus, & contracti-
bus posse legem apponere,quòd super ipsis rebus non possit cõ-
mercium celebrari cum certo genere hominũ.l. sed etsi pupillus,
180 §.item si plures.ff.de institoria: quia † vt respondet Alberic.vbi
proximè,nu.61. etsi hoc verum sit quoad alios,non tamen quo-
ad clericos,quos nullo modo ligare possunt;quod eo simili con-
firmat; quòd licet per pactũ possit renunciari inter duos litigãtes
appellationi,vt in.l.finali in fine.C.de tẽporib.appellatio.& per
Innoc.Hostien.& Ioann.And.in.c.veniẽtes de iure iurando:non
tamen posset fieri statutum generale, quòd non posset appellari:

arg.

arg.l.iurisgentium.§.si pacifcar.ff.de pactis.l.sodales.ff.de collegijs illicitis: & ita pro Alber.faciunt adducti per Iass.in dicto.§.
181 Diui.2.lect.n.112. Et † in eiusdē partis confirmationem Alberi. dicta.q.n.62.ait, quòd cùm contractus rerū immobilium sint de iure gentium, vt in allegata.l.ex hoc iure.ff.de iust. & iure. §.ius autem gentium, instituta de iure naturali.
182 Et hæc facultas † emendi omnibus Ecclesijs à iure sit cōcessa dicta.l.illud,&.l.finali.C.de SS.Eccle.si talis facultas tolleretur, impediendo alienari in Ecclesias, negari non posset, tale statutum esse contra libertatem Ecclesiæ à iure communi concessam, iuxta cap.fina.de reb.Eccl.f.non alien. & argum.l.1.§.ædificare, ff.de mortuo inferendo.l.ossa,in fine.ff.de Religios.& sumpt.fu-
183 nerum. † Et quia interest Ecclesijs,& ecclesiasticis personis pecunias,si quas habuerint,conuertere in immobilium bonorum emptionem,ad instar pupillorum.l.3.§.si parens.l.ita tamen.l.tutor qui repertorium.§.si post.ff.de administra.tuto. iuncto allegato cap.futuram,& cap.videntes.12.quęst.1.Quia vt notissimum est,
184 † Ecclesiæ æquiparantur pupillis,& minoribus,cap.1.de restitutio.in integrum, cap. auditis, eod.tit. Gregorius Lopez in.l.49. titu.5.part.5.glossa.6.& in.l.8.titu.19.part.6.glossa.5.in medio. Petrus Nauarra in tracta.de restitutione,tomo.1.lib.1.cap.2.num. 2. Zoanetus tracta.de Roma. Imperio.num.178.
185 Et quia † Ecclesiasticis personis non est permissum vt laicis,cū pecunia negotiari,cap.fornicarii,& cap.eijciēs.85.dist.c.2.ne clerici,vel monachi.c.negotiatorem.88.dist. Concil. Carthaginense 6.c.& Concil.Chalcedonense,cano 3.& Arelatense.2.c.14.Bernar.Diaz in pract.criminali canonica.c.55.vbi Salzedus in addi-
186 tionibus: † Habere autem pecuniam sine bonis immobilibus,res habetur fragilis, & peremptioni obnoxia,vt ait. I. Consf. Celsus in.l.si chorus.77. §.his verbis. ff.de legatis.3. & probat tex.in.l. lex quæ tutores. §. fina. C. de administ. tutorum, & maximè in versic. ergo & domus, & versic.huic accedat.

Et nisi permitteretur Ecclesi.& ecclesiasticis personis immobilia bona emere,& alijs modis legitimis consequi,ipsis hoc adiumento destitutis, nec de necessarijs à laicis prouisis,sequeretur etiam ipsos ad negotiationes deuenturos ex necessitatis coactio-
187 ne: † quia necessitas validissimū est, & fortissimum telum,vt censuit Thales Millesius apud Plutarc.li.1.de placitis Philosop.c.25.

Tauri fol. 149. col. 3. in fine. Bartol. in l. finali. col. vlt. versicu. ex hoc concludo. C. de sacrosanct. Eccles. Auiles. c. 17. prætorũ, glo. verbo *bienes*. n. 8. vers. omnipotentis, ponderans ad id prædictum cap. nouerint, de senten. excommu. & cap. eos, eodem titul. lib. 6. & l. 19. titu. 9. par. 1. quibus disponitur, quòd Domini temporales in præiudicium prælatorum contra ecclesiasticam libertatem non possunt statuere vetando, quod eis, vel hominibus suis nil vendatur, seu emant, nec coquant in suis furnis, nec molant in molendinis, nec deambulent per plateas, nec extrahant aquam de fontibus, nec scindant ligna in montibus suis, nec alia similia possunt prohibere clericis. Calderinus inter Ancharra. consil. consilio. 12. Thomas Grammaticus decisio. 100. & alij, quos refert Couarruuias in regula possessor. 2. parte. §. 4. num. 8. Ioa. Lup. de liber. Eccles. cap. 10. casu. 14. & hoc iustissimis de

176 causis: † quia statutum quodcunque tendens aduersus libertatẽ Ecclesiasticam, est odiosum, & pœnale, vt ex dicta authẽ. cassa, & irrita tradit Bald. in. l. si familia. 2. lect. n. 3. ff. de iurisdict. omni. iu-

177 dic. † pro quo est cap. 1. de iure iuran. lib. 6. vbi in generali iuraméto non includitur statutũ contra libertatem Eccles. Albert.

178 à Rosate tract. de statut. 2. par. q. 2. nu. 10. & 11. † eo quòd sub generalitate non venit illicitum. l. si pateat. ff. de his, quæ in fraudem creditorum, cap. veniens, de iure iurando, † nec iniustum.

178 cap. super quibusdam, in fine, de verborum significatione, nec captiosum. l. cùm Aquiliana. ff. de transactio. nec calumniosum. l. penultima. ff. ad exhibendũ, nec dolosum. l. tres fratres. ff. de pactis:

179 † nec quòd aliàs est contra iura. l. quanquam. ff. de ritu nuptiarum. l. quòd pupillæ. ff. quando dies legati cedat. l. hæc conditio. 2 responso. ff. de conditio. & demonstratio.

Nec obstabit dicere, contrahentes in suis rebus, & contractibus posse legem apponere, quòd super ipsis rebus non possit cõmercium celebrari cum certo genere hominũ. l. sed etsi pupillus,

180 §. item si plures. ff. de institoria: quia † vt respondet Alberic. vbi proximè, nu. 61. etsi hoc verum sit quoad alios, non tamen quoad clericos, quos nullo modo ligare possunt; quod eo simili confirmat; quòd licet per pactũ possit renunciari inter duos litigãtes appellationi, vt in. l. finali in fine. C. de tẽporib. appellatio. & per Innoc. Hostien. & Ioann. And. in. c. veniẽtes de iure iurando: non tamen posset fieri statutum generale, quòd non posset appellari

arg.

arg.l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pactis.l.sodales.ff.de collegijs illicitis: & ita pro Alber.faciunt adducti per Iass.in dicto.§.
181 Dini.2.lect.n.112. Et † in eiusdē partis confirmationem Alberi. dicta.q.n.62.ait,quòd cùm contractus rerū immobilium sint de iure gentium, vt in allegata.l.ex hoc iure.ff.de iust. & iure. §.ius autem gentium, instituta de iure naturali.
182 Et hæc facultas † emendi omnibus Ecclesijs à iure sit cōcessa dicta.l.illud,&.l.finali.C.de.SS.Eccle.si talis facultas tolleretur, impediendo alienari in Ecclesias, negari non posset, tale statutum esse contra libertatem Ecclesiæ à iure communi concessam, iuxta cap.fina.de reb.Eccl.non alien. & argum.l.1.§.ædificare, ff.de mortuo inferendo.l.ossa,in fine.ff.de Religios.& sumpt.fu-
183 nerum. † Et quia interest Ecclesijs,& ecclesiasticis personis pecunias,si quas habuerint,conuertere in immobilium bonorum emptionem,ad instar pupillorum.l.3.§.si parens.l.ita tamen.l.tutor qui repertorium.§.si post.ff.de administra.tuto. iuncto allegato cap.futuram,& cap.videntes.12.quęst.1.Quia vt notissimum est,
184 † Ecclesiæ æquiparantur pupillis,& minoribus,cap.1.de restitutio.in integrum, cap. audiuis, eod.tit. Gregorius Lopez in. l.49. titu.5.part.5.glossa.6.& in.l.8.titu.19.part.6.glossa.5.in medio Petrus Nauarra in tracta.de restitutione,tomo.1.lib.1.cap.2.num 2. Zoanetus tracta.de Roma. Imperio.num.178.
185 Et quia † Ecclesiasticis personis non est permissum vt laicis,cū pecunia negotiari,cap.fornicarii,& cap.eijciēs.85.dist.c.2.ne clerici,vel monachi.c.negotiatorem.88.dist. Concil.Carthaginense 6.c.& Concil.Chalcedonense,cano 3.& Arelatense.2.c.14.Bernar.Diaz in pract.criminali canonica.c.55.vbi Salzedus in addi-
186 tionibus: † Habere autem pecuniam sine bonis immobilibus,res habetur fragilis, & peremptioni obnoxia,vt ait. I. Cons. Celsus in.l.si chorus.77. §.his verbis. ff.de legatis.3. & probat tex.in.l. lex quæ tutores. §. fina.C. de administ. tutorum, & maximè in versic. ergo & domus, & versic.huic accedat.

Et nisi permitteretur Ecclesi.& ecclesiasticis personis immobilia bona emere, & alijs modis legitimis consequi,ipsis hoc adiumento destitutis, nec de necessarijs à laicis prouisis,sequeretur etiam ipsos ad negotiationes deuenturos ex necessitatis coactio-
187 ne: † quia necessitas validissimū est,& fortissimum telum,vt censuit Thales Millesius apud Plutarc.li.1.de placitis Philosop.c.25.

& Diogenes Laërtius in vita ipsius, & latè probans Tiraquel. de
retractu lignag. §. 26. glo. 1. nu. 21. & sequen. & Portius Latro de
« clamatione in Catilinam, dicens. Grauissimi sunt morsus irrita-
188 « tæ necessitatis. Et † hoc sensisse mihi videtur Diuus Chrysosto-
« mus homilia. 86. in cap. 26. Diui Matthæi, dicens. Veniat in men
« tem vobis, octo millia Leuitarum Iudæos alere fuisse solitos: &
« cum his viduas, & parentibus orbos: præterea muneribus subie-
« ctos, militiæ quoque operam dedisse. Nunc autem agros, domos,
« locationes ædificiorum, vehicula, equos, mulos, multaq. alia eius-
« modi propter vos, vestramque crudelitatem (loquitur laicis) Ec-
« clesia possidet: oportebat enim vos hunc Ecclesiæ Thesaurum
« retinere, ac Ecclesiam non paruos ex vestra deuotione conse-
« qui fructus. Modo autem duo mala quædam cõmittuntur. Nam
« & vos, quasi nihil dare debeatis, nihil confertis, & Dei sacerdo-
« tes, à sacerdotio aliena pertractant. Vt pulchrè in proposito
ponderauit Petrus Gregor. lib. 13. de republica. c. 15. nu. vltimo.
Vnde Albericus dicto tracta. de statutis. 2. par. q. 2. nu. 68. ait,
Quòd tale statutum non est fundatum super charitate; sed super
summa iniquitate, interdicendo Ecclesijs, & ecclesiasticis perso-
nis, quod conceditur relegatis, bannitis, & deportatis. l. quidam,
& ibi glossa fina. ff. de pœnis. l. si deportati. §. 1. ff. de legatis. 3.
189 Et † licet in subiecti religione putatiua errans, mira eloquen-
tia, & sententiarum vi, ac ornatu hæc sensit Symmachus, dum lib.
10. Epistola. 54. missa Valetiniano Theodosio, & Arcadio Augg.
« post alia ait. Nudum quodammodo nomen immunitatis re-
« quirunt; quoniam paupertate à dispendio tutæ sunt. Itaque am-
« plius laudi earum tribuunt, qui aliquid rei detrahunt; siquidem
« saluti publicæ dicata virginitas, crescit merito cûm caret prȩmio:
« absint ab ærarij vestri puritate ista compendia. Fiscus bonorum
« Principum, non sacerdotũ damnis, sed hostium spolijs augeatur.
« Vllum ne lucrum compensat inuidia? atqui auaritia in vestros
« mores nõ cadit? Hoc miseriores sunt, quibus subsidia vetera de-
« cerpta sunt. Etenim sub Imperatoribus, qui alieno abstinent, qui
« resistunt cupiditati, ad solam detrahitur amittentis iniuriã, quod
« desiderium non mouet auferentis: Agros etiam Virginibus, & mi
« nistris deficientium voluntate legatos, fiscus retentat. Oro vos
« iustitiæ sacerdotes, vt vrbis vestrꝛę sacris reddatur priuata succes-
« sio. Dictent testamẽta securi, & sciant sub Principibus non auaris
stabile

stabile esse quod scripserunt. Delectet vos ista fœlicitas generis humani. Cœpit causæ huius exemplum solicitare morientes. Ergo Romanæ religiones ad Romana iura non pertinent. Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus casus fecit caducas? Capiunt legata liberti, seruis testamentorum iusta commoda non negantur. Tantum nobiles virgines, & fatalium sacrorum ministri, excluduntur prędijs hæreditate quæsitis. Quid iuuat saluti publicæ castum corpus dicare, & imperij æternitatē cælestibus fulcire præsidijs, armis vestris, aquilis vestris, amicas applicare virtutes, pro omnibus efficacia vota suscipere, & ius cum omnibus non habere? Itane melior est seruitus, quæ hominibus impenditur? Remp. lædimus, cui nunquam expedit vt ingrata sit. Nemo me putet solam causam religionum tueri. Ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda. Honorauerat lex parentum Vestales virgines, ac ministros Deorum, victu modico, iustisque priuilegijs stetit muneris huius integritas, vsque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedē vilium baiulorum sacræ castitatis alimenta verterunt. Sequuta est hoc factum fames publica, & spem prouinciarum omnium messis ęgra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum. Nihil imputamus astris: nec rubigo segetibus obsuit; nec auena fruges necauit; sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Certè si est huius mali aliquod exemplum, imputemus tantam famem vicibus annorum. Grauis hanc sterilitatem aura contraxit, syluestribus arbustis vita producitur, & rursus ad Dodonæas arbores plebis rusticæ inopia conuolauit. Quid tale prouinciæ pertulerunt, quum religionum ministros honor publicus pasceret? Quando in vsus hominum concussa quercus? quando vulsæ sunt herbarum radices? quando alternos regionū defectus deseruit fœcunditas mutua, quum populo, & virginibus sacris communis esset annona? Commendabat enim terrarum prouentus victus antistitum, & remedium magis quàm largitas erat, &c. Quæ omnia melius nostris temporibus applicantur, & quadrant aduersus illicitum Reipublicæ Venetorum statutum: talia enim, & famem publicam, & alias calamitates merentur; nec ipsas à domibus, & familijs statuentium absuturas præuideo: hoc enim est præmium debitum, & condignum ecclesiasticæ libertatis violatæ, & ecclesiastici status oppressi. Nam inter alia illud

damnum, & pœna ipsos spectat, quàm iustissimè comminatur Ioannes Salisberiensis in Policraticum, lib. 7. cap. 20. in fine, di-
190 cens. † Proculdubio quisquis ecclesiasticam deprimit libertatem,
" aut punitur in se, aut punitur in sobole, amittunt ergo filij etiam
" propria, cùm his quæ paterna occupauit impietas.

191 Nam † licet prædicta facientes statuta apparentis boni sub specie, & imagine ipsa iustificare conentur; adhuc aduersus eos, & doli præsumptio, & in ecclesiasticos odij viget, vt bene notat
192 Albericus dicta quæst. 2. num. 68. vt verificetur illud † quod iura dicunt. *Quod clerici oppido sunt infesti*, cap. laicos. 2. quæstio. 7. cap. laici, eadem causa, & quæstione. Abbas in cap. ex parte. 7. num. 6. & in cap. de cætero. 14. num. 1. de testibus. Tex. in cap. clericis in principio, de immunita. Eccles. lib. 6.

193 Imo, † quod est plus, secundùm Albericum vbi proximè, nu. 69. tale statutum non solùm dici debet contra libertatem ecclesiasticam, sed contra libertatem Dei: nam per indirectum prohibet ædificari, & dotari Ecclesias, hospitalia, & alia pia loca; ad quarum ædificationem, & dotationem sunt necessaria immobilia bona, prædia, & possessiones, vt notant Innocen. & Hostien. in cap. maioribus, de præbendis extrauagan. Saluator. eod. titu. inter communes, dicto cap. futuram, & cap. videntes. 12. quæst. 1. Petrus Grego. Syntagma lib. 2. partis primæ, cap. 28. nu. 2. & Ecclesiæ fundatæ in seipsis deficerent, cap. vnico, de Religio. domib. lib. 6. & ad paucitatem reducerentur deficientibus redditibus, si immobilia de nouo non possent adquirere, cap. sicut qui Ecclesiam. 17. quæst. 4. & diuinus cultus minueretur, contra cap. ex parte, de constitutio. cap. quia per ambitionem, de rescrip. in. 6. Guillerm. Duran. in tracta. de modo generalis Concilij celebrā-
194 di, rubri. 14. nu. 2. Quia † Diuino cultui fauendum est, vt augeatur, cap. in his, vbi Cardina. Zabarela notat. 1. de priuileg. Clem. 2. de decim. Henrricus de Bottis in tracta. de Synodo Episcopi, 2. par. nu. 63. Philipp. Prob. in tracta. de iure regalio, quæstio. 18. num. 8.

195 Vlterius, † quia per dictum statutum Ecclesiæ, & ecclesiasticę personæ æquiparantur Iudæis, quibus interdicitur Christianorum commercium, cap. post miserabilem, cap. quanto, de vsuris, cap. etsi Iudæos, in fine, de Iudæis. Ioann. Calderin. consil. 3. de locato. Straccha. tracta. de mercatura. 2. par. num. 50. Albericus

dicta

196 dicta.q.2.num.70.vel † etiam barbaris, quorum sunt commercia prohibita.l. 1.&. 2. C. quæ res exportari non possunt.l. mercatores. C. de mercatoribus. Monticul.tracta.de inuent. cap. 9. nu. 451. l.22.titul.5.part.5.

197 Imò † durioris forent conditionis quàm tempore Pharaonis: nam vt constat Genesis cap. 17. & in cap. aduersus, & cap. non minus, de immun. Eccles. Pharao Rex, etsi diuinæ legis non haberet notitiam, omnibus alijs seruituti subactis sacerdotes, & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimonia de publico administrauit, vt ait Iosephus.li.2. antiquita. Iudaica. cap.4. Marc. Anto. Marsil. tracta. de Eccles. redditu. origine. 1.p. cap.1.num.4.l.50 titul.6.p.1. vbi Grego. Lop. glos. 1. in princi. & glo.3.&.4.l.si. ibidem. Ioann. à Capistran. in tracta. de auctor. Papæ.2 part.2. partis principalis, num. 182. Ioann. Lupi. tract. de

198 libert. Eccles. 1. part. cap. 2. num. 1. ad † similitudinem suorum sacerdotum, quibus in Aegypto de Pritanæo, seu horreis publicis, & Regijs alimenta præstabantur. Genes. cap. 47. Genebrard. chronographiæ ætate.3. anno mundi.2660. Marc. Anto. Colum. dicto.cap.1.num. 3. Peckius, de amortica. cap. 6. ver. cæterum.

199 Nec oberit † dicere, quòd Ecclesiæ, Capitula, Collegia, cœnobia, fratriæ, & communitates vocantur manus mortuæ, quasi nunquam moriantur, argu. l. proponebatur. ff. de Iudicijs, & eorum quæ tradit P. Grego lib 6. Syntag. cap. 5. num. 5. &.7. cap. 18. num.2. lib.15. cap.38. à num.4.&. lib.25. cap.8. num.2.& lib. 20. cap.11. num.4. vt ita in Francia ius mortizinij siue amortizationis à Rege impetrari solere authores referant. Rebuf. de literis dilatorijs annalib. artic.1. glo.1. nu.40. Aegid. Magist. tract. de amortizatio. cap.1. & sequent. post decisio. Boërij. Guiller. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo & vxorem, decis.3. num.24. P. Greg. li.3. de repub. cap.16. num.3. Ioann. Faber. in l. quoties. C. de rei vendicatio. & in Anglia Papus. li.1. Rhapsod. arresto tit. 7. arresto.3. Polydo. Virgil. lib.17. hist. Angliæ.

Nam non est solo exemplo iudicandum nisi de causa legitima constet, vt in Regibus Aragoniæ adesse apparebit: ipsa namque

200 deficiente, grauius haberetur, si apud plures † prouincias prohiberetur Ecclesijs & ecclesiasticis personis immobilium bonorum acquisitio, fraudisque præsumptionem contineret, vt Alberi. dixit, tracta. de statutis. 2. part. quæst. 2. num. 68. in fine, ponderans

pro

pro eo.l.hoc modo,versic.nam si ea esset. ff. de conditio. & de-
" monstratio.l. adigere. §. si patronus, ibi. Si vero non ducturus,
" propter hoc solum adegerit,ne alij nuberet,fraudem legi factam
" Iulianus ait.ff.de iure patronatus.

201 Nec † sola exempla Franciæ, & Angliæ, causa legitima deficiente, valent adduci. Nam vbi non apparet de iusto initio,aliorum non excusat exemplum.cap.schisma.24. quæst.2. c. flagitia, in illis verbis,quæ si gentes omnes facerent,eodem criminis reatu tenerentur.32.quæst.7.c.multi,in fine. 2. quæst.1.Ioannes de Neuicanis lib. 4. Syluæ nuptialis, num. 82. Diuus Hieronymus ad Aufinum, dicens. *Peccantium multitudo non parit errori patrocinium.* Cum alijs quæ congerit Tiraquel. de pœnis temperandis, causa 42.num.4.& causa.47.num.11.&.12.

202 Nec merentur audiri,† qui iure fieri putant,quod solo fit exẽplo,vt dixit Cicero.lib.4.episto.familiari.episto.3. Nam vt dixit Seneca in prouerbijs,& qui ab ipso sumpsit Plinius lib. 5. epist. 8.Capitoni,tũc habetur honestissimum maiorum vestigia sequi, quando recto processerunt itinere, aliàs sana ratio exemplis anteponenda est,vt dixit.D.Augustinus ad Casulanum, relatus in cap.sana.dist.9 Casiadorus.lib.7.variarum. episto. 1. in formula
" Præsidatus,dicens. Decessorum bona exempla sequere: à vitio-
" sorum te imitatione disiunge; non putetur omnis consuetudo
" probabilis; cautum debet reddere non sequacem error alienus.
Taurus Philosophus apud Agellium lib. 10. noctium Atticarum cap.19.vbi postquam adolescentem reprehenderat,eo quòd illicitè factum fieri solitum defendebat,factique turpitudinẽ exemplorum vsu, & consuetudinis venia deprecabatur: subiungit ad
" id Demosthenis verba huius sententiæ. Verum ne dicas sic esse
" actum sæpenumero; sed hoc fieri sic decere; non enim si quid
" aliquando contra leges actum iam est;tuque id sequutus es; prop-
" terea iure queas euadere; quinimò eo magis idcirco in te debeat
" statui.

Nec possunt iuuari dicti Veneti, eo quod ius amortizationis certis modo & forma catholicis Aragoniæ Regibus competat: si quidem in eis sunt speciales causæ fauoris,& gratiæ,ac approbationis Apostolicæ sedis. Siquidem cùm terra Aragoniæ in Maurorum esset ditione, suis proprijs viribus Aragonij Reges debellarunt,& suo speciali subiecerunt dominio, vt videre licet ex his

quæ

quæ Hieronymus Surita doctè prosequitur tam. 1. parte Annalium lib. 1. à cap. 27. quàm in latinis indicibus eiusdem lib. 1. pag. 5. & sequent. ab anno. 758. Beuter. lib. 2. cap. 9. anno. 1095. Valdesi. do dignita. regno. Hispan. cap. 20. à num. 22. Quare non est mirandum, si in erectione & dotatione Ecclesiarum, & locorũ piorum, quam de suis proprijs bonis fecerunt, iura morticinij sibi, & Regibus successoribus reseruassent, quæ ab immemoriali sine tempore inconcussè obseruata: cum iura permittant pacta, conditiones, & grauamina imponi posse in traditione quam quis facit suæ rei Ecclesiæ, aut pio loco, vel causæ iuxta vulgarem regulam Tex. in. l. in traditionibus. ff. de pactis. cap. præterea, in. 2. de iure patronatus. cap. quanto, de censibus. cap. Eleutherius. 18. quæst. 2. l. 9. titul. 6. lib. 1. nouæ recopilatio. Ioann. Gutierrez consil. 1. nu. 1. Rolan. à Valle consil. 63. num. 14. vol. 1. Peccius consil. 88. num. 16. &: 17. lib. 1. & in tracta. de amortizat. bono. cap. 5. in fine. & cap. 6. versic. audacter. Ad quod respexere Pontifices summi, Alexan. 2. Vrban. 2. & Gregori. septimus concedendo Regibus Aragoniæ priuilegia quoad decimas, & iuspatronatus Ecclesiarum in terris, quas ab iniusta detentione Maurorum recuperabant, vt testantur Beuter. lib. 2. cap. 8. & 9. Hieronymus Surita lib. 2. cap. 50. Miedes in historia Regis Iacobi lib. 1. cap. 9. Valdesius dicto cap. 20. à num. 25. Illescas. lib. 5. Pontificalis historiæ in vita Petri primi Aragoniæ Regis, fol. 275. P. Grego. 2. part. Syntag. lib. 17. cap. 7. num. 22.

Et vltrà quod Reges Catholici Aragoniæ præsumantur iustè & piè moueri; motosque fuisse, ad vtendum morticinij iuribus in suo regno, iuxta glo. in. l. relegari. ff. de pœnis, & per DD. in. l. fina. C. si contra ius, vel vtilit. publicam: & per Curt. Senio. consil. 49. & Peckium dicto cap. 6. post medium. Quando expressum priuilegium non haberent, ex summorum Pontificum longa patientia ipsis permissum videtur, & cum ipsis dispensatum, vt argum. l. cum in plures §. locatur. ff. locati. l. 1. §. magistrum. ff. de exercito. actione, tradit Cyn. in. l. 1. num. 7. C. de emancipatio. libero. Guiller. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo & vxorem, nu. 238. Rebuf. in repetitio. rubri. de rescript. num. 6. versic. intellige. glo. & alij in cap. si aliquandò, de senten. excomu. clem. si summus, eod. titul. Innocen. in. c. quia circa, de consang. & affinit. dicens. Dissimulationem Papæ ex certa scientia vim dispensationis obtinere,

tinere. cap. super eo, de cognat. spirituali. cap. aqua, de consecrat. Ecclesiæ. Bartol. l. item Vlpianus. ff. de excusatio. tuto. Et in terminis; quod consuetudo tolerata per Papam inducat dispensationem; etiam si ea expressè non ostendatur, tenet Hostiens. in summa de decimis. §. vtrum præscribi possint, versi. restat vt respondeamus per Tex. in cap. ad Apostolicæ. & c. cum sint, de decimis. Paulus Borgasius tracta. de irregular. 6. part. titu. de decimis. nu. 3. & 4. Vargas de Episcoporum iurisdictione, confirmat. 12. Guiller. Bened. in dicto. c. Raynuntius, verbo & vxorē. nu. 55. Et isto casu videntur fungi iure Romani Pontificis, iuxta ea quæ de iure regaliorū tradit Philipp. Probus, trac. de regalijs. c. 17. n. 2. Et secundū hæc veniunt intelligēda quę de amortizatione in Aragoniæ regno tradit Belluga in speculo Principum. rub. 14. §. videamus. n. 34. Peckius dicto. tract. de amortizatio. bonorum. c. 4.

Quare cum prædictæ rationes deficiant in Dominio Venetorum: quod licet in communi paulatim potestatē fuerit adeptū, nō ita particulariter, nec habeat ius aliud legitimū ad introducendū
203 ius amortizationis in sua Republica; id ferendū, † & dissimulandū non est; nequilibet populus eodē commoueatur exēplo: nam vt ait Cassiado. li. 10. epist. 13. *Quæ ciuitas nō fiet excusabilis, si Roma delinquerit? Rex minor ad potioris currit exemplū, & alieni facti iure inuidiā sustinet, quæ peccatis præstat exemplū.* Iacob. Simanc. lib. 9. de Repub. c. 14. n. 3. & seqq. Vnde pulchrè dixit Quintilian. declam. 255. cui titulus est, transfugæ excludendi. *Nunquā prodest malū exemplum; etiā si in præsenti occasione quadā delectat, in futurū tamen altius nocet.* Vnde Erasmus, etsi in alijs à vero & recto desciuerit, in hoc tamen nō aberrās, in quadā declamat. quæ alteri Luciani respondet, nō vno
204 in loco docet, † exēpla praua, aut periculosa, nec in Repub. inducenda, nec sequēda, iuxta. l. 1. ff. ad. S. C. Macedonia. & per Cicer. act. 3. in Verrem: quia æquum est, vt qui malis prouocantur exēplis, pœnis asperis arceantur: vt per Cassiado. li. 2. var. epist. 19. Quare cum Veneti, destituti sint omni legitima causa ad introducendum de nouo in suo Dominio hoc ius amortizationis, potest ipsis applicari quod P. Grego. 1. p. Syntagm. lib. 2. c. 28. nu. 4. ait.
" Scio multos, & rebus ecclesiarum inuidisse, & sibi magis, quàm
" Dei, piorumq; vsibus malle, & ideo & prophana quædam exēpla
" in suæ improbitatis authoritatem contorsisse, & pietatem quan-
" dam pro fuco obiecisse. Scio olim Romanos Flamines, Augures,
Salios,

" Salios, Fæciales, Pontifices conferre pecunias coactos, quæstoria
" & tribunitia sententia, vt ciuitatis æs alienum priuatis exsolueretur,
" tur, qui exhausto ante bellum Macedonicum ærario nummos in
" militaria stipendia crediderant, vt narrat Liuius. lib. 3. decadis. 4.
" & Atheniensium lege Triarchiarum, & collationum in bellum,
" Ciuitatisq; salutem neminem fuisse immunem, ne posteros quidem
" dem Hermodij & Aristogitonis, vt ait Demosthenes in oratione
" contra Leptinem. & Carolus Sigonius. lib. 4. de Republica Athe-
" niensium; versic. iam verò, quod de Trierarchijs: sed videant (in-
" quit Petrus Grego.) qui machinas astruunt istis ratiunculis, vel
" exemplis, num Deus falli posset, num ve dignum Christiana pie-
" tate sit; prædia quæ libera facta sunt iure morticinij, & à com-
" mercio hominum ex consensu Principum subducta sunt, quæ
" Dei sunt, minori gaudere priuilegio, quàm prædia nobilium,
" qui tantum Regi temporali inseruiunt, pro quorumcumque
205 morticinio nec quicquam Rex accipit. † Et licet Ecclesia, &
ecclesiasticæ personæ immunes sint à laicorum oneribus, & participent commodis, & vtilitatibus illorum: ita è contra personæ laicorum immunes sunt ab oneribus militia, laboribus, & muneribus ecclesiasticis: & nihilominus participes sunt cultus diuini, orationum, & ministeriorum earum. Sic nutritur corpus Reipublicæ per temporalia corporabilis necessarijs: per spiritualia vero verbo in anima; & ita onera compensantur in vtrisque vitæ modis. Isti clerici, Deo nobiliori Domino quotidie pro se, proue populo inseruiunt, & ministerium impendunt. Laici in corporalibus onera contrà soli sustinere debent, ne ecclesiastici duplici onere, & ministerio, corporali, & spirituali grauentur. cap. quoniam Idem mediator. 10. distinct. Petrus Gregor. lib. 3. de Republica. cap. 7. num. 6.

Et hoc æquissimum est fauore Ecclesiarum, & piæ causæ, vt,
206 non debeant laicorum leges, & statuta attendi: † quia ea quæ Dei spiritu aguntur, non subiacent regulis Iurisconsultorum. cap. licet, de regularibus. Felynus in procemio Decretal. quod incipit Rex Pacificus, in principio. Ioannes Neuicanis. lib. 1. Syluæ nuptialis, verbo non est nubendum. num. 143. Ideo Vrbanus Papa in capitulo Sancti Ruffini, relatus in cap. duæ sunt. 19. quæst. 2. ait. *Spiritus quidem Dei lex est: & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui Spiritui sancto possit digne*

digne resisteret? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo eam tradicente, erit liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita. Sed ubi spiritus Dei ibi libertas: & si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege. vt alibi dixit Diuus Paulus. 1. ad Timoth. cap. 1. & 2. Corinthio. cap. 3. & ad Galat. 5. cap. Tiraq. de pia causa priui. 159.

207 Nec ob aliud † iure non solùm canonico, sed ciuili legatum ad pias causas relictum, non debet fieri caducum, sed integrum debetur, cap. nos quidē, vbi glo. magna de testamētis, vbi Couar. num. 12. Bartol. in. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legatis. 3. & in. l. quidam, per Tex. ibi. ff. de legatis. 2. & in. l. ita stipulatus. 1. part. oppositione. 4. ff. de verborum obligatio. vbi Alex. & Iasso. & Ripa. num. 19. Ludo. Romanus in authentic. similiter. speciali. 27. C. ad legem Falcid. Bal. in. l. post mortem. C. de fideicommiss. pro quibus est. l. si cui. vbi Bart. ff. de annuis legatis. l. cum verò. §. si pro non scripto. ff. de fideicommissarijs libertat. l. legatum. ff. de vsufructu legato. Florian. in. l. Pater Seuerinam. ff. de conditionib. & demonstra. Tiraq. de priuileg. piæ causæ. priu. 38. Aegidius Magister in tracta. de amortization. cap. 7. num. 1. qui alia similia recenset priuilegia.

208 Vnde prædictis satis constat de iniustitia dicti statuti, † esseque contra libertatem ecclesiasticam omni ex parte: idque etiam testatur Ioan. Lupus tractatu de liberta. ecclesiastica. casu. 9. & 16. quæst. 10. dicens. *Venire contra libertatem ecclesiasticam eos, qui donationes Ecclesijs factas reuocare nituntur.* cap. sunt qui opes, & cap. sacrilegiū. 17. q. 4. Quare pij & graues DD. inuehunt contra Dominos temporales, qui statuta faciunt in præiudicium libertatis,

209 seu priuilegiorum ecclesiarum, cap. nouerit, & cap. graue, de sent. excommun. Guillermus Durandi, in tracta. de modo generalis concilij celebrandi. 2. part. rubrica. 66. de immun. Eccles. num. 1. dicens. "Nec illa immunitas prætermittenda est, secundum quam "quilibet potest regulariter rem suā Ecclesijs relinquere; & quòd "etiam extra manum suam ponere non est cogendus; contra quā "multi Principes, & tyranni diuersas machinationes ingerunt. Vn"de contra eos multa hactenus prodierunt remedia tā per Ale"xan. 4. in. cap. 1. de immu. Eccles. in. 6. ibi. Nec etiam liceat illis (lo"quitur de Dominis temporalibus) ipsas Ecclesias vel personas ad "distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendū "iam acquisita, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

Ideo

Ideo iniustissimum est,& iniquum à Venetis pœnas grauissimas impositas esse non seruātibus dicta statuta irrationabilia,& iniustissima;vt ipsarū metu tyrannicè ipsorū obseruantiam introducant;& occasionem calumniandi improbis tribuant aduersus pias & Religiosas personas, quæ Christiano animo, & pia affectione,vel tēpla erigere,aut alia pia ædificare loca, aut Ecclesijs, locisvè pijs,aut ecclesiasticis personis immobilia bona in votis habuere relinquere: an non hæc etiam in humanis actibus indigna erant,vt comminarentur,& exequerentur;& in religiosis & pijs indignissima sunt;vt vel facta,imò,nec in animum dictorū Ducis & Senatus,peruenta, primo etiam inculpabili motu memorētur:
210 † vt enim piè protulit Theodoricus Rex apud Cassiado. lib. 3. " variarum,Epist.45.Si humanis actibus sunt calumniæ submouen" dæ,quanto magis credimus emendanda,quæ contumeliam diui" nitatis tangere iudicamus.

Horret animus cogitans, aborretque videns, impositam pœnam exilij, & perpetui carceris ædificanti loca pia,Ecclesias,aut monasteria sine ipsorum licentia, & publicationis, aut confiscationis fundi,aut ædificij ad id destinati,vel ad pias causas relicti; quasi id faciendo,non opus meritorium,& Deo gratum & acceptabile facerent;sed immane delictum diuinæ maiestati inuisum, & execrabile committerent. Non enim aliud insinuat pœnarum
211 grauitas; † si ab ipsarum impositione,vt iura alibi faciunt,argumentum sumimus, cap.non afferamus,in fine.24.quæst.1.authen. vt fratrum filij. §. quia verò,collatione. 9. Euerardus in loco ab effectu, nu.6.l.2.ff.de publicis iudicijs.l.auxilium. ff.de minorib. glos.1.in.l.ad ea quæ.200. ff.de regulis iuris. Bal.in.l.vt vim.nu. 27.ff.de iust. & iure. Petrus Royzius decisio. Lituanica. 3. num. 576. & sequentibus.

212 Nam † teste Cicerone paradoxa.4.*Exillum est scelerum pœna*.l.2. ff.de pœnis,lex exiliū.5.ff.de interdictis,& relegatis.Vlpianus in l. qui cum natu maior.14. §.is demum. ff. de bonis libertorum.l. vltima.ff.de iniurijs.l.ad cognitionem.13. ff.ex quibus causis in possessionem eatur.l.1.ad.l. Iuliam de ambitu, in Codice Theodosiano.l.2.de his qui cum dispensat.contrah. in eodem Codice. Petrus Greg.lib.31.Syntagm.c.6.n.1.8.&.18. Est enim exulis nomen valde pœnale,& odiosum, vt ostēdit Ouidius.lib.2.Tristiū, & li.5.elegia.10.& seqq.Cęsar in oratione de cōiuratis apud Sa-

lustiũ. Cicero in probatione pro domo sua. Polib. li. 6. historiarũ. Quintil. declamat. 305. inquit enim Cicero vbi proximè. *Quid est enim exul, ipsum per se nomen calamitatis?* Et li. 5. Tusculanarũ. *Exilium credo quod in maximis malis ducitur.* Iodocus in praxi crim. c. 28. n. 9. Ideo leges non afficiunt exilio, nisi sceleratos, & impios, vt dixit idẽ Cice. dicta paradoxa. 4. Placentinus tract. de accusatio. tit. 7. num. 25. Brisson. lib. 5. de formul. fol. 540. Cassad. lib. 5. epist. 47.

213 Condignius † autem exilio puniri merentur, qui in Dei, & Sanctæ eius Ecclesiæ statuta tam nociua emittere non formidarunt; quam penam in simili, & minus præiudiciali grauamine Ecclesijs imposito Impp. Honorius, & Theodosius imponunt in. l. placet. 5. C. de Sacrosanctis Eccles. Ibi. *Si quis contrauenerit, post debitæ ultionis acrimoniam quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur.* l. si quis in hoc genus sacrilegij. authẽ. sed nouo iure. C. de Episcopis & clericis.

214 Quid autem dicendum sit de impositione pœnæ perpetui carceris, ex ipsa sola impositione patet: † cum carcer deportationi in metallum æquipararetur, vt Innocent. dicit in cap. qualiter, el. 2. de accusationib. quem refert & sequitur Rolan. à Valle. consil. 2. nu. 53. vol. 1. Ascanius Clementius tracta. de patria potestate, cap. vltimo. nu. 33. Rolan. consil. 57. num. 44. lib. 3.

215 Quæ † pœna deputationis in metallum inter capitales habetur. l. rei capitalis. ff. de pœnis. Rolan. vbi proximè. num. 54. nam damnati in metallum efficiuntur serui pœnæ. §. maxima, inst. de capitis diminutio. §. serui pœnæ. instit. quibus modis ius patriæ potesta. soluitur. Ascanius Clementius vbi proximè.

216 Et † ita carcer dicitur seruitutis species. l. 3. §. 1. ff. de libero homine exhibendo. Rolan. à Valle. vbi proximè, num. 48. Rolan. à Valle. consil. 57. num. 40. lib. 3. Alexand. consil. 133. num. 5. li. 2. l. 2. ff. de libero homine exhibendo. Marcus Anto. Eugen. consil. 76. num. 160. lib. 1. l. incredibile. ff. de pœnis. Marc. Anto. Cuc. de moratoria præscriptione, num. 21. Vitali. titul. an possit renunt. ben. cess. num. 4. maximè si sit perpetuus. l. Titio centum. §. 2. ff. de conditio. & demonstrationib. glo. & DD. in. l. antiquitas. C. de vsufructu. & in. l. post certi. C. de liberali causa. Ioann. Faber, & Angelus in. §. penult. inst. de iure personarum. Menochius. li. 1. de arbitra. Iudicum. quæst. 89. nu. 4.

217 Quia † perpetuus carcer æquiparatur morti, secundum Bald. in. l. 1.

in.l.1.n.22.C.de sacrosanctis Ecclesijs, & in.l.imperiū.1.lectura. nu.6.ff.de iurisdictio.omnium Iudicum. Matienço.in.l.3.tit.4.li. 5.recopilatio.glo.3. num. 7. Conrradus Brunus in tracta de hæreticis.cap.12.num.6.Siman.de cathol.institu.titu. 16. num. 15.

218 Quia † grauissimum est homini auræ communis haustu perpetuò priuari l.omnes.C.de pœnis. Conrra. Brun.dicto.n. 6. Simā. de repu.lib.8.cap.24.num.6.

219 Ideo † ciuilia iura talem pœnam non admissere.l.1. C. de custodia reorum.l.aut damnum.§.solent. l. mandatis. ff. de pœnis. Ioann.Igneus in.l. 1.§.subuenitur.num.16.&.21.ff.ad.S.C.Sylla nia.l.incredibile.l.seruus.C.de pœnis.glo.verbo. in perpetua, in dicta lege aut damnum. Cerdan in lib. *de la visita de carcel*. cap.3. num.8. Iacobus Simancas in enchiridio iudicum violatæ religionis,cap.57.num.1.& de cathol.institut.titul.16.num. 14. Petrus Gregorius.li.31.Syntag.cap.33 num.24.

220 Et † licet iure canonico aliquando admittatur,cap. nouimus, de verb.significatio.c.quamuis,de pœnis.lib. 6. Cerdan vbi proximè.nu.9.cap.antiqua,de hæreticis.Angel.in.l.si à milite.§.edictum. ff. de milita. testam. Menoch. vbi proximè.nu. 10. Petrus Gregorius Syntagma.3.part.lib.31.cap.32.versicul. proinde. & cap.33.num.24.

221 Hoc † non fit nisi pro grauissimis, & atrocissimis delictis, talibus nimirum propter quæ vel conuictus,vel confessus esset curiæ seculari tradendus,vt ait Conrradus Brunus vbi proximè. Menoch. dicta.q.89.num.9.Petrus Gregorius lib.31. Syntagma. cap.33.num.24.& seq.

222 Ideo † talis pœna imponitur in crimine hæresis propter immanitatem ipsius.cap.vt commissi, de hæreticis in.6.Clem.1.eodem titu.vbi DD.Petrus Paul.Parisius consil. 2. num.150. lib.4. Menochius vbi proximè.nu.11.Simancas dicto titul.16. nu.6. & 17. Conrradus Brunus dicto num. 6.&.num.10.

223 Cum † in tali crimine diuina lædatur maiestas.cap. vergentis, de hæreticis. l. Manichæos.C.de Hæreticis & Manichæis: quod grauius est quam omnem temporalem maiestatem lædere, ut ait dictum cap.vergentis.Paris de Puteo tract.de ludo,versiculo qua pœna,num.61.authentic.Gazares.C. de hæreticis. Menochius li. 1.de arbitra.Iudicum, casu.260.num.32.

224 Et † talis tanquā grauis prudentissimis viris perpetui carceris

Pœna est iudicata:vt Ca ius Iulius Cæsar olim censuerit, eos qui cum Catilina contra Romanam Rempublicam fecerant coniurationem,non esse oc cidendos,sed publicatis eorum pecunijs,ip sos in vinculis per municipia perpetuo habendos. Quam sententiam cautè exornans Cicero oratione.4. inuectiua in Catilinam,
" inquit enim. Intelligit Cæsar à Dijs immortalibus non esse sup-
" plicij causa constitutam;sed aut necessitate naturę,aut laborum,
" & miseriarũ quietem esse:itaq.eam sapientes nunquã inuiti,for-
" tes etiam sæpe libenter appetiuerunt. Vincula verò,& ea sempi-
" terna certe ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt.Sa lustius in coniuratione Catilinæ. Siman. dict.tit.16.n.16.&.dict. tit.57.de carcere perpetuo.n.5. P.Greg.dict.lib.31. Syntagmatũ.c.33.n.10. Idemq.Cicero hac de causa dixerat oratio.3.in eũ dem Catilinã. Carcerẽ vindicẽ manifestorũ scelerũ,& nefariorũ.
225 Nec ob aliud † Apollonius Thianeus, vt tradit Philost. in ipsius vita,lib.1.consultus à Rege Babylonię,de pœna imponenda Eunucho,qui deprehensus fuerat cubans vnà cum Regijs pellicibus:nihil statuendum amplius censuit,quàm vt viueret perpetuo carceri mancipatus,nec veniæ causa,sed supplicij, quòd ipsum,si
" vixisset,comitaretur.Si enim(inquit)in vita permanserit,ô Rex,
" difficilia,& toleratu aspera multa feret, nec cibo,nec potu vtẽs,
" nec spectaculis,quæ te, tuosque delectant,fruens: saliet insuper
" in eo cor frequenter,è somno excitabitur.Quis igitur sic viuenti
" morbus non aderit? quæ ve pestis viscera non laniabit? Quòd si
" non nimium vitæ amator, ipse te sæpius rogabit,ô Rex,vt se in-
" terficias,aut sibi ipse mortem conciscet,præsentem diem deplo-
" rans, quòd non statim sibi mori contigerit. Quare satis constat iniquitas,tam grauium pœnarum impositarum pro rebus,& cau-
226 sis præmia merentibus: † nam pœna non potest locũ habere,vbi non est noxa,aut delictũ.l. Sancimus.C.de pœnis. Medices in tra
227 cta.de diffinitionib.diffinitione.68.n.13. † Nec suppliciũ quis pa ti ob beneficium,id enim iniquum est,vt ait Petrus de Bias in di-
228 rectorio electionũ.1.par.c.26.n.7. † nec pœnã pati ex eo, quòd iuris auctoritate facit.l.1.C.de his qui veniam ætatis impetrauerunt; & arg. l.deuotum. C.de metall.lib.12. Iacobus de Arena. tracta.de expensis in iudicio factis,nu,3;l.sancimus.C.de administ.tutorũ,glos.verbo fieri in.l.vtique.34. ff.de damno infecto.
229 Iniquitas † autẽ prẹfatę pœnę confiscationis,seu publicationis fundi,

fundi, aut rei alterius immobilis Ecclesijs, aut alijs pijs locis relictæ; constat ex decreto Symmachi in Synodo sexta Romana relato in cap. in canonibus. 16. quæst. 1. ibi. Generaliter verò quicunque res Ecclesiæ confiscare, aut competere, vel peruadere, periculosa sua infestatione præsumpserit: similiter & hi, qui res Ecclesiæ iussu vel largitione Principum, vel quorundam potentum, aut quadam inuasione, vel tyrannica potestate tenuerint, & filijs, & hæredibus suis, quasi hæreditarias relinquerint, nisi cito res Dei admoniti à Pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur.

330 Imò, † quam imponunt confiscationem, pati debent in suis bonis qui talia statuta non formidarunt emittere: vt in simili statuit Federicus. 2. in titulo de statutis & consuetudi. contra libert. Ecclesiæ. §. Item nulla communitas, dicens. Nulla communitas, vel persona publica vel priuata, collectas, vel collectiones angarias, vel perangarias Ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant: quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel Imperio, emendare contempserint, triplum refundant; & nihilominus bona imperiali banno subijciantur: quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Vt habetur in authem. item nulla. C. de Episcopis, & clericis, cuius meminit Petrus Greg. lib. 3. de Republica. c. 7. num. 14. Et ita apparet notoria iniustitia, nullitas, & iniquitas dicti statuti Venetorum.

Finis tertiæ partis.



SVMMARIVM QVARTAE PARTIS.



1 *ONSTANTINVS Cæsar legem tulit de immunitate, & foro clericorum.*
2 *Vrbanus.2.clericorum causas solis reseruauit Episcopis.*
3 *Concilium Antissiodorense priuilegium fori confirmauit.*
4 *Concilium Toletanum.4.idem statuit.*
5 *Nicolaus.2. idem concessit.*
6 *Leo.4.fori priuilegium roborauit.*
7 *Concilium Matisconense.1.fecit idem, & nu. 13. & .14.*
8 *Gregorius.7. in Synodo Romana disposuit idem.*
9 *Eleutherius Papa clericorum causas reseruauit prælatis.*
10 *Calixtus, & Sixtus.3. Pontif. confirmant iddem.*
11 *Leo Papa idem statuit.*
12 *Concilium Carthagin. & Triburiense idem disposuere.*
15 *Concilium Chalcedonense statuit idem.*
16 *Concilium Parisiense excommunicat laicos de clericis iudicantes.*
17 *Impp. Honorius, & Theodosius causas criminales clericorum reseruant Episcopis.*

Fede-

18 *Federicus.2. confirmauit idem, adiectis pœnis.*

19 *Iustinianus in Nouellis constitutionibus fecit idem, & num. 20.*

21 *Theodoricus Rex, clericorum causas remisit Episcopis.*

22 *Athalaricus clericum de quodam crimine reum remisit Episcopo.*

23 *Carolus Magnus idem lege sanciuit.*

24 *Chalcedonense Concilium idem apertissimè statuit.*

25 *Marcellinus Papa idem statuit.*

26 *Sacerdotes sunt patres, & magistri Regum, Principum, & aliorum fidelium.*

27 *Constantinus Imp. noluit causas Episcoporū audire.*

28 *Constantinus clamide operturum dicebat clericos, & monachos, si vidisset peccantem aliquem eorum.*

29 *Constantinus combussit libellos porrectos contra Sacerdotes.*

30 *Libertas ecclesiastica consistit in exemptione clericorum à seculari iudicio.*

31 *Clerici non conueniuntur coram seculari in causa merè ciuili.*

32 *Clerici in criminalibus coram seculari non conueniuntur.*

33 *Clerici non conueniantur coram seculari in causa pecuniaria descendente ex criminali.*

34 *Clerici non cōsentiant in alium iudicem ecclesiasticū,*

sine consensu sui Episcopi.

35 *Clerici nec de consensu* Episcopi *possunt in laicum iudicem consentire.*

36 *Priuilegium fori non potest renuntiari.*

37 *Fori priuilegium, competens clericis, & ecclesiasticis, est de iure diuino.*

38 *Thomas Cantuarensis Archiep. restitit Angliæ Regi, volenti clericos secularibus subijcere: & exulauit ea de causa ab Anglia.*

39 *Diuinæ paginæ testimonia circa priuilegium fori clericorum.*

40 *Clerici sunt de familia, & sorte Dei.*

41 *Clerici sunt milites cælestis militiæ.*

42 *Clerici ritè, & rectè ordinati efficiuntur res sacræ, & spirituales.*

43 *Clerici appellantur Dij.*

44 *Clerici appellantur Christi.*

45 *Clerici sunt maiores dignitate, quam quicunque Principes laici.*

46 *Diu. Gregor. & Ambrosius sacerdotum dignitatem mirè probant.*

47 *Regia voluntas subdi debet sacerdotibus: non præferre.*

48 *Imperium temporale non debet vsurpare quæ sunt sacerdotum.*

49 *Gregor. Nazianzenus probat superioritatem potestatis*

statis spiritualis.

50 *Aegyptiorum sacerdotes fuere iudices.*

51 *Panthæi sacerdotes fuerunt iudices, & Duces.*

52 *Plato dignitatem sacerdotum mirè extollit.*

53 *Philon sacerdotes Hebræorum Regibus æquales fuisse refert.*

54 *Sacerdotum legis veteris figura sacerdotij legis gratiæ.*

55 *Sacerdotium legis nouæ dignius, & præclarius, quã antiquæ: & num. 56.*

57 *Christus sacerdotes honorandos, suo docuit exemplo.*

58 *Reges debent sacerdotibus subijci.*

59 *Beatus Franciscus, sacerdotij dignitatem mirè extollit.*

60 *Angeli sacerdotes venerantur, & reuerentur.*

61 *Sacerdotes sunt mediatores inter Deum & homines.*

62 *Vitigis. & Theodoricus Reges Italiæ noluerunt clericos iudicare.*

63 *Inferiores iudicare superiores, est contra rationem naturalem.*

64 *Inferior debet honorem superiori exhibere.*

65 *Consuetudo, quòd inferior habeat iurisdictionem in superiorem, est inualida.*

66 *Impp. Theodos. & Valentinia. causas clericorum Episcopali audientiæ reseruarunt.*

67 *Valentinianus, & Martianus alia constitutione*

statuerunt idem.

68 *Priuilegium fori, fauorabilius est, quàm canonis. & num. 69.*

69 *Priuilegium canonis est iuris positiui.*

70 *Clerici non dicuntur committere crimen læsæ Maiestatis in secularem Principem.*

71 *Princeps laicus non potest corrigere personas clericorum.*

72 *Laici compellentes clericos, & ecclesiasticos coram se venire, faciunt cõtra libertatem ecclesiasticam.*

73 *Episcopus solus habet iurisdictionem cõtentiosam in clericos suæ diœcesis.*

74 *Episcopus inhibet laico, ne cognoscat de causa clerici, etiam volentis.*

75 *Ecclesiastica potestas dignior est, & maior seculari.*

76 *Cessatio à Diuinis potest indici, quando fiunt statuta contra libertatem Ecclesiæ: aut detinetur clericus, vel canonicus per laicum.*

77 *Clericos detinentes in carceribus excommunicantur.*

78 *Nihil est omittendum, quòd ad inuestigandam veritatem pertineat.*

79 *Petrus de Ferrara reprobatur, quia putauit clericos fuisse sub potestate laicorum.*

80 *Petrus de Ferrara erat bigamus, & extra prote-*

ctionem

tectionem Ecclesiæ.

81 *Clerici nullo tempore fuerunt sub Imperio.*

82 *Noë fuit primus Rector mundi, à Deo constitutus post diluuium.*

83 *Arca Noë typum habuit Ecclesiæ.*

84 *Noë exercuit officium sacerdotis dicando altare, & sacrificia Domino offerendo.*

85 *Abel iustus, & Cayn primi sacrificarunt Deo.*

86 *Noë sacerdotis officium exercens; Theologiam, & sacros ritus filios edocuit.*

87 *Noë legem tulit vt Princeps subditis suis.*

88 *Post Noë gubernarunt mundum vicaria Dei potestate Patriarchæ, Iudices, Reges, & Sacerdotes populi Israëlitici, vsque ad Christum.*

89 *Christus successit in gubernatione mundi, dum vixit eam habuit.*

90 *Christus constituit ascensurus ad Patrem, vicarios sibi Petrum, & successores.*

91 *Christus concessit Petro, & successoribus iura cœlestis, & terreni Imperij.*

92 *Iurisdictio in clericos, & sacerdotes, omni tempore penes alios sacerdotes fuit.*

93 *Clerici potuerunt iustè eximi per Papam à potestate seculari.*

94 *Spiritualium administrationi conuenit ecclesiasticos esse exemptos à iudicio ciuili.*

Deo

95. *Deo militantes, non debent se implicare negotijs secularibus.*

96. Ecclesiastici *viri sunt laicorum pastores.*

97. *Petri de Ferrara (adulatoris Imperatoris) animæ saluatio dubia.*

98. *Clericorum, & etiam laicorum causæ omnes ad Ecclesiam deferri solebant.*

99. *Clericorum priuilegium est secundum canones iudicandum.*

100. *Innocentij opiniones quædam circa clericorũ exemptionem à seculari iudicio reprobantur.*

101. *Iudex secularis non potest clericos delinquentes à suo territorio expellere; sed ad suum iudicẽ remittere.*

102. *Christi æmuli, & præuaricantes in Deum sunt, compellentes clericos coram secularibus litigare.*

103. *Potestas temporalis, an sit antiquior ecclesiastica.*

104. *Animalia prius fuere creata quàm homo.*

105. *Homo dominatur animalibus.*

106. *Potestates temporalis, & sacerdotalis erant distinctæ iure ciuili.*

Sacerdotiũ iure ciuili non erat sub tẽporali potestate: ibidem.

107. *Moysis iudicio omnes tribus, & Leuitæ subdebantur.*

108. *Aaron fuit in sacerdotiũ electus authoritate Moysis.*

109. *Moyses constitutus à Deo Dux, Princeps, & liberator populi Israelitici, & num.* 110.

Mosi

111 *Mosi fuit tradita à Deo potestas miracula faciendi.*
112 *Moses in multis rebus sacerdotis officium exercuit.*
113 *Moses orauit vt sacerdos pro populo.*
114 *Mosi, & Aaron datæ fuerunt virgæ pro baculo pastorali.*
115 *Moses fuit Rex, legislator, Propheta, & Pontifex.*
116 *Moses fuit Dei cancellarius.*
117 *Moses habuit gladium spirituale, & temporale.*
118 *Moses fuit prior in sacerdotio, quàm Aaron.*
119 *Moses assumpsit Aaron in adiutorem sacerdotij.*
120 *Moses remansit administratione maior Aaron.*
121 *Mosem maiorē fuisse Aaron, in pluribus ostenditur.*
122 *Moses tradidit formam, & legem sacrificiorum; & ædificauit tabernaculum, & altaria.*
123 *Mosi inobedientes Dei indignationem experti.*
124 *Mosi vt sacerdoti sūmo Deus de ore ad os loquebatur*
125 *Salomon Rex, an priuauerit Abiathar sacerdotem, & quare.*
126 *Ecclesia an soluat tributum.*
127 *Christus an soluerit tributum.*
128 *Tributorum impositiones sunt de regalibus.*
129 *Ecclesia non soluit tributum in recognitionem dominij temporalis.*
130 *Ecclesiæ, & ecclesiastici exempti à solutione tributorum. & num. 144.*
131 *Christus non tenebatur ad tributi solutionem.*

Rei

Chri-

150 *Christus etiam quatenus homo, erat superior Tyberio Cæsare.*

151 *Sybilla Tyburtina ostendit Cæsari Augusto Christũ cum Virgine matre: & deinceps, Cæsar Dominus appellari renuit.*

152 *Octauianus Augustus Christi vices gessit in temporalibus.*

153 *Christus non fuit subiectus iurisdictioni Cæsaris, nec Pilati, & num. 154. & 156. & 164.*

155 *Christus nemini fuit subiectus.*

157 *Pilatus voluit se exonerare à iudicando Christo.*

158 *Scripturæ intellectus, non in folijs, & verbis; sed in sensu, & radice rationis consistit.*

159 *Christi calumniatores accusarunt ipsum vti priuatũ, non vt sacerdotem, neque Pontificem.*

160 *Pilatus perperam, & iniustè Christum iudicauit.*

161 *Exemplo non est iniquo iudicandum, sed iuribus.*

162 *Christus ex summa charitate, & vt redimeret genus humanum, permisit iudicari à Pilato.*

163 *Debitum non arguitur ex opere supererogationis.*

165 *Christus ab instanti suæ conceptionis fuit constitutus iudex viuorum, & mortuorum, & num. 166.*

167 *Laicus si iudicet clericum, in quo non apparent clericatus vestigia; non ex eo adquiritur iurisdictio in clericos.*

168 *Christus fuit sacerdos, & Pontifex.*

Tyran-

Deus

189 *Deus quæ bona per Principes largiatur.*
190 *Principibus tunc obediendum est, cum iusta, & Dei præceptis, aut canonicis sanctionibus non aduersa præcipiunt.*
191 *Diuus Ambrosius idem probat.*
192 *Diui Hieronymus, & Augustinus idem confirmant, & num.* 193. *& num.* 194.
195 *Beati qui propter iustitiã patiuntur persequutionem.*
196 *Potestates duæ sunt, spiritualis, & temporalis.*
197 *Paul. ad Roma.* 13. *intelligitur de potestatibus ecclesiasticis.*
198 *Obedientia debetur primo loco potestati Ecclesiasticæ, & num.* 199.
200 *Pontifex Summus potestatem suam cõmunicat Episcopis.*
201 *Episcoporum dignitas laudatur, & ostenditur, & num.* 202.
203 *Ecclesiast. dignitatis superioritas probatur. &.* 204.
205 *Episcopi dicuntur iudices corporum, & animarum.*
206 *Principes, & reliqui fideles debẽt obedire Põtificibus.*
207 *Seculares non possunt dici potestates clericorum.*
208 *Verba, quantumuis generalia, restringuntur ad habiles, idoneos, & capaces.*
209 *Verba generalia intelliguntur iuxta naturam subiecti.*
210 *Verba intelliguntur iuxta naturam personæ, cui diri-*

diriguntur.

211 *Verba intelliguntur secundum conditionem personæ, quàm respiciunt.*

212 *Verba generalia restringuntur ad suæ potestatis terminos.*

213 *Verba non possunt porrigi ad eos, qui sunt diuersæ iurisdictionis.*

214 *Verba generalia non includunt casum, qui est contra libertatem ecclesiasticam.*

215 *Diuus Paulus noluit ecclesiasticos viros secularibus subijcere.*

216 *Prælati ecclesiastici vltra excommunicationem, habent coactiuam potestatem.*

217 *Propter vnumquodque tale est, & illud maius est.*

218 *Argumentum à maiori est validum in iure.*

219 *Singula singulis sunt referenda.*

220 *Verba generalia interpretantur, vt non sequatur absurditas.*

221 *Contrarius sibi esse quis non præsumitur.*

222 *Corrigere se quis non præsumitur.*

223 *Laici soli subduntur secularibus potestatibus per authoritatem Pauli ad Roman. cap. 13.*

224 *Omnis homo in tangentibus animam, subijcitur sacerdotibus.*

225 *Petrus. 1. Epistola canonica. cap. 2. declaratur, & num. 226.*

Pontifi-

In

262 *In materia odiosa, clericorum appellatione, non veniunt constituti in dignitate.*

263 *Priuilegium contra ius debet intelligi, vt minus lædat ius commune.*

Stricta interpretatio fit semper in priuilegijs. Ibidem.

264 *Recessus omnis à iure communi est odiosus.*

265 *Intellectus cap. cum tibi, de verbo. signif.*

266 *Priuilegium reducens ad ius cõmune, est fauorabile.*

267 *In materia odiosa, clericorum appellatione non veniunt canonici, sed simplices clerici.*

268 *Priuilegiorum sedis Apostolicæ declaratio ad Summum Pontificem spectat.*

269 *Concedens est optimus interpres suæ concessionis.*

270 *Papa solus moderatur, & declarat priuilegia à sede Apostolica concessa.*

271 *Priuilegium lædens Ecclesiam enormiter, non valet.*

272 *Priuilegiũ cessat eo ipso, quòd incipit esse damnosum.*

273 *Priuilegium cessat, si incidit in iniquitatem.*

274 *Priuilegium cessat, si priuilegiatus abutitur ipso.*

275 *Iustitiam facere denegans priuatur officio iudicãdi.*

276 *Vassallus denegans domino suo facere iustitiam, priuatur feudo.*

277 *Abutens dominio rerum suarum, meretur priuari eo.*

278 *Abutens potestate, perdit eam.*

279 *Successor emendat facta prædecessorum, quæ indigent emendatione.*

280 *Papa non potest per prædecessorem ligari, quin faciat quæ viderit conuenire.*

281 *Papa non subijcitur constitutionibus suis, aut prædecessoris.*

282 *Papa ex causa iusta reuocat priuilegium suum, aut prædecessoris.*

283 *Iura non adaptantur ad ea, quæ nunquam, aut rarò eueniunt.*

284 *Consuetudo Anglicana, quòd Rex haberet iurisdictionem in clericos solutos, non valet.*

285 *Consuetudo, quòd Principes seculares cognoscant de causis clericorum, est contra libertatem ecclesiasticam.*



PARS

PARS QVARTA.

CLERICORVM, ET SACRATORVM virorum exemptionem, à potestate seculari latissimè confirmat: & potestatis Ecclesiasticæ prærrogatiuas supra secularem ostendit: inibiq; satisfit calumnijs hæreticorum, & contraria sentientium fundamentis: ostenditque contra fas, omneque ius esse capturam, & detentionem Scipionis Sarraceni Canonici Vicentini, & Brandolini Valdemarini Abbatis de Neruessa iussu Ducis, & Senatus Reipublicæ Venetorum factam.



T quia non minus iniusta est detentio in carceribus facta per eosdem Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum de personis Scipionis Sarraceni Canonici Vicentini, & Brandolini Valdemarini Foroiuliensis Abbatis de Neruessa, personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ. Id luce clarius patebit, si, vt est opus, consideramus dictos Ducem, & Senatum nullam in ipsos potestatem, & iurisdictionem habere.
1 Siquidem † clericorum, & ecclesiasticarum personarum exemptio à laicorum iurisdictione, & fori priuilegium ipsis competēs non solum positiuo, sed etiam diuino iure esse fundatam apparebit. Constantinus enim Cæsar pro insigni pietate sua inter alia legem constituit, de immunitate, & libertate clericorum, quos suorum Episcoporum iudicio submissos tantum, & à secularibus iudicibus exemptos esse decreuit: & quòd ipsorum iurisdictionē declinarent publicè attribuit: & quòd Episcopi iudicassent: id robur & auctoritatem sententiæ habere iussit: firma quoque, & immutabilia esse voluit, quæ in maioribus Ecclesiæ Comitijs, aut Concilijs sancirentur: In super quæ ab Hierarchis iudicio forent

decisa, ea vt à ciuili magistratu, militarique ipsius manu executioni mandarentur, constituit; libertatemque Ecclesiæ simul edicto perpetuo: quæ omnia ad suam vsque ætatem obseruata fuisse in Orientali Hierarchia, narrat Niceph. Calistus Ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 46. & ex eo Renatus Choppinus libro. 3. de sacra Politia, titulo. 6. num. 10. & de exemptione prædicta clericorum quo ad forum meminere. Pineda in Monarchia ecclesiastica lib. 12. cap. 5. §. in fine. Philipp. Bergomensis in supplemento chronicarum lib. 9. in principio. Et Clementis Papæ epistol. 1. cautum erat, vt siqui ex fratribus negotia inter se haberent presbyterorum sententia decideretur, vt refertur in
2 cap. siqui ex fratribus. 11. quæst. 1. Deinde † Vrbanus. 2. rescripsit ad Rodulphum Comitem, nulli seculari Domino potestatem in clericos habere licere, sed omnes clericos Episcopo soli debere esse subiectos ex Iuone Carnutensi. 6. parte, de causis clericorum, cap. 408. Optime Nicephor. Calistus dicto. lib. 7. cap. 47. & lib. 9. cap. 25. in fine referens Constantini concessionem, per quam forum clericorum seruari iussit.
3 † Et in Concilio Antisiodorensi cap. 43. ita cautum est. Quicunque Iudex, aut secularis, presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi iniuriam inferre præsumpserit, anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. Anto. Augustinus in epitome iuris Pontificij veteris titu. 35. de immun. clerico. cap. 11. lib. 8.
4 Similiter † in Concilio Toletano. 4. cap. 46. dicitur. Præcipiente. D. N. Sisenando Rege, constituit Sanctum Concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant; nulla præpediti necessitate ab ecclesiasticis officijs retrahantur.
5 Clarius † Nicolaus. 2. in Concilio Romano, cap. 10. statuit, vt cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent. Anto. Augustinus proximè allegatus lib. 10. titu. 11. cap. 11.
6 Leo. 4. in Synodo Rom. c. 39. Presbyteri huius vrbis Episcopũ propriũ recognoscant, & delinquẽtes canonicè iudicet, iudicatisque obedienter auscultent. Ant. August. eodem epitome li. 4. tit. 60. c. 5. Et in Concil. Matisconẽsi. 1. statutũ est etiam, clericos nõ posse coram iudicibus secularibus, sed coram Episcopis cõueniri: vt appa-

vt apparet tomo.2.conciliorum,& tradit Padilla in chronogra-
phia conciliorum orthodoxorum, folio mihi.35. Anto.Aug. di-
cto titu.60. cap.29.

8 Et Gregorius † .7.in Synodo Romana,cap.4.statuit: Quòd si
« presbyter criminosus fuerit,in præsentia Episcopi,vel Archidia-
« coni diiudicetur; & si probata fuerit eius culpa,per Episcopum,
« vel suos expellatur,& alius per Episcopum intromittatur.Anto.
Aug. vbi proximè, cap.7.

9 Vnde † Eleutherius Papa Epist.vnica,cap.2. relatus per Iuo-
nem.6.parte, cap.316.decret. & libro.4. titu.12. cap.12. & per
« Gratianum in cap.quamuis.7.3. quæst.6.post alia ait: Clericorũ
« causas apud prouinciales,& metropolitanos,atque primates, &
« ventilare,& iustè definire licere. Antonius August.vbi proximè,
cap. 10.

10 Similiter † in cap.50. si quis Episcopus.2. quæst.7. Gratianus
« ait. Si quis Episcopus, aut Diaconus,aut quilibet clericus apud
« Episcopos (quia alibi non oportet) à qualibet persona, quæ ri-
« tè recipienda est,fuerint accusati,quicumque fuerit,siue ille subli
« mis vir honoris,siue alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabi-
« lis intentionis arripuerit, nouerit probationis documenta se de-
« bere inferre. Tradunt Calixtus in Epist.ad Fœlicem,cap.2. Syx-
tus.3.Episcopis Orientalibus, cap.2. Anselmus lib.3. cap.45.&
alij,quos refert idem Anto.Augustinus dicto titu.60.cap.17.

11 Leo † Papa Epist.94. ad Episcopos Thraciæ,& Beatus Ansel
mus lib.3. cap. 110. relati per Antonium Augusti. vbi proximè,
cap. 19. canonem hoc mirè roborantem sequentis tenoris refe-
« runt. Tanta seculi potestates, circa sacerdotalem ordinem reue-
« rentia præualuere,etiam hi quos sub Imperiali nomine terris di-
« uina potentia præesse præcepit:vt ius distringendorum negotio-
« rum Episcopis Sanctis, iuxta Diualia constituta permiserint.
« Quòd cum & iuris antiqui formulis, & illibatis frequentius sit
« legibus confirmatum, præsenti tempore à plerisque inuenimus
« fuisse calcatum. Censemus,vt quicumque prætermisso sacerdote
« Ecclesiæ suæ ad disceptationem venerit secularium,sacris limini-
« bus expulsus à cœlesti arceatur altario.

12 Et in cap.5.si autē.15. quæst.7.cauetur, † quòd si presbyteri,
vel Diaconi accusentur adiuncto legitimo numero ex propinqua
regione electorum Episcoporum, quos accusati petierint, hoc

est, nomine presbyteri sex, diaconi tres, cum his reorum accusator., Episcopus causas eorum examinet. Eadem ratione dierum & dilationum;& examinationum, & personarum, inter accusatores,& accusatos seruanda: cæterorum clericorum causas solus loci Episcopus cognoscat, & iudicet. Concil. Triburense cap. 10. Concilium Carthagin. 3. cap. 20. Anselmus lib. 3. cap. 123. Burchard. lib. 2. cap. 205. Anto. Augustin. vbi proximè cap. 24. Iuo Carnot. 6. part. 280.

13 Idem † confirmauit Concilium Matisconense dicto. cap. 7. &. 8. vbi dicitur. *Omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut in presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur.* & refertur in cap. 6. nullus. 11. quæst. 1. & apud Burchar. lib. 16. cap. 21. vbi contra inobedientes quædam imponuntur pœnæ, cuius etiam canonis meminit Anto. Augusti. dicto titu. 60. cap. 30. œconomia canonica. 3. class. §. 13.

14 Et † ex alterius Matisconensis Concilij secundi decreto, cap. 10. idem confirmatum est & innouatum, dum dixit: « Quòd neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de Ecclesijs trahantur, aut iniuriam aliquam inscio Episcopo eorum patiantur; sed quidquid quis aduersus eos habuerit, in notitiã Episcopi proprij perducat;& ipse causam iustitia præeunte discutiens, animo clericos accusantis satisfaciat. » Anto. Augustin. vbi proxime. cap. 32. & 44. referens ex Concilio Trosleiano cap. 3. & Chalcedonensi, cap. 9. quòd clerici, & monachi qui inter se negotium habuerint, à suo Episcopo iudicentur, & non à secularibus.

15 Et † in Concilio Chalcedonensi cap. 9. cauetur. « Quòd si quis clericus aduersus clericum negotium habeat, non deserat proprium Episcopum, & ad secularia percurrat iudicia; sed prius apud ipsum actio vetiletur: vel certè consilio eiusdem apud alios quos vtraque pars voluerint iudicium obtinebunt: » Vt habetur trassumptiuè in cap. 1. de foro competenti, & habetur actio. 15. dicti Concilij. & in cap. si clericus. 11. q. 1. Burchar. lib. 2. decreto. c. 183. Iuo. 6. part. c. 328. & cap. 360.

16 Vnde † Conciliũ Parisiense. c. 1. alias. 10. relatum per Burchar. lib. 1. cap. 22. iubet. « Quòd, nullus iudicum neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut minores Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distringere, aut cõdemnare præsumat. Quòd si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui iniuriam irrogare dignoscitur,

tur tandiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscat, & emendet. Vt ait Tex. in cap. 2. de foro cõpetenti, & clarius Greg. Pontifex in c. 4. eodem titulo dicens: Si quis contra clericũ causam habuerit, Episcopum ipsius adeat. Et in integra. c. quòd clerici, 9. eodem titulo ex collectione insignium virorum vtriusque Antonij, scilicet Contij, & August. Celestinus. 3. dixit quòd. *Nullus Episcoporum, uel clericorum ad iudicia secularia est trahendus: habent enim illi suos iudices: nec quicquam est eis publicis commune cum legibus.*

17 Imò † Imperatores Honorius, & Theodo. in. l. 41. tit. 2. li. 16. C. Theodosiani dicũt, clericos non nisi apud Episcopos accusari cõuenire, & nõ oportere alibi, à qualibet persona acusati fuerint.

18 Et † idem apertius statuit Federicus. 2. Cæsar in noua constitutione de statutis, & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ. §. item statuimus, collatio. 10. & habetur in authen. statuimus. C. de Episcop. & clericis, vbi dicitur. Statuimus, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat, contra constitutiones Imperiales, & canonicas sanctiones. Quòd si actor fecerit suo iure cadat, iudicatum non teneat, & iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur. Bal. nu. 6. in. l. testamenta. C. de testamentis. Guido Papæ, quæstio. Dalphinatus. 77. nu. 2. Hottomanus in cõmenta. ad li. 2. feudorum super cõstitutionibus Frederici pag. mihi. 340. & 343. Aluarottus in. §. statuimus, titu. de statutis contra libertatem Ecclesiæ, num. 1. Lapus allegatio. 92. num. 6. circa finem Aufrerius in tractatu de potestate seculari, versicul. quoniam frequenter, num. 5.

19 Vnde † in Nouella Iustiniani. 9. cap. 1. Iulianus antecessor earundem nouellarum in epitome congestor. ita cauetur. Si quis cum Monachis, vel sanctimonialibus habeat litigium, non audeat Monachum, vel sanctimonialem, in asceterio, siue in monasterio, vel alibi constitutam, ad ciuilem iudicem accusare, vel trahere; sed magis adeat Ciuitatis Episcopum: ille enim æstimabit, vtrum repræsentari principalis persona debeat: an per Hegumenum, vel Apocrisiarium defendi, scilicet cum omni honestate, ita vt Episcopus legibus, & canonibus consentaneam sententiam proferat. œconom. canonica. 3. class. §. 13.

20 Et in nouella. 83. dicturi. Si quis cum clerico litigiũ habuerit; siquidem de causa pecuniaria; adeat prius Episcopum, cuius iudicio

" iudicio clericus ſuppoſitus eſt:ille enim ſine damno, ſine dilatio-
" ne competentem finem liti impoſiturus. Idem repetitur nouella 123.cap.32.

21 Et † Theodoricus Rex clericorum cauſas ad Epiſcopum remiſit, vt conſtat ex quadam ipſius epiſtola miſſa Mediolanenſi Epiſcopo apud Caſsiador.lib.1.variarum,epiſto.9. qui poſt alia
" ait. Sed quoniam & ipſi clericatus nomine fungebantur; ad ſan-
" ctitatis veſtræ iudicium cuncta tranſmittimus ordinanda; cuius
" eſt,& æquitatem moribus talibus imponere, quam nouimus tra-
" ditionem eccleſiaſticam cuſtodire.

22 Et † magis piè hoc cuſtodiuit Athalaricus Rex, qui ſacerdotem reum ad Epiſcopum remiſit: vt ait Caſſado.lib.8.cap.24.
" dicens. Tanto diuinitati plura debemus, quanto à cæteris morta-
" libus maiora ſuſcepimus: nam quid ſimile rependat Deo, qui po-
" titur imperio? Sed licet pro tanto munere nihil compenſari poſ-
" ſit idoneè: ipſi tamen gratia redditur dum in ſeruientibus hono-
" ratur. Itaque flebili aditione cauſamini hoc fuiſſe longe conſue-
" tudinis inſtitutum: vt ſi quis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſer-
" uientem aliqua crederet accuſatione pulſandum, ad ſupradictæ
" ciuitatis antiſtitem negotium ſuum dicturus occurreret, ne cle-
" rus veſter forenſibus litibus profanatus, negotijs potius ſecula-
" ribus occupetur: addentes diaconum quoque veſtrum ad contu-
" meliam religionis, tanta executionis acerbitate compulſum, vt
" Saius eum propriæ cuſtodiæ crederet mancipandum. Presbyterũ
" quin etiam Romanæ Eccleſiæ pro leuibus cauſis aſſeritis crimi-
" naliter impetitum. Quod nobis pro ingenita reuerentia quam
" noſtro debemus auctori, diſplicuiſſe profitemur: vt qui pridem
" ſacris meruerant inſeruire miniſterijs, conuentionibus irreueren-
" ter nefarijs expoſiti iniurijs ſubiacerent. Atque ideo conſideran-
" tes Apoſtolicæ ſedis honorem: & conſulentes deſiderijs ſuppli-
" cantium, præſenti auctoritate moderato ordine diffinimus: vt ſi
" quiſpiam ad Romanum clerum aliquem pertinentem in qualibet
" cauſa probabili crediderit actione pulſandum, ad Beatiſsimi Pa-
" pæ iudicium prius conueniat audiendus. Vt aut ipſe inter vtroſq;
" more ſuæ ſanctitatis agnoſcat, aut cauſam deleget æquitatis ſtu-
" dio terminandam.

23 Idem etiam † lege Caroli Magni ſancitũ eſt, vt patet in Lombarda.l.volumus,titul.1.lib.3.legum Longobardo. Hottomanus

vbi

vbi proximè, & Iustinianus in authen. vt clerici coram proprijs Episcopis conueniantur, in rubro, & nigro, collat. 6. & alia œcu-
14 menicorum Conciliorum decreata sunt idem statuentia. † Si quidem in Chalcedonensi Concilio, cano. 9. dicitur. *Si clericus aduersus clericum habet negotium, non relinquat Episcopum suum, & ad secularia iudicia non recurrat, &c.* Concilium Agathense canone. 32. *Clericum nullus præsumat apud secularem iudicẽ Episcopo non permittente pulsare.* Concil. Carthaginense. 3. canone. 9. & Concilium Toletanum. 3. cano. 13. F. Petrus Bollo in œconomia canonica. 3. class. §. 13. versi. probatur primo. Anto. de Pretis de iurisd. Episcop. cap. 3. num. 4.

15 Similiter † Marcellinus Papa epistol. 2. ait. Clericum cuiuslibet ordinis, absque Pontificis sui permissu, nullus præsumat ad secularem iudicem trahere. Gregorius. 2. lib. 11. epistol. 14. ad Ioannẽ defensorem: de persona, inquit, presbyteri, hoc attendẽdum est, si quam causam habuit, non ab alio teneri: sed Episcopum ipsius adire debuit. Et Syluester Papa cap. 16. Synod. Roma. ait. Nullus clericus, vel Diaconus vel presbyter propter quamlibet causam, intret in curiam, nec ante ciuilem iudicem suam præsumat dicere causam. Vt habetur in cap. nullus. 3. 11. quæst. 1. cap. inolita, eadem causa & quæst. cap. placuit. cap. si quis cum clerico, cum tribus sequentibus. Ibidem Hierony. Gratus responso. 87. nu. 3. volum. 1.

16 Quis † enim dubitet, sacerdotes Christi, Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magistros censeri? nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrũ sibi conetur subiugare; & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solùm in terra, sed etiam in cœlis se ligari posse, & solui? vt habetur in c. quis dubitet, 96. distinct. F. Pet. Bollo vbi proximè. Rebuf. in tracta. quæ sunt scholasticis necessaria, necess. 6.

17 Vnde † meritò ab omnibus laudatur vox illa magni Constantini, qui ad Episcopos quosdam, qui suos collegas accusabant eisdem crimina imponentes, ait. *Vos Dij estis, a summo Deo constituti, conueniens non est, ut homo iudicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est. Psal. 81. Deus stetit in congregatione Deorũ: in medio autem Deos discernit.* Vt referunt Eusebius Cæsariensis libro secundo in vita Constãtini, & lib. 10. cap. 1. Sozomenus in tripartita, lib. 2. cap. 2. Diuus Grego-

Gregorius lib.4.epist.ad Mauritium. Theodor. lib.1. cap.7 Augustinus epistola.66. Gratianus in cap.sacerdotibus.11. quæst.1. Antonius Augustinus dicto lib. 4. epitomes de iure veteri, titul. 60.cap.46.F.Petrus Bollo in dicto.§.13.versic.præterea. Petrus Messia in vita Constantini. cap.2. Ruffinus lib.12.cap.2. Ioannes Hugo in tract. de officio quatuor prælatorum. §. de sacerdotij reuerentia.num.4. Nicephorus Callistus lib. 8.cap.16.Rebuf.de protectio.concord.glos.1.versic.imo dicit.

Nec mirum si Episcopis talem habuerit reuerentiam, qui talem sacerdotibus exhibebat; vt dixerit memorabile suæ pietatis
28 documentũ præstans.† *Vere si proprijs oculis uidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui in monachali habitu circumamicti sunt, peccantem, clamidem meam expoliarem, & coopertrem eum, ne ab aliquo uideretur.* cap.in scripturis.96.distinct.cap.sacerdotibus.11.quæst.1. Ioannes Hugo vbi proximè. Hierony. Albanus de potestate Papæ. 1. parte.nu.166.Petrus Albinianus, tracta. de Pontificia potestate, in principio nu.6. Nicephorus Callistus lib.8.ecclesiast. historiæ.
29 cap. 16. Et † libellos contra aliquem sacerdotem accusationem continentes, ab aduersarijs, aut æmulis sibi oblatos igne comburendos mandauit, dicens. *Hæ accusationes in magni Iudicij die, iudicem suum habebunt, mihi enim homini sacerdotum causas iudicare non licet.* Vt tradit Sozomenus lib.2.tripartitæ historiæ.c.2. Angelus Roccha in biliotheca Vaticana, cap. de Concilio Niceno primo, pagina mihi.60. Baptista Fulgosius lib.1.memorabilium, cap.1. de cultu religionis.§.de Constantino Max. Imperatore. Nicephorus Callistus lib. 8.ecclesiast.historiæ cap 16. Ioannes Hugo. dicto.§. de sacerdotij reuerentia. num.4.

30 Vnde † merito ecclesiasticæ libertatis inter alia, illud priuilegium est, quòd clerici, maximè in sacris constituti, liberi sint à potestate, & iudicio seculari, vt tradunt Fabianus.1.Papa epist.1. &.3.c.2. Anacletus epist.1.cap.3. Stephanus epistola.2. Eugenius in cap.decernimus. Lucius.3.in cap.clerici, & in cap. at si clerici. Inno.3.in cap.qualiter, de iudicijs. Bonifacius. 8. in cap.vnico de clericis coniugatis, lib.6.& in cap.si iudex laicus, de sententia excommu.eodem lib. quæ decreta confirmantur in cap. nullus, de foro competenti.c.significasti, & finali, eodem.tit.& in Concilio Tridentino. sess. 23. de reformatione, cap. 20. & latè in.96.distinctio.&.2.q.2. per totas, & iure regio Hispaniarum.l.57.tit.

6.par-

6.partita.1.l.7.titul.3.lib.1.noui ordinamenti.l.5. &.13. titul.3. lib.1.nouæ recopilationis,optimè Nicolaus.1.epistol. 3. ad Michaëlem Imperatorem. Valentinianus & Martianus in.l. priuilegia.C. de sacrosanctis Ecclesijs. Ioannes de Roa Dauila in apologia de iuribus principalibus defendendis, & iuste moderandis. q.2.nu.63. Francisc. Marcus q.250.n.1.& q.515.n.1.& q.1125. num.3. F. Michael Agia in tracta.de exhiben. auxilijs, fundamento.21. Guillermus Durandi in tractatu de modo generalis concilij celebrandi. 2.parte rubrica.3. num. 1. Stephanus Aufrerius in tracta. de potest. seculari super. eccles. personas, in introductione.num.2.

31 Nec † possint coram secularibus conueniri, non solum in causa ciuili merè.cap.non liceat.3.q.cap.1.&.2.11. q.1. dicto cap. qualiter, & quando de Iudicijs, cap.2. de foro competen. vbi Ioannes Andreas idem in cap.1.de clericis coniuga.lib.6. Hostiensis,& Ioann.And.in dicto cap.clerici,de Iudicijs,& in cap. quod clericis,& cap.verum,de foro compet. Bernardus Laurentius in tracta.de potesta. secula. super eccles. personas. num.3. Ioannes Lupi Segobiensis in tracta.de liberta. Ecclesiast.2. par. q.1.nu.2. Petrus Rauenna de feudis. §. item statuimus, tom.10. tracta.part.1. Bertachinus in tracta.de Episcopo. 5.part. lib.4. nu.5. Molina de iustitia tom.1. disputat. 31. in princ. imo vt ait Castal.tracta.de imper.q.101.10.

32 Nec † in criminalibus, dicto.cap.at si clerici.cap.cum non ab homine,de iudicijs.cap.nullus.cap. significasti, de foro compet. c.clericum.11.q.3.& vtrobique. DD. Auiles. cap.20. Prætorum glo.vsurpan.num.8.c.vnico.de cleric.coniung. in.6. vbi Archid. Andre.Sicul.in dicto.c. at si clerici,additio.ad Capell. Tholosa. q.95.nu.2. Angel.consil.340.incip. magister,dicens, quòd clerici sunt exempti à manu iudicis secularis, & ei in nos interdictam omnem iurisdictionalem potestatem.c.si iudex.de sent. excom. in.6.

33 Nec in causa pecuniaria ex criminali descendente, vt notat Ioan.in.c.ad hæc. 32. distinct. & in. cap. Adrianus. 63. distinct. Bernar,& Hostiens.in cap.decernimus,de Iudicijs,& in. c. 2. de foro compet. vbi Ioan.And.Bernar.Lauren.dicto num. 3. Iacobinus in.l.si quis postea.n.9. & in. l.2. §. sed si agant.nu.3.ff. de iudicijs. Grammat.consi.1.post decis.num.14.

Quod

Quod † in tantũ verũ est, quòd clerici non possunt consentire in alium iudicem, etiam ecclesiasticum, quàm in suum Episcopũ, nisi de eius licentia. cap. si diligenti, de foro compet. l. si quis ex consensu. C. de Episcopali audientia. Andreas Yernia in cōmentarijs ad constitutiones Siciliæ lib. 1. titul. 50. rubrica qua pœna vniuersitates teneantur. Tex. apertus in cap. significasti, vbi Abb. nu. 7. de foro competenti. Paulus Castrensis consi. 432. num. 3. versic. igitur. volum. 1.

35 In † laicum autem nullo modo, nec de consensu Episcopi, vt ex dicto cap. si diligenti. & cap. significasti, de foro compet. tradit Anto. Massæ Galles ad formam Cameræ obligationis. 2. part. versic. quæritur an virtute. nu. 1. & 2. Rolan. à Valle. consi. 12. nu. 23. & seq. lib. 4. & consi. 4. nu. 20. lib. 1.

36 Quia † clerici nō possunt foro suo ecclesiastico renūtiare, nec priuilegiũ clericale partium renuntiatione potest tolli. c. placuit. 11. q. 1. dict. c. si diligēti. c. significasti. Guillermus Benedictus in dicto. c. Raynuntius, verbo & vxorem. nu. 121. de testamentis. Ioan. Hieronym. Albanus in tract. de potesta. Papæ. 2. p. n. 129. & notatur per glo. verbo expetere, in c. nō liceat. 3. q. 6. & in. c. P. & G. verbo prorrogatio, de officio delegati. Nepos à Mōte Alban. tract. de exceptio. arti. 6. n. 15. Baptist. à S. Blas. in tract. contradictionum iuris ciuilis cũ canonico nu. 32. Rolan. dicto consi. 4. nu. 9. li. 1. Iasso. in. l. nolle. n. 2. ff. de acq. here. Fed. de Sen. q. 235. nu. 2.

37 Cuius † ratio est, nã fori priuilegiũ clericis cōpetens, & ipsorum exemptio à secularium potestatum iurisdictione est de iure diuino: probat bonus Tex. in cap. si Imperator. 96. distinctio. vbi glo. verbo & discuti, quã omnes extollunt, & sequitur Zabarella in cap. perpendimus, de sententia excomu. Tancred. Inno. & Hostiens. Ioan. And. & Barba. in cap. 2. de maiorit. & obedi. & alij, quos refert & sequitur Aufrerius in tractatu de potest. secula. supere eccles. perso. in introductione. nu. 7. Ioannes de Selua in tracta. de beneficio. 4. part. q. 8. num. 17. versic. Item non obstat. Thomas Grammaticus voto. 33. nu. 6. & seqq. & n. 16. Hieronymus Albanus de potest. Papæ. 2. par. nu. 129. Iocobatius de Concilijs lib. 7. art. 5. num. 203. Hieronymus Gigas tractatu de crimi. læsæ Maiest. q. 68. rub. quis de crimine læsæ Maiestatis cognoscere possit, num. 15. Abb. in dicto cap. 2. de maio. & obed. num. 1. Rolan. à Valle. dicto consil. 4. num. 30. lib. 1. Couarr. in practicis. cap. 31.

cap 31.nu.1.Marcus Anto. Eugenius consil.26.nu.23. libro.10. Cardina.Florentinus in dicto cap.perpedimus,oppositione.7. Franciscus Marcus.q.515, nu.1.Eelin.num.6. Decius nu.5.in.c. Ecclesia sanctæ Mariæ;de constitutio. Ludoui. Gomezius in.c. 1.nu.67.de constitutio.in 6.Alciat.in cap.cum non ab homine nu.20.&.46.de iudicijs. Nauarro in cap.nouit,eodem titulo. IoannesOroscius in.l.de quibus.nu.144.ff.de legibus.Mencha. de sucesio.creatio.§.22.n.58.Ioan.Gutierrez in.l.nemo potest. n.107.ff.de legatis.1.pro quibus est bonus tex.in cap.Syluester, & Faustinus ibi.contra leges diuinas.11.q.1. Concil. Trident. " sessio.25.cap.20.ibi.Nec permissuros,vt officiales,aut inferio- " res magistratus Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum im- " munitatem Dei ordinatio,& canonicis sanctionibus constitu- " tam,aliquo cupiditatis studio,seu inconsideratione aliqua vio lent.Optimè Castillo in.l.66.Tauri,glo.verbo *de se arraigar*.ver sic.Item datur.Rolan.à Valle consi.23.nu.6.vol.2. Nauarro in dicto c.nouit,de iudicijs,notabili.3.num.52.& seq. Aceuedo in l.6.titulo.3.lib.1. nouæ recopilationis Ioann. Garcia tract. de nobilita.glo.9.num.2.Ioannes Maior.libro.3.de gestis Scottorum cap.15.Ioannes Salisberiensis in Policraticum de curialiũ nugis,lib.5.cap.5.Bernardus Laurentius in suo tractatu de ca sibus,in quibus iudex secularis potest manus apponere in per- " sonas clericorum, num.5.dicens. Quòd clerici sunt exempti à " potestate laicorum auctoritate summi Dei omnium rerum cõ- " ditoris.iuxta cap.cum ad verum.cap.duo sunt.cap.imperator. 96.distinc.Guillelm.de Montelaud. in clem.1. de officio ordinarij.Innocenti.in cap.si quis,de maio.& obedien.& in cap.licet,de foro competen. Idem Bernar.Laurẽtius tract.de potesta.seculari super ecclesiast.personas nu.5. tomo.16.tractatuũ. pro quo Ioannes Maior dicto cap.15.ponderat Bonifacij octaui decisionẽ in.c. quanquam.§.cum igitur,de censibus,li.6.vbi. " dicit. Cum igitur ecclesiæ,ecclesiasticęq́;personæ ac res ipsarũ " non solùm iure humano, quinimo & diuino à secularium per- 38 sonarum exactionibus sint immunes. Et ibi refert † quòd Beatus Thomas Cantuariensis ab Anglia exulauit, quia ecclesiasticos viros iudicio seculari Rex subijcere voluit: cuius sententiæ vir Dei Thomas refragatus est: & propterea à Regno extorris eiectus est.

39 Et † esse istud fori priuilegium de iure diuino satis colligitur. Num. 3. c. ibi. *Ego tuli Leuitas à filiis Israel, eruntque Leuitæ mei, meum est enim primogenitum*, & cap. 18. & Iosue cap. 17. in fine. *Tribui Leui non dedit possessionem: quoniam Deus Israel, ipse est possessio eius.* & illud Psalm. 104. *Nolite tangere Christos meos.* glo. verbo degenerari in authē. de non alienan. rebus Ecclesiæ, collat. 2. & apud Diuum Matthęum cap. 17. Christus Dominus non obscurè se liberum profitetur à censu, & sacerdotes etiam exemisse, qui filij sunt Dei altissimi. Ioannes Driedonius de libertate Christiana, fol. 109. Ioann. Garcia dicta glo. 9. nu. 2. Petrus Rebuf. in concordata, rubrica de protectione concordatorū, glos. 1. versic. item potest.

40 Sunt † enim clerici de familia, & sorte Dei. Vnde Diuus Hieronymus ad Nepotianum epist. 2. tom. 1. dicit clericos à κλῆρος Grecè, Latinè, sors appellatos: propterea clerici dicūtur, quia de sorte Domini sunt. Beatus Isidorus lib. 7. ethimologia. cap. 12. relatus in cap. cleros. 21. distinct. Marcus Antonius Marsil. in tracta. de ecclesiastico redditũum origine. 3. p. cap. 23. n. 49. Turrecremata in summa de ecclesia. li. 1. cap. 85. Marcus Mantua in dialogo de cōcilio. n. 23. Alciatus lib. 5. parergō iuris. c. 22. Ioannes Bræcheus in. l. nihil aliud. nu. 5. ff. de verborum significatione, vel quia Dominus ipse sors: id est pars clericorū sit, vt in Psal. 77. *Pars mea Dominus.* & Psalmo. 15. *Dominus pars hereditatis meæ.* Aluarus Pelag. li. 2. de plāctu eccle. c. 2. c. clericus. 12. q. 1.

41 Et ideo † appellantur milites cœlestis militiæ glo. 1. in. l. penultima. ff. de militari testamento, cap. 1. de clerico ægrotante. c. saluator. 1. q. 3. c. 1. in fine, titulo de vassallo milite qui arma bellica deposuit, in vsibus feudorum. glo. in. l. miles. versic. facere. ff. de re iudicata, & in. l. 1. §. est aliud, versiculo cœperit. ff. si quis à parente fuerit manumissus. Bonus de Curtili tract. de nobilitate. 3. par. n. 222. Zoanetus de Romano imperio. n. 18. P. Grego. syntag. 2. p. lib. 16. c. 1. nu. 5.

42 Et ideo † etiam eo ipso quòd quis ordinatur in clericū, efficitur res sacra, & spiritualis, & in partem Domini trāsit. cap. cui portio. 12. q. 1. Hieronymus Gigas de crimine lęsę Maiest. dicta. q. 68. §. vidimus. nu. 15. Innocent. & Ioannes Andre. in cap. significantibus, de officio delegati. Antonius de Prætis de iurisdictione Episcoporum, cap. 3. num. 5. Cassan. in cathalo. glo.

mun-

mundi.4.parte.consid.2.Rolan.à Valle.consi.4.num.7.lib.1.
43 Et ita † appellantur Dij, vt in Psalmo. 80. *Ego dixi, dij estis.* cap.duo sunt.12.q.1.cap.solitæ,de maior.& obedietia. Ioannes Salisberiensis dicto lib.5.cap.5. Marcus Anto.Columna de Eccles.reddit.origine.2.par.cap.17.nu.13.Exodi.cap.22.*Dijs nõ detrahes*. c. cum ex iniuncto,de hæred.
44 Alibi † Christi nuncupantur, dictoPsal.104. & 1. Paralipo. c.16. Marcus Anto.Colum.vbi proximè nu.14.Rodericus Zamorēsis in speculo vitæ humanę lib.2.cap.10.Et Malachiæ cap. 2. dicitur. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirunt ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est.* Ipsa quoqueChristi Domini veritas Lucæ cap.10.ait. *Qui uos audit, me audit; qui uos recipit, me recipit.* Et Math.10. *Qui uos spernit, spernit eum qui misit me.* Et Zacharię.c.2. *Qui tangit uos, tangit pupillã oculi mei.* Vnde nõ mirũ si à laicis quantũuis excellētibus nõ valeant iudicari, nec coërceri.
45 Et † confirmatur, nam clerici sunt maiores quibuscũque laicis, etiamPrincipibus.cap.1.in fine.17.distinctio.cap.quis dubitet.96.distinct.c.duo sunt.12.q.1. Speculator in titulo de cessio.actionis.§.1.versic.ex proximè dictis.Diuus Chrysostomus de verbis Isaiæ homil.4.dicens. *Sacerdotium Regno maius est.* Bald. in authen.habita.num.77.C.ne filius pro patre.Iasso in.l.generaliter.nu.6.ff.in ius vocanda. Hieronymus Gigas de pēsionib.
46 q.22.nu.13. Flosculus Clerico.2.p.nu.116. † Diuus Gregorius circa principium pastoralis inquit. Honor & sublimitas nullis " poterit cõparationibus adæquari, si Regum fulgori compares, " & Principum diademati longè inferius erit; quã si plumbi me- " tallum, & auri fulgorem compares: quippe cũ videamus Regũ " colla, & Principũ, submitti genibus sacerdotum, & osculata eo " rũ dextera: orationibus eorũ credant se contineri. D. Ambros. " relatus per Rodericũ Zamorensē, vbi proximè dicens. Nihil in " seculo excellētius sacerdotibus, nihil Episcopis sublimius repe " riri potest: vt cum dignitatem eorum oculis demõstramus: dig " nè noscamus quod sumus professione: actione etiam demõstre " mus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus. D.Ioã.Chrysostomus huius status gradum & excellentiã signans ait. *Sacerdotibus Ecclesiæ Deus cunctos uoluit esse subiectos, ad quos uniuersa quæ in Ecclesia occurrunt uoluit pertinere.* Diuus Augustinus clericorum statum, & ecclesiastici ordinis sublimitatem designans, scri-

280 *Papa non potest per prædecessorem ligari, quin faciat quæ viderit conuenire.*

281 *Papa non subijcitur constitutionibus suis, aut prædecessoris.*

282 *Papa ex causa iusta reuocat priuilegium suum, aut prædecessoris.*

283 *Iura non adaptantur ad ea, quæ nunquam, aut rarò eueniunt.*

284 *Consuetudo Anglicana, quòd Rex haberet iurisdictionem in clericos solutos, non valet.*

285 *Consuetudo, quòd Principes seculares cognoscant de causis clericorum, est contra libertatem ecclesiasticam.*



PARS

PARS QVARTA.

CLERICORVM, ET SACRATORVM virorum exemptionem, à potestate seculari latissimè confirmat: & potestatis Ecclesiasticæ prærrogatiuas supra secularem ostendit: inibiq; satissit calumnijs hæreticorum, & contraria sentientium fundamentis: ostenditque contra fas, omneque ius esse capturam, & detentionem Scipionis Sarraceni Canonici Vicentini, & Brandolini Valdemarini Abbatis de Neruessa iussu Ducis, & Senatus Reipublicæ Venetorum factam.



T quia non minus iniusta est detentio in carceribus facta per eosdem Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum de personis Scipionis Sarraceni Canonici Vicentini, & Brandolini Valdemarini Foroiuliensis Abbatis de Neruessa, personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ. Id luce clarius patebit, si, vt est opus, consideramus dictos Ducem, & Senatum nullam in ipsos potestatem, & iurisdictionem habere.
1 Siquidem † clericorum, & ecclesiasticarum personarum exemptio à laicorum iurisdictione, & fori priuilegium ipsis competés non solum positiuo, sed etiam diuino iure esse fundatam apparebit. Constantinus enim Cæsar pro insigni pietate sua inter alia legem constituit, de immunitate, & libertate clericorum, quos suorum Episcoporum iudicio submissos tantum, & à secularibus iudicibus exemptos esse decreuit: & quòd ipsorum iurisdictioné declinarent publicè attribuit: & quòd Episcopi iudicassent: id robur & auctoritatem sententiæ habere iussit: firma quoque, & immutabilia esse voluit, quæ in maioribus Ecclesiæ Comitijs, aut Concilijs sancirentur: In super quæ ab Hierarchis iudicio forent

decisa, ea vt à ciuili magistratu, militarique ipsius manu executioni mandarentur, constituit; libertatemque Ecclesiæ simul edicto perpetuo: quæ omnia ad suam vsque ætatem obseruata fuisse in Orientali Hierarchia, narrat Nicepho. Calistus Ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 46. & ex eo Renatus Choppinus libro. 3. de sacra Politia, titulo. 6. num. 10. & de exemptione prædicta clericorum quo ad forum meminere. Pineda in Monarchia ecclesiastica lib. 12. cap. 5. §. in fine. Philipp. Bergomensis in supplemento chronicarum lib. 9. in principio. Et Clementis Papæ epistol. 1. cautum erat, vt siqui ex fratribus negotia inter se haberent presbyterorum sententia decideretur, vt refertur in cap. siqui ex fratribus. 11. quæst. 1. Deinde † Vrbanus. 2. rescripsit ad Rodulphum Comitem, nulli seculari Domino potestatem in clericos habere licere, sed omnes clericos Episcopo soli debere esse subiectos ex Iuone Carnutensi. 6. parte, de causis clericorum, cap. 408. Optime Nicephor. Calistus dicto. lib. 7. cap. 47. & lib. 9. cap. 25. in fine referens Constantini concessionem, per quam forum clericorum seruari iussit.

3 † Et in Concilio Antisiodorensi cap. 43. ita cautum est. Quicunque Iudex, aut secularis, presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi iniuriam inferre præsumpserit, anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. Anto. Augustinus in epitome iuris Pontificij veteris ritu. 35. de immun. clerico. cap. 11. lib. 8.

4 Similiter † in Concilio Toletano. 4. cap. 46. dicitur. Præcipiente. D. N. Sisenando Rege, constituit Sanctum Concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant; nulla præpediti necessitate ab ecclesiasticis officijs retrahantur.

5 Clarius † Nicolaus. 2. in Concilio Romano, cap. 10. statuit, vt cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent. Anto. Augustinus proximè allegatus lib. 10. titu. 11. cap. 11.

6 Leo. 4. in Synodo Rom. c. 39. Presbyteri huius vrbis Episcopū propriū recognoscant, & delinquētes canonicè iudicet, iudicatisque obedienter auscultent. Ant. August. eodem epitome li. 4. tit. 60. c. 5. Et in Concil. Matisconēsi. 1. statutū est etiam, clericos nō posse coram iudicibus secularibus, sed coram Episcopis cōueniri: vt appa-

vt apparet tomo.2.conciliorum,& tradit Padilla in chronographia conciliorum orthodoxorum, folio mihi.35. Anto.Aug. dicto titu.60. cap.29.

8 Et Gregorius † .7.in Synodo Romana,cap.4.statuit: Quòd si
" presbyter criminosus fuerit,in præsentia Episcopi,vel Archidia-
" coni diiudicetur; & si probata fuerit eius culpa,per Episcopum,
" vel suos expellatur,& alius per Episcopum intromittatur. Anto. Aug. vbi proximè, cap.7.

9 Vnde † Eleutherius Papa Epist.vnica,cap.2. relatus per Iuonem.6.parte, cap.316.decret. & libro.4. titu.12. cap.12. & per
" Gratianum in cap.quamuis.7.3. quæst.6.post alia ait. Clericorũ
" causas apud prouinciales,& metropolitanos,atque primates, &
" ventilare,& iustè definire licere. Antonius August.vbi proximè, cap. 10.

10 Similiter † in cap.50. si quis Episcopus.2. quæst.7. Gratianus
" ait. Si quis Episcopus, aut Diaconus,aut quilibet clericus apud
" Episcopos (quia alibi non oportet) à qualibet persona, quæ ri-
" tè recipienda est,fuerint accusati,quicumque fuerit,siue ille subli
" mis vir honoris,siue alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabi-
" lis intentionis arripuerit, nouerit probationis documenta se de-
" bere inferre. Tradunt Calixtus in Epist.ad Fœlicem,cap.2. Syxtus.3.Episcopis Orientalibus, cap.2. Anselmus lib.3. cap.45. & alij,quos refert idem Anto.Augustinus dicto titu.60.cap.17.

11 Leo † Papa Epist.94. ad Episcopos Thraciæ,& Beatus Anselmus lib.3. cap. 110. relati per Antonium Augusti. vbi proximè, cap. 19. canonem hoc mirè roborantem sequentis tenoris referunt.
" Tanta seculi potestates, circa sacerdotalem ordinem reue-
" rentia præualuere,etiam hi quos sub Imperiali nomine terris di-
" uina potentia præesse præcepit: vt ius distringendorum negotio-
" rum Episcopis Sanctis, iuxta Diualia constituta permiserint.
" Quòd cum & iuris antiqui formulis, & illibatis frequentius sit
" legibus confirmatum, præsenti tempore à plerisque inuenimus
" fuisse calcatum. Censemus,vt quicumque prætermisso sacerdote
" Ecclesiæ suæ ad disceptationem venerit secularium,sacris limini-
" bus expulsus à cœlesti arceatur altario.

12 Et in cap.5.si autē.15. quæst.7.cauetur, † quòd si presbyteri, vel Diaconi accusentur adiuncto legitimo numero ex propinqua regione electorum Episcoporum , quos accusati petierint , hoc

est, nomine presbyteri sex, diaconi tres, cum his reorum accusator, Episcopus causas eorum examinet. Eadem ratione dierum & dilationum; & examinationum, & personarum, inter accusatores, & accusatos seruanda: cæterorum clericorum causas solus loci Episcopus cognoscat, & iudicet. Concil. Triburense cap. 10. Concilium Carthagin. 3. cap. 20. Anselmus lib. 3. cap. 123. Burchard. lib. 2. cap. 205. Anto. Augustin. vbi proximè cap. 24. Iuo Carnot. 6. part. 280.

13 Idem † confirmauit Concilium Matisconense dicto. cap. 7. & 8. vbi dicitur. *Omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut in presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur.* & refertur in cap. 6. nullus. 11. quæst. 1. & apud Burchar. lib. 16. cap. 21. vbi contra inobedientes quædam imponuntur pœnæ, cuius etiam canonis meminit Anto. Augusti. dicto titu. 60. cap. 30. œconomia canonica. 3. class. §. 13.

14 Et † ex alterius Matisconensis Concilij secundi decreto, cap. 10. idem confirmatum est & innouatum, dum dixit: Quòd neque " presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de Ecclesijs tra- " hantur, aut iniuriam aliquam inscio Episcopo eorum patiantur: " sed quidquid quis aduersus eos habuerit, in notitiã Episcopi pro- " prij perducat; & ipse causam iustitia præeunte discutiens, animo " clericos accusantis satisfaciat. Anto. Augustin. vbi proxime. cap. 32. & 44. referens ex Concilio Trosleiano cap. 3. & Chalcedonensi, cap. 9. quòd clerici, & monachi qui inter se negotium habuerint, à suo Episcopo iudicentur, & non à secularibus.

15 Et † in Concilio Chalcedonensi cap. 9. cauetur. Quòd si quis " clericus aduersus clericum negotium habeat, non deserat pro- " prium Episcopum, & ad secularia percurrat iudicia; sed prius " apud ipsum actio vētiletur: vel certè consilio eiusdem apud alios " quos vtraque pars voluerint iudicium obtinebunt: Vt habetur trassumptiuè in cap. 1. de foro competenti, & habetur actio. 15. dicti Concilij. & in cap. si clericus. 11. q. 1. Burchar. lib. 2. decreto. c. 183. Iuo. 6. part. c. 328. & cap. 360.

16 Vnde † Conciliũ Parisiense. c. 1. alias. 10. relatum per Burchar. " lib. 1. cap. 22. iubet. Quòd, nullus iudicum neque presbyterum, " neque diaconum, aut clericum vllum, aut minores Ecclesiæ sine " permissu Pontificis per se distringere, aut cõdemnare præsumat. " Quòd si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui iniuriam irrogare dignoscitur,

" tur tandiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscat, &
" emendet. Vt ait Tex. in cap. 2. de foro cõpetenti, & clarius Greg. Pontifex in c. 4. eodem titulo dicens: Si quis contra clericũ causam habuerit, Episcopum ipsius adeat. Et in integra. c. quòd clerici, 9. eodem titulo ex collectione insignium virorum vtriusque Antonij, scilicet Contij, & August. Celestinus. 3. dixit quòd. *Nullus Episcoporum, uel clericorum ad iudicia secularia est trahendus: habent enim illi suos iudices: nec quicquam est eis publicis commune cum legibus.*

17 Imò † Imperatores Honorius, & Theodo. in. l. 41. tit. 2. li. 16. C. Theodosiani dicũt, clericos non nisi apud Episcopos accusari cõuenire, & nõ oportere alibi, à qualibet persona acusari fuerint.

18 Et † idem apertius statuit Federicus. 2. Cæsar in noua constitutione de statutis, & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ. §. item statuimus, collatio. 10. & habetur in authen. statui-
" mus. C. de Episcop. & clericis, vbi dicitur. Statuimus, vt nullus
" ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere
" ad iudicium seculare præsumat, contra constitutiones Imperia-
" les, & canonicas sanctiones. Quòd si actor fecerit suo iure cadat,
" iudicatum non teneat, & iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur. Bal. nu. 6. in. l. testamenta. C. de testamentis. Guido Papæ, quæstio. Dalphinatus. 77. nu. 2. Hottomanus in cõmenta. ad li. 2. feudorum super cõstitutionibus Frederici pag. mihi. 340. & . 343. Aluarottus in. §. statuimus, titu. de statutis contra libertatem Ecclesiæ, num. 1. Lapus allegatio. 92. num. 6. circa finem Aufrerius in tractatu de potestate seculari, versicul. quoniam frequenter, num. 5.

19 Vnde † in Nouella Iustiniani. 9. cap. 1. Iulianus antecessor ea-
" rundem nouellarum in epitome congestor. ita cauetur. Si quis
" cum Monachis, vel sanctimonialibus habeat litigium, non audeat
" Monachum, vel sanctimonialem, in asceterio, siue in monasterio,
" vel alibi constitutam, ad ciuilem iudicem accusare, vel trahere;
" sed magis adeat Ciuitatis Episcopum: ille enim æstimabit, vtrum
" repræsentari principalis persona debeat: an per Hegumenum, vel
" Apocrisarium defendi, scilicet cum omni honestate, ita vt Epis-
" copus legibus, & canonibus consentaneam sententiam proferat. œconom. canonica. 3. classi. §. 13.

20 Et in nouella. 83. dicturi. Si quis cum clerico litigiũ hab uerit;
" siquidem de causa pecuniaria; adeat prius Episcopum, cuius iudicio

" iudicio clericus subpositus est: ille enim sine damno, sine dilatio-" ne competentem finem liti impositurus. Idem repetitur nouella 123. cap. 32.

21 Et † Theodoricus Rex clericorum causas ad Episcopum remisit, vt constat ex quadam ipsius epistola missa Mediolanensi Episcopo apud Casiador. lib. 1. variarum, episto. 9. qui post alia " ait. Sed quoniam & ipsi clericatus nomine fungebantur; ad san-" ctitatis vestræ iudicium cuncta transmittimus ordinanda; cuius " est, & æquitatem moribus talibus imponere, quam nouimus tra-" ditionem ecclesiasticam custodire.

22 Et † magis piè hoc custodiuit Athalaricus Rex, qui sacerdotem reum ad Episcopum remisit: vt ait Cassado. lib. 8. cap. 24. " dicens. Tanto diuinitati plura debemus, quanto à cæteris morta-" libus maiora suscepimus: nam quid simile rependat Deo, qui po-" titur imperio? Sed licet pro tanto munere nihil compensari pos-" sit idoneè: ipsi tamen gratia redditur dum in seruientibus hono-" ratur. Itaque flebili aditione causamini hoc fuisse longe consue-" tudinis institutum: vt si quis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ ser-" uientem aliqua crederet accusatione pulsandum, ad supradictæ " ciuitatis antistitem negotium suum dicturus occurreret, ne cle-" rus vester forensibus litibus profanatus, negotijs potius secula-" ribus occupetur: addentes diaconum quoque vestrum ad contu-" meliam religionis, tanta executionis acerbitate compulsum, vt " Saius eum propriæ custodiæ crederet mancipandum. Presbyterũ " quin etiam Romanæ Ecclesiæ pro leuibus causis asseritis crimi-" naliter impetitum. Quod nobis pro ingenita reuerentia quam " nostro debemus auctori, displicuisse profitemur: vt qui pridem " sacris meruerant inseruire ministerijs, conuentionibus irreueren-" ter nefarijs expositi iniurijs subiacerent. Atque ideo consideran-" tes Apostolicæ sedis honorem: & consulentes desiderijs suppli-" cantium, præsenti auctoritate moderato ordine diffinimus: vt si " quispiam ad Romanum clerum aliquem pertinentem in qualibet " causa probabili crediderit actione pulsandum, ad Beatissimi Pa-" pæ iudicium prius conueniat audiendus. Vt aut ipse inter vtrosq; " more suæ sanctitatis agnoscat, aut causam deleget æquitatis stu-" dio terminandam.

23 Idem etiam † lege Caroli Magni sancitũ est, vt patet in Lombarda. l. volumus, titul. 1. lib. 3. legum Longobardo. Hottomanus vbi

vbi proximè, & Iustinianus in authen. vt clerici coram proprijs Episcopis conueniantur, in rubro, & nigro, collat. 6. & alia œcu-
24 menicorum Conciliorum decreata sunt idem statuentia. † Si quidem in Chalcedonensi Concilio, cano. 9. dicitur. *Si clericus aduersus clericum habet negotium, non relinquat Episcopum suum, & ad secularia iudicia non recurrat, &c.* Concilium Agathense canone. 32. *Clericum nullus præsumat apud secularem iudicē Episcopo non permittente pulsare.* Concil. Carthaginense. 3. canone. 9. & Concilium Toletanum, 3. cano. 13. F. Petrus Bollo in œconomia canonica. 3. class. §. 13. versi. probatur primo. Anto. de Precis de iurisd. Episcop. cap. 3. num. 4.

25 Similiter † Marcellinus Papa episto. 2. ait. Clericum cuiuslibet
“ ordinis, absque Pontificis sui permissu, nullus præsumat ad secu-
“ larem iudicem trahere. Gregorius. 2. lib. 11. epistol. 14. ad Ioannē
“ defensorem: de persona inquit, presbyteri, hoc attendēdum est,
“ si quam causam habuit, non ab alio teneri; sed Episcopum ipsius
“ adire debuit. Et Syluester Papa cap. 16. Synod. Roma. ait. Nullus
“ clericus, vel Diaconus vel presbyter propter quamlibet causam,
“ intret in curiam, nec ante ciuilem iudicem suam presumat dice-
“ re causam. Vt habetur in cap. nullus. 32. 11. quæst. 1. cap. inclita, eadem causa & quæst. cap. placuit. cap. si quis cum clerico, cum tribus sequentibus. Ibidem Hierony. Gratus responso. 87. nu. 3, volum. 1.

26 Quis † enim dubitet, sacerdotes Christi, Regum, & Principum,
“ omniumque fidelium patres, & magistros censeri? nonne misera-
“ bilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrū
“ sibi conetur subiugare; & iniquis obligationibus illum suæ pote-
“ stati subijcere, à quo credit non solùm in terra, sed etiam in cœlis
“ se ligari posse, & solui? vt habetur in c. quis dubitet. 96. distinct. F. Pet. Bollo vbi proximè. Rebuf. in tracta. quæ sunt scholasticis necessaria, necess. 6.

27 Vnde † merito ab omnibus laudatur vox illa magni Constantini, qui ad Episcopos quosdam, qui suos collegas accusabant eisdem crimina imponentes, ait. *Vos Dij estis, a summo Deo constituti, conueniens non est, ut homo iudicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est.* Psal. 81. *Deus stetit in congregatione Deorū: in medio autem Deos discernit.* Vt referunt Eusebius Cæsariensis libro secundo in vita Constātini, & lib. 10. cap. 1. Sozomenus in tripartita, lib. 2. cap. 2. Diuus

Grego-

Gregorius lib.4.epist.ad Mauritium. Theodor. lib.1. cap.7 Augustinus epistola.66.Gratianus in cap.sacerdotibus.11. quæst.1. Antonius Augustinus dicto lib. 4. epitomes de iure veteri, titul. 60.cap.46.F.Petrus Bollo in dicto.§.13.versic.præterea. Petrus Mesia in vita Constantini. cap.2. Ruffinus lib. 12.cap.2. Ioannes Hugo in tract. de officio quatuor prælatorum. §. de sacerdotij reuerentia.num.4. Nicephorus Callistus lib. 8.cap.16.Rebuf.de protectio.concord.glos.1.versic.imo dicit.

Nec mirum si Episcopis talem habuerit reuerentiam, qui talem sacerdotibus exhibebat; vt dixerit memorabile suæ pietatis
28 documentũ præstans.† *Vere si proprijs oculis uidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui in monachuli habitu circumamicti sunt, peccantem, clamidem meam expoliarem, & coperirem eum, ne ab aliquo uideretur.* cap.in scripturis.96.distinct.cap.sacerdotibus.11.quæst.1. Ioannes Hugo vbi proximè. Hierony. Albanus de potestate Papæ.1. parte.nu.166.Petrus Albinianus, tracta. de Pontificia potestate, in principio nu.6. Nicephorus Calistus lib.8.ecclesiast. historiæ.
29 cap. 16. Et † libellos contra aliquem sacerdotem accusationem continentes, ab aduersarijs, aut æmulis sibi oblatos igne comburendos mandauit, dicens. *Hæ accusationes in magni iudicij die, iudicem suum habebunt, mihi enim homini sacerdotum causas iudicare non licet.* Vt tradit Sozomenus lib.2.tripartitæ historiæ.c.2. Angelus Roccha in biliotheca Vaticana,cap. de Concilio Niceno primo, pagina mihi.60. Baptista Fulgosius lib.1.memorabilium,cap.1. de cultu religionis.§.de Constantino Max. Imperatore. Nicephorus Calistus lib. 8.ecclesiast.historiæ cap 16. Ioannes Hugo.dicto.§. de sacerdotij reuerentia. num.4.

30 Vnde † merito ecclesiasticæ libertatis inter alia, illud priuilegium est, quòd clerici, maximè in sacris constituti, liberi sint à potestate, & iudicio seculari, vt tradunt Fabianus.1.Papa epist.1. &.3.c.2. Anacletus epist.1.cap.3.Stephanus epistola.2. Eugenius in cap.decernimus. Lucius.3.in cap.clerici, & in cap. at si clerici. Inno.3.in cap.qualiter, de iudicijs. Bonifacius. 8. in cap.vnico de clericis coniugatis, lib.6.& in cap.si iudex laicus, de sententia excommu.eodem lib.quæ decreta confirmantur in cap. nullus, de foro competenti.c.significasti, & finali, eodem.tit.& in Concilio Tridentino. sess. 23. de reformatione, cap. 20. & latè in.96.distinctio.&.2.q.2. per totas, & iure regio Hispaniarum.l.57.tit.

6.par-

6. partita. 1. l. 7. titul. 3. lib. 1. noui ordinamenti. l. 5. & 13. titul. 3. lib. 1. nouæ recopilationis, optimè Nicolaus. 1. epistol. 3. ad Michaëlem Imperatorem. Valentinianus & Martianus in l. priuilegia. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Ioannes de Roa Dauila in apologia de iuribus principalibus defendendis, & iuste moderandis. q. 2. nu. 63. Francisc. Marcus q. 250. n. 1. & q. 515. n. 1. & q. 1129. num. 3. F. Michael Agia in tracta. de exhiben. auxilijs, fundamento. 21. Guillermus Durandi in tractatu de modo generalis concilij celebrandi. 2. parte rubrica. 3. num. 1. Stephanus Aufrerius in tracta. de potest. seculari super eccles. personas, in introductione, num. 2.

31 Nec † possint coram secularibus conueniri, non solum in causa ciuili merè. cap. non liceat. 3. q. cap. 1. & 2. 11. q. 1. dicto cap. qualiter, § & quando de Iudicijs, cap. 2. de foro competen. vbi Ioannes Andreas idem in cap. 1. de clericis coniugat. lib. 6. Hostiensis, & Ioann. And. in dicto cap. clerici, de Iudicijs, & in cap. quod clericis, & cap. verum, de foro compet. Bernardus Laurentius in tracta. de potesta. secula. super eccles. personas. num. 3. Ioannes Lupi Segobiensis in tracta. de liberta. Ecclesiast. 2. par. q. 1. nu. 2. Petrus Rauenna de feudis. §. item statuimus, tom. 10. tracta. part. 1. Bertachinus in tracta. de Episcopo. 5. part. lib. 4. nu. 5. Molina de iustitia tom. 1. disputat. 31. in princ. imo vt ait Castal. tracta. de imper. q. 101. 10.

32 Nec † in criminalibus, dicto. cap. at si clerici, cap. cum non ab homine, de iudicijs. cap. nullus. cap. significasti, de foro compet. c. clericum 11. q. 3. & vtrobique. DD. Auiles. cap. 20. Prætorum glo. vsurpan. num. 8. c. vnico. de cleric. coniung. in 6. vbi Archid. Andre. Sicul. in dicto. c. at si clerici, additio. ad Capell. Tholosa. q. 95. nu. 2. Angel. consil. 340. incip. magister dicens, quòd clerici sunt exempti à manu iudicis secularis, & ei in nos interdictam omnem iurisdictionalem potestatem. c. si iudex. de sent. excom. in 6.

33 Nec in causa pecuniaria ex criminali descendente, vt notat Ioan. in. c. ad hæc. 32. distinct. & in. cap. Adrianus. 63. distinct. Bernar. & Hostiens. in cap. decernimus, de Iudicijs, & in. c. 2. de foro compet. vbi Ioan. And. Bernar. Lauren. dicto num. 3. Iacobinus in l. si quis postea. n. 9. & in. l. 2. §. sed si agant nu. 3. ff. de iudicijs. Grammat. consi. 1. post decis. num. 14.

Quod

Quod † in tantū verū est, quòd clerici non possunt consentire in alium iudicem, etiam ecclesiasticum, quàm in suum Episcopū, nisi de eius licentia. cap. si diligenti, de foro compet. l. si quis ex consensu. C. de Episcopali audientia. Andreas Yernia in cōmentarijs ad constitutiones Siciliæ lib. 1. titul. 50. rubrica qua pœna vniuersitates teneantur. Tex. apertus in cap. significasti, vbi Abb. nu. 7. de foro competenti. Paulus Castrensis consi. 432. num. 3. versic. igitur. volum. 1.

35 In † laicum autem nullo modo, nec de consensu Episcopi, vt ex dicto cap. si diligenti. & cap. significasti, de foro compet. tradit Anto. Massæ Galles ad formam Cameræ obligationis. 2. part. versic. quæritur an virtute. nu. 1. & 2. Rolan. à Valle. consi. 12. nu. 23. & seq. lib. 4. & consi. 4. nu. 10. lib. 1.

36 Quia † clerici nō possunt foro suo ecclesiastico renūtiare, nec priuilegiū clericale partium renuntiatione potest extinguere. c. placuit. 11. q. 1. dict. c. si diligēti. c. significasti. Guillermus Benedictus in dicto. c. Raynuntius, verbo & vxorem. nu. 121. de testamentis. Ioan. Hieronym. Albanus in tract. de potesta. Papæ. 2. p. n. 129. & notatur per glo. verbo expetere, in c. nō liceat. 3. q. 6. & in. c. P. & G. verbo prorrogatio, de officio delegati. Nepos à Mōte Albano tract. de exceptio. arti. 6. n. 15. Baptist. à S. Blas. in tract. contradictionum iuris ciuilis cū canonico nu. 32. Rolan. dicto consi. 4. nu. 9. li. 1. Iasso. in. l. nolle. n. 2. ff. de acq. here. Fed. de Sen. q. 35. nu. 2.

37 Cuius † ratio est, nā fori priuilegiū clericis cōpetens, & ipsorum exemptio à secularium potestatum iurisdictione est de iure diuino: probat bonus Tex. in cap. si Imperator. 96. distinctio. vbi glo. verbo & discuti, quā omnes extollunt, & sequitur Zabarella in cap. perpendimus, de sententia excomu. Tancred. Inno. & Hostiens. Ioan. And. & Barba. in cap. 2. de maiorit. & obedi. & alij, quos refert & sequitur Aufretius in tractatu de potest. secula. supere eccles. perso. in introductione. nu. 7. Ioannes de Selua in tracta. de beneficio. 4. part. q. 8. num. 17. versic. Item non obstat. Thomas Grammaticus voto. 33. nu. 6. & seqq. & n. 16. Hieronymus Albanus de potest. Papæ. 2. par. nu. 129. Iocobatius de Concilijs lib. 7. art. 5. num. 203. Hieronymus Gigas tractatu de crimi. læsæ Maiest. q. 68. rub. quis de crimine læsæ Maiestatis cognoscere possit, num. 15. Abb. in dicto cap. 2. de maio. & obed. num. 1. Rolan. à Valle. dicto consil. 4. num. 30. lib. 1. Couarr. in practicis.

cap. 31.

cap 31.nu.1.Marcus Anto. Eugenius consil.26.nu.23. libro.10. Cardina.Florentinus in dicto cap.perpedimus,oppositione.7. Franciscus Marcus.q.515. nu.1.Felin.num.6. Decius nu.5.in.c. Ecclesia sanctæ Mariæ,de constitutio. Ludoui. Gomezius in.c. 1.nu.67.de constitutio.in 6.Alciat.in cap.cum non ab homine nu.20.&.46.de iudicijs. Nauarro in cap.nouit,eodem titulo. Ioannes Oroscius in.l.de quibus.nu.144.ff.de legibus.Mencha. de sucesio.creatio.§.22.n.58.Ioan.Gutierrez in.l.nemo potest. n.107.ff.de legatis.1.pro quibus est bonus tex.in cap.Syluester, & Faustinus ibi.contra leges diuinas.11.q.1. Concil. Trident. " sessio.25.cap.20.ibi.Nec permissuros,vt officiales,aut inferio- " res magistratus Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum im- " munitatem Dei ordinatio,& canonicis sanctionibus constitu- " tam,aliquo cupiditatis studio,seu inconsideratione aliqua vio lent.Optimè Castillo in.l.66.Tauri,glo.verbo *de se arraigar*.ver sic.Item datur.Rolan.à Valle consi.23.nu.6.vol.2. Nauarro in dicto c.nouit,de iudicijs,notabili.3.num.52.& seq.Aceuedo in l.6.titulo.3.lib.1. nouæ recopilationis Ioann. Garcia tract. de nobilita.glo.9.num.2.Ioannes Maior.libro.3.de gestis Scottorum cap.15.Ioannes Salisberiensis in Policraticum de curialiũ nugis,lib.5.cap.5.Bernardus Laurentius in suo tractatu de ca sibus,in quibus iudex secularis potest manus apponere in per- " sonas clericorum, num.5.dicens. Quòd clerici sunt exempti à " potestate laicorum auctoritate summi Dei omnium rerum cō- " ditoris.iuxta cap.cum ad verum.cap.duo sunt.cap.imperator. 96.distinc.Guillelm.de Montelaud. in clem.1. de officio ordinarij.Innocenti.in cap.si quis,de maio.& obedien.& in cap.licet,de foro competen. Idem Bernar.Laurētius tract.de potestã.seculari super ecclesiast.personas nu.5. tomo.16.tractatuũ. pro quo Ioannes Maior dicto cap.15.ponderat Bonifacij octaui decisionē in.c. quanquam.§.cum igitur,de censibus,li.6.vbi. " dicit. Cum igitur ecclesiæ,ecclesiasticęq́; personæ ac res ipsarũ " non solùm iure humano, quinimo & diuino à secularium per-
38 sonarum exactionibus sint immunes. Et ibi refert † quòd Beatus Thomas Cantuariensis ab Anglia exulauit, quia ecclesiasticos viros iudicio seculari Rex subijcere voluit: cuius senten tiæ vir Dei Thomas refragatus est: & propterea à Regno extorris eiectus est.

39 Et † esse istud fori priuilegium de iure diuino satis colligitur. Num. 3. c. ibi. *Ego tuli Leuitas à filiis Israel, eruntque Leuitæ mei, meum est enim primogenitum*, & cap. 18. & Iosue cap. 17. in fine. *Tribui Leui non dedit possessionem: quoniam Deus Israel, ipse est possessio eius.* & illud Psalm. 104. *Nolite tangere Christos meos.* glo. verbo degenerari in authē. de non alienan. rebus Ecclesiæ, collat. 2. & apud Diuum Matthæum cap. 17. Christus Dominus non obscurè se liberum profitetur à censu, & sacerdotes etiam exemisse, qui filij sunt Dei altissimi. Ioannes Driedonius de libertate Christiana, fol. 109. Ioann. Garcia dicta glo. 9. nu. 2. Petrus Rebuf. in concordata, rubrica de protectione concordatorũ, glos. 1. versic. item potest.

40 Sunt † enim clerici de familia, & sorte Dei. Vnde Diuus Hieronymus ad Nepotianum epist. 2. tom. 1. dicit clericos à κλῆρος Grecè, Latinè, sors appellatos: propterea clerici dicũtur, quia de sorte Domini sunt. Beatus Isidorus lib. 7. ethimologia. cap. 12. relatus in cap. cleros. 21. distinct. Marcus Antonius Marsil. in tracta. de ecclesiastico reddituum origine. 3. p. cap. 23. n. 49. Turrecremata in summa de ecclesia. li. 1. cap. 85. Marcus Mantua in dialogo de cõcilio. n. 23. Alciatus lib. 5. parergõ iuris. c. 22. Ioannes Bræcheus in. l. nihil aliud. nu. 5. ff. de verborum significatione, vel quia Dominus ipse sors: id est pars clericorũ sit, vt in Psal. 77. *Pars mea Dominus.* & Psalmo. 15. *Dominus pars hæreditatis meæ.* Aluarus Pelag. li. 2. de plãctu eccle. c. 2. c. clericus. 12. q. 1.

41 Et ideo † appellantur milites cœlestis militiæ glo. 1. in. l. penultima. ff. de militari testamento, cap. 1. de clerico ægrotante. c. saluator. 1. q. 3. c. 1. in fine, titulo de vassallo milite qui arma bellica deposuit, in vsibus feudorum. glo. in. l. miles. versic. facere. ff. de re iudicata, & in. l. 1. §. est aliud, versiculo cœperit. ff. si quis à parente fuerit manumissus. Bonus de Curtili tract. de nobilitate. 3. par. n. 222. Zoanetus de Romano imperio. n. 18. P. Grego. syntag. 2. p. lib. 16. c. 1. nu. 5.

42 Et ideo † etiam eo ipso quòd quis ordinatur in clericũ, efficitur res sacra, & spiritualis, & in partem Domini trãsit. cap. cui portio. 12. q. 1. Hieronymus Gigas de crimine læsę Maiest. dicta. q. 68. §. vidimus. nu. 15. Innocent. & Ioannes Andre. in cap. significantibus, de officio delegati. Antonius de Prætis de iurisdictione Episcoporum, cap. 3. num. 5. Cassan. in cathalo. glo. mun-

mundi.4.parte.confid.2.Rolan.à Valle.consi.4.num.7.lib.1.

43 Et ita † appellantur Dij, vt in Psalmo. 80. *Ego dixi, dij estis.* cap.duo sunt.12.q.1.cap.solitæ,de maior.& obedietia. Ioannes Salisberiensis dicto lib.5.cap.5. Marcus Anto.Columna de Eccles.reddit.origine.2.par.cap.17.nu.13. Exodi.cap.22. *Dijs nō detrahes.* c. cum ex iniuncto,de hæred.

44 Alibi † Christi nuncupantur, dicto Psal.104. &.1. Paralipo. c.16. Marcus Anto.Colum.vbi proximè nu.14. Rodericus Zamorēsis in speculo vitæ humanę lib.2.cap.10. Et Malachiæ cap. 2. dicitur. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirunt ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est.* Ipsa quoque Christi Domini veritas Lucæ cap.10.ait. *Qui nos audit, me audit; qui vos recipit, me recipit.* Et Math.10. *Qui nos spernit, spernit eum qui misit me.* Et Zacharię.c.2. *Qui tangit uos, tangit pupillā oculi mei.* Vnde nō mirū si à laicis quantūuis excellētibus nō valeant iudicari, nec coërceri.

45 Et † confirmatur, nam clerici sunt maiores quibuscūque laicis, etiam Principibus. cap. 1. in fine. 17. distinctio. cap. quis dubitet. 96. distinct. c. duo sunt. 12. q. 1. Speculator in titulo de cessio.actionis.§. versic.ex proximè dictis. Diuus Chrysostomus de verbis Isaiæ homil.4. dicens. *Sacerdotium Regno maius est.* Bald. in authen.habita.num.77.C.ne filius pro patre. Iasso in.l.generaliter.nu.6.ff.in ius vocanda. Hieronymus Gigas de pēsionib.

46 q.22.nu.13. Flosculus Clerico.2.p.nu.116. † Diuus Gregorius circa principium pastoralis inquit. Honor & sublimitas nullis
" poterit cōparationibus adæquari, si Regum fulgori compares,
" & Principum diademati longè inferius erit; quā si plumbi me-
" tallum, & auri fulgorem compares: quippe cū videamus Regū
" colla, & Principū, submitti genibus sacerdotum, & osculata eo
" rū dextera: orationibus eorū credant se contineri. D. Ambros.
" relatus per Rodericū Zamorensē, vbi proximè dicens. Nihil in
" seculo excellētius sacerdotibus, nihil Episcopis sublimius repe
" riri potest: vt cum dignitatem eorum oculis demōstramus: dig
" nè noscamus quod sumus professione: actione etiam demōstre
" mus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus. D. Ioā. Chrysostomus huius status gradum & excellentiā signans ait. *Sacerdotibus Ecclesiæ Deus cunctos uoluit esse subiectos, ad quos uniuersa quæ in Ecclesia occurrunt uoluit perti ere.* Diuus Augustinus clericorum statum, & ecclesiastici ordinis sublimitatem designans, scri-

" bendo ad Mauritium ait. Sacerdotibus, & Leuitis Ecclesiæ,
" non externa potestate, Dominus noster, sed excellenti poten-
" tia, & propter eum, cuius serui sunt, ita eis dominatur, vt debi-
" tam eis cuncti reuerentiam impendant. Optime Cassaneus in
cathalo. gloriæ mundi. 4. parte, consideratione. 2. & quatuor se.
quentibus. Ioannes Salisberiensis in Policraticum, libro. 4. cap.
3. dicens, quòd Princeps est minister sacerdotum, & minor eis:
" ideo ait Rodericus Zamorensis. Quid ergo mirum, si Reges, si
" Principes, si cuncti fideles eos honorent, quibus in suo eloquio
" honorem tribuens, aut Angelos, aut Christos, aut Deos, Deus
" ipse appellat? Grandis ergò est excellentia status, & ordinis
" clericorum, & Pontificum, veluti qui eius locum tenent super
" terram, qui cœlum & terram cõdidit, & omnia quę in eis sunt,
" & quibus tantum tribuit potestatem: vt quos ipsi absoluũt vel
" ligant super terram, ipse ligatos solutos quæ habet in cœlis; &
" dicente eis saluatore Ioannis c. 20. quorum pecata remisseritis
" remittuntur eis. Diuus Paulus 1. ad Corinthios, cap. 4. Sic nos
" existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministe-
" riorũ Dei: hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis
inueniatur. Celi. Rodig. lib. 5. lect. antiq. c. 12.

47 Vnde † Felix Papa. 4. ad Iustinianum Imp. scripsit. Certũ est
" hoc rebus vestris, esse salutare, vt cum de causis Dei agitur, iux
" ta ipsius constitutionem, Regiã voluntatẽ sacerdotibus Chri
" sti studeatis subdere; nõ preferre: & refertur in. c. certũ, dist. 10.

48 Similiter † Nicolaus Papa primus ad Michaelem Imper.
" scribens ait. Imperium vestrum suis Reipublicæ quotidianis
" administrationibus debet esse, contentum; non vsurpare quæ sa
" cerdotibus Domini solùm conueniunt. cap. imperium, dist. 10.
49 iuncto cap. sequenti. vbi † Grego. Nazianzenus Imperatoribus
" Constantinopolitanis scribens etiam ait. Suscipitis ne liberta-
" tem verbi? libenter accipitis quòd lex Christi, sacerdotali vos
" subijcit potestati: atq; istis tribunalibus subdit. Dedit enim &
" nobis potestatem: dedit, & Principatum multo perfectiorem
" Principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si ce-
" dat spiritus carni, si à terrenis cœlestia superentur: etsi diuinis
" præferantur humana. Ioan. Garcia de nobilitate, dicta glo. 9.
" num. 2. qui pro eo etiam ponderat tex. in cap. quoniam, ea-
" dem distinctio. 10. & cap. cum ad verum. & cap. duo sunt.

96. di-

" 96.distinctione.Ibi.Nosti itaque inter hæc ex illorum depen-
" dere iudicio,non illos ad tuam redigi posse voluntatem. Antonius Augustinus in epitome veteris iuris Pontificij libro. 10. cap.1.& tribus sequentibus,titulo.3.Petrus Grego.2.parte syntagmatum.lib.16. cap.1. num. 12. & satis constat Deuterono. cap.17.D.Cyrill.lib.13.de adorat.& cultu,circa finem.

50 Vnde † apud Aegyptios, sacerdotes fuisse iudices, refert Aelianus libro.14.de varia historia: & ex ipso cap.34.cui titulus est,à quo iura didicerint Aegyptij,refert Petrus Grego.dicto libro.16.cap.8.num.18.Quibus conuenit,quod tradit Diodorus Siculus lib.2.&.7.apud ipsos Aegyptios,secundum post Regem locum sacerdotes obtinuisse.Marc.Anto.Colum.de ecclesi.redditum orig.2.p.cap.17.n.5.& 6.

51 Similiter † Panthei sacerdotes omnium duces fuisse,quibus causarum iudicia,& publicarum rerum arbitria tribuebantur: vt scriptum reliquit idem Diodorus Siculus lib. 6. cap. 10. & Alexan.ab Alex.libro.2.dierum Genialiū.cap.8.vbi Tiraquel. in annotatio.

52 Et licet † Plato, vtpote Ethnicus homo,veri sacerdotij pręstantiam non fuerit plenè assequutus, tamen in suo libro de
" Regno, non parum sacerdotes his nobilitat verbis. Figura
" namque sacerdotum,magnanimitate,intelligentiaq;,& clari-
" tate abundat,propter eorum quę aggrediuntur,tractantq; ma
" gnificentiam: vt etiam retulit M.Anto.Colum. dicto cap. 17. num. 3.

53 Melius † Philo Iudæus in libro de præmijs sacerdotum, & honoribus: postquam dixerat, sacerdotes Hebræorum maximas commoditates ratione sacerdotij habuisse: ita vt ex solis
" primitijs diuites fierēt,ait.Alios insuper non mediocres redi-
" tus,iura sacerdotibus tribuunt,dum à singulis exiguntur deci-
" mæ frumenti, vini, olei,fœturæ pecudum ex armētis,ac gregi-
" bus: quanta verò hinc quoque proueniat copia,licet ex nume-
" rosissimæ gentis frequentia coniecturam sumere. Ex his rebus
" liquet iuxta legis iudicium, sacerdotes æquiparari honore &
" maiestate regibus: siquidem illis tanquam Principibus con-
" ferri tributa imperat.

54 Cum † autem sacerdotium legis veteris sit figura sacerdotij noui testamenti,quod excellentius,& perfectius est,vt traditur

ditur per Apostolum ad Hebræos.7.& in cap.translato de cō stitutionib.Palacios Rubios de iustitia, & iure obtentionis, ac retētionis Regni Nauarræ.2.parte.§.8.hoc multo magis in nostris sacerdotibus procedit.

55 Nam † etsi data fuerit potestas sacerdotibus veteris testamenti, offerre hostias figuratiuas, & sacrificandi Deo in sanguine hircorum,& caprarum, & orandi pro populo, vt Exodi cap.4. & 5. & ferè per totum: data est potestas sacerdotibus noui testamenti, non solùm orandi pro populo, vt Matthæi.6. Ibi. *Pater noster, &c.* & prædicandi, & baptizandi. Matthæi cap. vltimo. ibi. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* & Marci cap.vltimo. *Euntes in mūdum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Ac dedit sacerdotibus redemptor noster potestatem corpus, & sanguinem suum consecrandi, & offerē di sempiterno parēti immaculatam puram, & sanctam vnigeniti filij eius hostiam. Lucæ cap.22.ibi. *Hoc facite in meam commemorationem.* Et dedit sacerdotibus potestatem absoluendi, & ligandi. Matthæi.18.cap.& Ioannis.c.20.quod & talia doctè notauit Ioannes Lupi Segobiens. dicto tracta. de liberta. ecclesiastica.2.parte.cap.12.nu.2.& 3.

56 Quare † magis merentur honorari, & reuereri sacerdotes legis gratiæ, ratione perfectioris sacerdotij. Vnde Ecclesiastici « cap.7. dicitur. In tota anima tua time Deum: & sacerdotes il« lius sanctifica. (& iterum) Honora Deum ex tota anima tua: « & honorifica sacerdotes. Et in cap. sacerdotes. 6.q.1. dicitur. « Sacerdotes qui proprio ore Dominicum corpus conficiunt, ab « omnibus sunt timendi, & honorandi. Et vt Diuus Cyprianus lib.3.epistο.9.ad Rogatianum.relatus in cap.Dominus.93.di-

57 stinctio.dixit. † Dominus noster Iesus Christus Rex, & Iudex, « & Deus noster, vsque ad passionis diem seruauit honorem Pō « tificibus, & sacerdotibus. Quæ omnia ab eo ideo facta sunt, vt doceret sacerdotes veros legitimè, & plenè honorari: dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Martinus à Frias in tracta. de familiaritate mulierum à sacerdotibus fugienda, versic. apparet, cap. sacerdotes. 11.q.1. vbi Gregorius Mauritio Impe« ratori scribens post alia ait. Quid ergo mirum si Christianus « Imperator veri Dei sacerdotes honoret; dum Pagani Principes hono-

" honorem impedere eorum sacerdotibus nouerunt, qui dijs lig-
" neis, & lapideis seruiebant?

58 Vnde Diuus Thomas lib. 1. de regimine Principum cap. 14. dicit. Quod in † lege Christi, Reges debent sacerdotibus esse
" subiecti: propter quod mirabiliter dicit. Ex diuina prouidentia
" factum est, vt in Romana vrbe, quam Deus præuiderat, Chri-
" stiani populi principalem sedem futuram, hic mos paulatim
" inolesceret, vt ciuitatum rectores sacerdotibus subiacerét. Op
" time Hippoly. tract. de fideiusso. n. 129.

59 Quare † Diuus Franciscus in quadam epistola, capitulo ge-
" nerali directa, dicebat. Si beata virgo Maria sic honoratur (vt
" dignum est) quia Christum portauit in vtero. Et si beatus Ioan
" nes contremuit, & non est ausus contingere sanctum Dei ver-
" ticem. Si sepulchrum Christi, in quo per tépus aliquod iacuit,
" sic veneratur; quantum reuerendus, & venerandus est sacerdos,
" qui non iam moriturum, sed in æternum viuentem, & glorifica
" tum, in quem desiderant Angeli conspicere, contractat mani-
" bus, corde, & ore sumit, & alijs ad sumendum præbet, atq; mi-
" nistrat?

60 In tantùm enim † quod etiam Angeli, sacerdotes reueren-
tur, & venerantur, propter officium saltem quod in altari ge-
runt, vt Diuus Gregorius in libro. 4. dialogorum. cap. 58. & in Homilia. 22. euangeliorum, relatus in cap. quid sit sanguis, de
" consecratio. distinctione. 2. dixerit. Quis enim fidelium dubium
" habere possit, in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem
" cœlos aperiri; & in illo Iesu Christi mysterio, Angelorum cho
" ros ad esse, summis ima sociari? Martinus de Frias vbi supra. Palacios Rubios de iustitia, & iure retentionis Regni Nauarrę 2. par. §. 5. & 4. par. §. 6. Petrus de Bollo Parisiẽsis in authentica probatione Christiani sacrificij, pag. 75. Marcus Marullus prę-clara exépla in id congerés lib. 3. dictorũ, factorumq; memorabi liũ. c. 5. & D. Hieronymus super Ezechiel. lib. 2. ait. Grandis dig
" nitas sacerdotum. Similiter D. Chrysostomus de dignitate sa-
" cerdotali, lib. 2. ait. Sacerdotis aspice dignitatem: agitur in ter
" ra: sed officium cœlestibus negotijs cótinetur. Nó enim homo,
" nó Angelus, nó Archágelus, nó aliqua alia creatura, nó virtus,
" sed ipse Spiritus sãctus hoc munus instituit; atq; adhuc manẽtes
" in carne, mysterio fungi præstitit Angelorũ. Per ipsos Christũ

" induimus, per ipsos Dei filio coniungimur, per ipsos membra
" beati ipsius capitis efficimur. Quomodo ergo nobis isti non so-
" lùm reuerendi magis, quàm Reges, aut iudices; sed etiam no-
" bis magis erunt honorabiles quam parentes.

61 Vnde merito† sacerdotes mediatores inter Deum, & popu-
lum appellãtur, vt probant Sanctus Thomas. 3. parte. q. 22. ar-
tic. 1. Sanctus Antoninus in summa. 3. parte. titu. 14. cap. 7. §. 1.
Durandus in Rationali. libro. 2. cap. 11. num. 14. Clichthoueus
in tracta. de vita, & moribus sacerdotum. cap. 7. Cassaneus di-
cta parte. 4. consider. 3. Andreas de Petra in quadam oratione
in Basiliensi Concilio habita, in fine, versic. cum plurima. Diuus
Cyrillus libro. 13. de adoratione, & cultu in spiritu, & verita-
te, circa finem, versic. animaduerte autem: qui paulo post ait.
" Magnum igitur admirandumq; est, Dei ministerio præfectum
" esse. Qui verò Dei ministrum despexerit, supplicium incurret;
" quique diuinam dignitatem contempserit, acerbas arrogan-
" tiæ suæ pœnas luet. Doctè Paulus Lopides in flosculo clerico.
2. parte. num. 45. & seqq. qui plura in laudem sacerdotum cu-
mulauit, & congessit. l. 62. titu. 6. parte. 1. Bouadilla. lib. 2. Politi
ces. c. 17. n. 13.

62 Vnde † Vitigis Rex, apud Cassiado. lib. 10. epist. 34. hono-
" rem se debere fatetur sacerdotibus, etiam ignotis, & ad hunc
honorem respexit Theodo. Rex, ad quoddam facinus (effossi
sepulchri pro inueniendo thesauro) impunitum relinquendũ,
vt idem Cassado. scripsit libro. 4. variarum epistola. 19. & præ
alijs doctissime F. Petrus de Bollo. in sua œconomia canonica
prima classi. cap. 1. §. 1. Ioan. Garc. de nobilitate, dicta glo. 9. nu.
6. & seqq.

63 Quare † cum clerici hanc superioritatem habeant respectu
quoruncunque laicorum; esset contra rationem naturalem, vt
laici inferiores clericos, qui superiores sunt, iudicarent: con-
tra cap. cum inferior. c. statuimus. cap. solutæ, vbi Felinus de
maioritate, & obedientia. Iacobus Simancas in libro discepta
tionum, cap. 15. Redoanus de rebus Eccles. nõ alienandis, rubri
ca. 30. casu. 4. num. 14. Lancellotus de attentatis. 2. parte. cap.
20. num. 35. Felin. in c. cum accessissent. nu. 5. de cõstitutio. Ioã.
Cephal. cõsil. 38. num. 3. vol. 1. Clem. ne Romani, de electio. M.
Ant. Eugenius consil. 30. nu. 33. lib. 1.

Nam

64 Nam è contrario † inferior debet honorem exhibere superiori.l.1.§.sicut. vbi gloss. ff.de aqua pluuia.arceda.glo.in summa.93.distinctione.l.2.ff.de alienatio. iudicij mutan.causa facta.cap.est ordo.cap.hæc imago.33.q.5.Paris de Puteo tracta. de re militari, rubrica, an armiger possit repulsari ab officiali exercitus.nu.2.l.non debet.ff.de dolo.l.semper.ff. ad municipalem.l.potioris.C.de officio recto. prouinciæ.Diuus Grego. super Ezechielem.Chassan.in cathalogo gloriæ mundi.1.parte consider. 71.

65 Nam & † consuetudo, vt inferior iurisdictionem habeat in superiorem,est inualida.cap.inferior;vbi Præpositus.21.distinctio.Decius consil.17.num.2.& in rubrica de appellatio. eodē nu.Cephal.dicto consilio.38.num.4. & in nostrismet terminis hoc ponderat Rebuf. in concorda.dicta rubrica de confirmat. concordatorum.glos.1.vers.imo etiam.

66 Et † in confirmatione istius verissimæ partis facit pulchra decisio Impp. Theodosij,& Valentiniani relata in.l. finali,titulo.2.lib.16.Codicis Theodosiani:vbi statuunt ita.Priuilegia
" Ecclesiarū omniū,quæ seculo nostro tyrannus inuiderat , pro-
" na deuotione renouamus,scilicet,vt quidquid à Diuis Princi-
" pibus constitutum est , vel quæ singuli quique Antistites pro
" causis Ecclesiasticis impetrarant,sub pœna sacrilegij iugi soli-
" data æternitate seruentur. Clericos etiam quos indiscretim
" ad seculares iudices debere deduci infaustus præsumpto redi-
" xerat,episcopali audientiæ reseruamus:fas enim non est,vt di-
" uini muneris ministri, temporalium potestatum subdantur ar
" bitrio,&c.Dat.VIII.Id.Octob.Aquil.D.N. Theod.A. xi. &
" Valentiniano Cæs.Coss. Cui aliqualiter est similis alia consti-
67 tutio † eiusdem Valentiniani,& Martiniani Cæsarum, relata in .l. priuilegia.12. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & Theodosij, & Honorij in. l.placet.17.C.de episcopis,& clericis,vbi disponunt,quòd nihil commune habeant clerici cum publicis actionibus,vel ad Curiam pertinentibus,cuius corpori non sunt annexi:meminit eius constitutionis Ioannes Salisberiensis dicto libro.5.in policraticum. cap.5.

68 Et confirmatur, † nam priuilegium fori clericorum fauorabilius est,quàm canonis priuilegium. Vnde Rolan. à Valle.dicto consil.4.num. 28. libro.1.ait. Quòd licet clericus incedens sine

habitu, & tonsura priuetur priuilegio canonis, si quis suadente.17.quæst.4 cap. si verò. cap. contingit. cap. in audiētia, de senten. excōmunicationis. Albericus in tractatu de statutis.1.parte.q.43. Rebuf. in dicto cap. si quis suadente, limitatione.20. & sequenti.l.3. vbi Gregor. Lopez glo.4. titulo.9. partita.1. non tamen priuatur priuilegio fori. ita Ioann. And. in c. perpendimus, de sententia excommunicationis, quem sequitur ibi Abbas.col.2.versic. Ioann. And. & Socinus consil.12.col.7.volum.1. eam assignantes differentiam: quia difficilius priuilegium fori, quàm canonis, si quis suadente: quia priuilegium fori emanauit à iure diuino, iuxta notata in dicto cap. si Imperator.96.di-
69 stinct. cum latè superius adductis: † sed priuilegiū canonis à iure positiuo per Inno.2. in Concilio Lateran. cap.15. Ioannes Monach. in cap. super eo, de hæreticis in.6. Ioannes And. in cap. degradato, super glos. fina. de pœnis libro.6. additio.2. ad Abbatem in cap. nulli.8. de senten. excommuni.

Pro quo Rolan. à Valle vbi proximè, num.30. post Socinū, hoc asserit probari in dicto cap. si iudex laicus, de sentē. excommu. libro.6. Nam etsi clericus ibi fuisset repertus in fraganti crimine, & sine habitu, & tonsura; non tamen ex eo amittit fori priuilegium. sequitur Hippoly. de Marsiliis singula.383.incip. clericus incedens, num.2. & consil.67. versic. præterea respondeo. Anto. de Butrio, & Cardinalis in dicto cap. perpendimus. Speculator titulo de senten. excommun.§.1. versic. sed quæritur vtrum. Alexan. consil.8. incip. videtur super primo. num.3. & 4. libro.1. Fulgosius consil.154. in fine. Cepola in consilio criminali.11. num.44. & seqq.

70 Vnde † euenit in tantum esse clericos exemptos à secularibus non solum iudicibus, verum & Principibus, quòd non committūt lesæ Maiestatis crimen in secularem, vt notat Andreas Siculus in cap. at si clerici in principio, in finalibus verbis de iudicijs. Arnaldus Albertinus in cap. quoniam, quæstio.11. versic. septimo fallit. de hæreticis in.6. Bernardus Diaz in practica crimina. canonica. cap.118. paulo post principium, vbi plures adducit in additio. Salzedo, Iacobus Menoch. consil.99. num.21. libro.1. Iulius Clarus lib.5. senten.§. lesæ Maiestatis num.7. Flosculus Clericorum.2. parte. num.120. Hieronym. Gigas in tracta. de crimine lesæ Maiestatis, rubrica quis de crimine

mine læsæ Maiestatis cognoscere possit, nu. 12. & seqq. dicens. hoc esse in tantum verum, quòd non licet alicui Principi seculari iudicare clericos deprehensos in quibuscúque criminibus, etiam atrocissimis.

71 Vnde † Martinus Laudesis in tractatu de Principibus, notabili. 494. dixit, quòd Princeps laicus nõ potest corrigere personas clericorum, etiam tenentium feudum à Principe ipso; secundum Hostiensem & alios in cap. verum, de foro competenti, reprobata opinione Inn. ibi. & fauet Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, verbo. condictionibus, in titulo qui sint rebelles. relatus per Hierony. Gigantem vbi proximè nu. 16. Ioan. de Imola. in clem. 1. num. 5. de officio ordinarij, versic. & damnat dictum Inno.

Ex quo satis apparet, eosdem Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum non potuisse vllo modo apprehendere, nec captos detinere dictos Scipionem Sarracenum Canonicum Vicentinum, & Brandolinum Valdemarinum Foriuliensem Abbatem Monasterij de Neruesia, cum vterque sit ecclesiastica persona, & secus faciendo, eosdem Ducem & Senatum, immunitatem, & libertatem ecclesiasticam violasse, & in excommuni-

72 cationem incidisse: † quia laici dicuntur directè venire contra libertatem ecclesiasticam, si clericos, seu ecclesiasticas personas compellunt coram eis in iudicio venire, & de eis iudicium facere. vt in cap. nullus iudicum, & capite sacerdotibus, & quasi per totum. 11. q. 1. Lapus allegatione. 92. num. 1. in fine, & num. 7. versic. primo quia, & ibi additio litera. K. allegans in idem cap. 1. cum tribus sequentibus, de foro competenti. Ioannes Lupus in tracta. de libertate ecclesiastica. 2. par. q. 10. versi. sextus casus, & casu. xj.

73 Solus † enim episcopus habet iurisdictionem contentiosam in clericos suæ diœcesis, cap. de persona. 11. quæst. 1. cap. quanto, de officio ordinarij. Socinus consil. 12. circa. 4. quæstionem. libro. 1. Firmianus de iurisdictionis Episcopi defensione, capi. 3. numeri 4. Antonius de Prætis eodem tractatu, cap. 3. num. 4. Gregor. Lop. in. l. 3. titulo. 6. par. 1. Verbo Iuez.

74 Ideo potest inhibere laico, ne procedat contra clericũ, etiã coram eo litigare volentem. glo. 1. in cap. decernimus, de senten

tia excommuni.libro.6.Angelus in.l.consulta Diualia.C.de testam.& in.l.ex causa.ff.de postulando.Bartholom.Cepola consilio crimina.10.num.2.Steph. Aufrerius in tracta.de potesta. ecclesiast.super laicis,num.7.cap.seculares, de foro competenti, libro. 6. Bal. in proœmio libri. 2. decretalium versic. Item episcopi.Nicolaus Boerius decisi.114.num.2.allegans in argumentum tex.in.l.hæres in fundo,de vsufructu.Quintilianus Mãdosius in tracta. de inhibitionibus, q. 10. num.2. Menoch. lib. 2. de arbitra.iudi. casu.430. num.2. Lancellotus in tracta. de attentatis, cap. 20. de attentatis post inhibitionem, num. 39. &.77.

75 Cuius est ratio, † nam ecclesiastica potestas dignior & maior est seculari.cap.solitæ,de maiorit.& obedien.Ripa in. l.4. §.condemnatum,num.28. & sequenti. ff. de re iudicata. Boer. vbi proximè, & Lancello. num. 40. Bernardus Laurentius de potestate seculari super eccles. personas. num.2. Anto. de Butrio,& alij,quos allegat Couarru. in practicis,cap.31. num.1. extrauaganti vnam sanctam, de maiorita.& obed.inter communes.Petrus Grego.libro.15.syntagmatum.cap.1.nu.4.&nos infra latius.

76 Et ita † iustissima est, & multum omni iuri consona,inhibitio sanctissimi D. N. Pauli V. ipsiusque mandatum aduersus eosdem Ducem,& Senatum Reipublicæ Venetorum, emissum ad effectum,vt remitterent Horatio Episcopo Sedis Apostolicæ Nuncio personas dictorum Scipionis Sarraceni canonici, & Brandolini Valdemarini Abbatis, quas iniuste carceri mancipatas,& detentas habebant.Quia certissimum est, Clericos nec capi,nec detineri posse per Principes, nec iudices temporales.Glo. verbo causa, in cap.si canonici, de officio ordinarij in.6.vbi dicit.Ad cessationem à diuinis indicendam,sufficiẽtes esse causas, quòd statuta sint facta contra libertatem ecclesiasticam,vel si imponantur taliæ,vel collectæ clericis:vel si detineatur clericus, vel canonicus per secularem balliuum. Et ex cap.cum non ab homine,vbi glossa & omnes,& cap.si verò, de senten.excommuni.tradit Menochius lib.2. de arbitrarijs iudicum,casu.180.nu.16.& seq.Iulius Clarus lib.5.sententiarum.§. finali.q.28.num.6.in principio.Castillo in.l.66.Tauri,glo.*de se arraigar*. versic. primo adduco.

Nam

77 Nam † detinentes clericos in carceribus, maximè incidunt in excommunicationem. cap. nuper, de sententia excommunicationis. Ioannes Lupus dicto tracta. de immun. eccles. 2. parte, cap. 1. num. 4. Beatus Antoninus in tracta. de excommunicatio. §. 1. nu. 12. Martinus Laudensis in tractatu de Principibus, quæstione. 224. Lapus allega. 118. n. 5. & . 6.

78 Et † quia teste Polybio libro. 4. historiarum, nihil omittendum est, quod ad inuestigandam veritatem pertineat: non ob-
79 stat falsa, & damnata opinio † Petri de Ferrara in sua practica in forma libelli actionis confesso. verbo plenam, vbi ita dicit.
" Naturaliter, & à principio mundi omnes clerici, nedum laici
" erant sub potestate, & iurisdictione imperij; sed ipsorum Im-
" peratorum dulcedine, & benignitate, fuerunt clerici dimissi
" sub potestate Papæ: & beneficium hoc tanquam ingrati sciunt
" malè cognoscere, vt notatur per Inn. in. c. 2. de maio. & obed. Vn
" de concludit, quòd bene, & sanctè faceret Papa, si totam tem-
" poralem iurisdictionē in manibus Imperatorum remitteret.

Cuius delirijs respondet Rebufus vbi supra de cōfirmatione concordatorum, versic. nō obstat, dicens. Hæc illum protulisse,
80 quia erat bigamus; † & Ecclesia noluit eum tueri, quia extra clericorum priuilegia erat. cap. vnico de bigamis in. 6. cap. vnico de clericis coniugatis eodem libro. Idem Rebufus in cap. si quis suadente. 17. q. 4. limitatione. 19. & ita indignatus protulit illa verba mendosa.

81 Et conuincitur, † quia nullo tempore clerici fuerunt sub imperio (vt falsò ait, fuisse, Petrus de Ferrara:) nec fuerunt vnquā de iurisdictione secularium: nam Dominus qui creauit omnia per seipsum, rexit omnia: & homini quem fecit dedit præcepta, vt Genes. cap. 2. ex omni ligno, &c. & peccantibus pœnas imposuit. Genes. 3. sicut apparet in Cayn. Genes. 4. Iosephus lib. 1. antiquita. Iudaica. c. 1. & . 2. Aluarus Pelagius lib. 1. de plāctu Ecclesiæ, cap. 13. & in Lamech. Genesis cap. 19. & habetur in cap. quoniam. 31. quæst. 1. & sic vsque ad Noë per se rexit.

82 A tempore autem Noe † cœpit Deus creaturas suas regere per ministros, quorum primus fuit Noe: fuit enim rector populi, & ex eo apparet, quòd Dominus concessit gubernationem arcæ, & animarum, quæ in ea erant ad saluationem; vt essent seminaria mundi. Ita constat Genesis. 6. & . 7. cap. Diuus Grego-

" Gregorius Nazianze. lib. 2. de Theologia dicens. Noe verò
" apud Deum tam erat gratiosus, vt ei si non mundus totus, cer-
" tè mundi seminarium ab aquis conseruandum, à Deo credere-
" tur; vt qui exigui ligni beneficio inundationem effugeret. Adonis Cronicon ætate. 2. anno mundi. 1657. Genebrardus in cronographia. 1. ætate. pag. mihi. 7. Lucas Tudensis in historia mũdi apud me manuscripta, & de Rebus Hispaniæ capite. 7. & duobus sequent. Rex Castellę Aldephonsus Sapiẽs in lib. Thesauri, penes me manuscripto. 1. parte. c. 20. Guillelm. Luueranus in arbore iurisdict. num. 6. Ioann. à Capistra. de aucto. Papæ. 2. p. nu. 56. & liber qui Berosi nomine circumfertur lib. 1. & in notis ibi Ioann. Annius Naucle. chronogra. gener. 10. Naua. in cap. nouit. nota. 3. num. 151. de iudicijs.

83 Per † quam arcam Ecclesia significatur, cap. quoniam. 24. quæst. 1. extrauaganti vnam sanctam, de maio. & obedien. inter communes. Pierius Valerianus in Hieroglyphicis, lib. 39. folio. 290. super verbo sapientia. Diuus Cyprianus libro de vnitate ecclesiæ. Augustinus in libro eiusdem nominis. Diuus Hieronym. in epistola ad Damasum, æquiparantes Ecclesiam Catholicam cum arca Noe, extra quam omnes constituti perierunt. Feuardentius sup. Ruth. cap. 2. in mystica eius explicatione. Diuus Petrus. 1. epistola canonica c. 3. circa fin. Adonis Chronicon, vbi proximè, & anno mundi. 1948. versic. in hac ætate, Petrus Grego. 3. parte syntagma. iuris vniuersi lib. 33. cap. 11. num. 4. cap. 1. §. vna, vbi glo. de summa Trini. & Fide Catholica. Cardinalis Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 33. num. 1. Diuus Gregorius Nazianzenus in oratione habita in
" sui patris funere, pag. mihi. 69. dicẽs. Et quid aliud dicere opor
" tet, quàm quod efficit, vt Ecclesia hæc Hierusalem noua, & ar-
" ca alia super aquas delata, quam ad modum Noë illius magni,
" ac mundi huius patris secundi vocaretur. Guillelmus Durandi in Rationali diuinorum officio. libro. 6. cap. 81. num. 11. Beda Anglosaxonus de temporum ratione cap. 66. versiculo secunda seculi ætate. Aluarus Pelagius dicto cap. 13. Conrrad. Brunus tracta. de hæreticis, cap. 12. nu. 22. Luueranus dicto nu. 6. Archidia. in cap. quantumlibet. 47. distinct. & in cap. à recta. & cap.
" quoniã. 24. q. 1. vnde Hugo in libro de arca. c. 3. dixit. Arca Noë,
" quam fecit securibus, & dolabris ex materia lignorum, & bitu-

mine,

" mine, Ecclesiam, quam Christus fecit per prædicatores suos ex
" collectione populorum suorum in vna fidei confessione. Diuus Augustinus lib. 15. de Ciuit. Dei. c. 27. & lib. 1. contra Faustū.
" D. Hilarius libro. 7. de Trinita. Arca enim Noë, per quam de-
" signata est ecclesia inundationibus concussa, eleuata est in subli me. Cardinalis Iacobatius in tract. de concilio, lib. 1. art. 1. nu.
" 2 o. Diuus Grego. 35. Moraliū, dicens. Sicut igitur arca, quæ
" Ecclesiam figurabat, commissa fuit vni; ita ipsa Ecclesia vniuer
" salis & catholica vni commissa est summo Pontifici, tanquam
" alteri Noë. Ioannes à Capistra. de aucto. Papæ. 2. parte. dicto num. 56. & post D. Hierony. in libro aduersus Luciferianos, tradit Michaël de Anninio in tracta. đ vnitate ouilis, & pastoris. c. 7. n. 4. F. Ioan. Pineda in monarchia Ecclesiastica. li. 1. c. 17. §. 3.

84 Et ita † licet non legatur, Noë sacerdotem fuisse: officium tamen exercuit sacerdotis statim post egressum arcæ, antequã
" leges populo daret: nam vt Genesis cap. 8. dicitur. Aedificauit
" autem Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, &
" volucribus mūdis, obtulit holocausta super altare: odoratusq;
" est Dominus odorem suauitatis. Ex quo capite idem adnotauit ibi Oleaster, & Claudius Marius lib. 3. in Genesim. Pineda dicto. §. 3. Philippus Bergomensis in supplemento Chronicarū lib. 1. in fine, & lib. 2. in principio. Philon Iudæus in libro de vita Mosis, circa finem. Ioseph. de antiq. Iudai. lib. 1. cap. 3. Ioannes Annius in Berosum lib. 1. Ioann. Nauclerus dicta generatione. 10. Alua, Pelagius dicto li. 1. cap. 13. Ioann. Annius in commentarijs ad fragmenta M. Catonis, in libro de originibus di-
" cēs. Quod Noë primus Pōtifex cū filijs, & vxoribus, sacrificia,
" & holocausta obtulit, quod est officiū sacerdotis: omnis enim
" Pōtifex ad offerēdū munera, & hostias cōstituitur, vt cōstat ex Diuo Paulo in epist. ad Hebræos. c. 5. & 8. † sicut Cayn, & Abel

85 iustus primo fecerūt Genes. c. 4. Iosephus dicto li. 1. c. 2. Philō Iudæus in lib. de sacrificijs Cainis, & Abelis to. 1. Polydor' Virgilius li. 3. đ inuēto. rerū. c. 7. Capistra. dicto. n. 56. & 1. par. n. 9.

86 Et † in alio sacerdotis munere fūctus fuit, dū filios Theologiā, & sacros ritus edocuit, vltra alia, quę bonas artes, & omnigenā sciētiā tangebāt, vt post Berosum lib. 3. & Viterbiēsē ibi tradūt Pineda, & Naucler' vbi proximè: quare Summū Pōtificē, & maximū quolibet Imperatore appellat Philip. Bergo. vbi proximè.

Et le-

87 Et legem † dedit Noë vt Princeps subditis suis, vt constat Genesis.c.8.&.9. Aluarus Pelagius dicto cap.13.& ideo de ipso ait Ioannes Annius in dictis commentarijs ad Catonis Frag
« menta. Quòd Noë fuit primus Rex, & Monarcha ætatis aureæ,
« penes quem vnum erat vasti custodia mundi, & ius omne vertē
« di cardines, & dandi albam virgam, id est, primos fasces, vt Be
« rosus explicat; & ita Noë exercuit vtranque potestatem, spiritualem, & temporalem: designabat enim Christū, vt ait Diuus Augustinus libro.12. contra Faustum, & Iacobatius dicto libro 1.art.1. num.240.

88 Post † Noë autem in vicaria gubernationis mundi successerunt Patriarchæ, Iudices, Reges, sacerdotes, & alij, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum; de quibus in sacra historia ab Exodo vsque ad librum Paralipomenon: & tradit Aluarus Pelagius dicto cap.13. Rebuf. dicta rubrica, de protectione concordatorum, asserentes, hoc & dictorum regimen du
89 rasse vsque ad Christum, † qui fuit naturalis Dominus, & Rex noster: de quo Psalmo.71. *Deus iuditium tuum Regi da*. Daniel.2.c. *Suscitauit Deus regnum cœli*. Zachariæ cap.9. *Ecce Rex tuus*. & Mathei.21.&27.& Lucæ.24.& vt Regi veritatis vi id operante, talis titulus fuit positus per Pilatū. IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Ioannis c.19.& Iustus Lipsius li.2. de cruce. c. 11. Et in eo quod dixit coram Pilato. *Regnum meum non est de hoc mundo*, Ioannis. c.18. non negauit propter hoc se esse Regē, imò postea expressè concessit, & confessus est: nam cum Pilatus dixisset ei. Ergo Rex es tu? respondit. *Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego enim in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati*. Nec dixit regnum meum non est in hoc mundo, cū regnum eius sit in cœlo, & in terra. Matth. c.7. in fine. *Erat enim docens eos, sicut potestatem habens*. Et Marci.9. *Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c.* & clarius Matth.cap.28. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*. Ioan. 17. sed dixit. *Regnum meum non est de hoc mundo*: quia nec electione mundana fuit Rex: & ita declarat Petrus Bertrandus tractat. de iurisdictio. ecclesiastica, quæstione 3. numer. 37. & nos infra latius. Victo. relect.1. de potest. ecclesiast. sectio.6. num.18.

90 Et ipse † Iesus Christus vicarium suum cōstituit Petrum, & succes-

successores eius, quando eis dedit claues Regni cœlorum, & dixit Petro. *Pasce oues meas.* Matthæi. 16. Ioann. cap. vltimo. c. inter corporalia, post principium. cap. quanto, de translatio. prælato. Speculator titulo delegato. §. nunc videndum, versic. 89. Ioannes de Sala. consil. 69. nu. 5. inter consilia Martianesij cap. in nouo. 21. dist. cap. significasti, de electione.

91 Et ipsis † concessit iura cœlestis, & terreni imperij, sicut Nicolaus Papa ait in cap. omnes. 22. dist. & in proœmio libri sexti, & in. c. fundamenta, de electione, & in cap. solitæ, de maiorit. & obedientia. Guillermus Duran. in dicto tracta. de modo generalis concilij celebrandi, part. 2. rubrica. 9. num. 1.

92 Et † sic iurisdictio clericorum, & in eos iurisdictionis vsus omni tempore penes sacerdotes fuit, etiam ex lege veteri, dicẽte propheta Zachariæ. 2. cap. *Qui uos tetigerit, pupillam oculi mei tangit.* c. accusatio. 2. q. 7. Rebufus vbi proximè: & exempti fuerunt à iurisdictione secularium. Et ita Bald. in cap. 2. nu. 3. de maiorit. & obedien. quærens cum Innocentio. *Quis exemerit clericos ab Imperatore? Respondit, quod semper fuerunt exempti de iure, licet non de facto, ut patet in legendis martyrum.* Barbacia consilio. 45. incipiente mandato, & iussu, num. 1. vol. 2. dicens. Quod priuilegium indultum clericis, vt non conueniantur corã laicis, clerici non habuerunt ab Ecclesia dispositiuè; sed habuerunt declaratiuè. ideo glo. verbo, discuti. in dicto cap. si Imperator. 96. distinct. quòd antequam emanasset aliqua constitutio, clerici erant liberi à iudice seculari, & quòd constitutiones ecclesiasticæ sunt declarationes, non dispositiones; quod rectè decidit Tex. ibi. dum dicit. *Deus omnipotens uoluit clericos discuti a Pontificibus, & non a potestatibus secularibus.* Cardinal. in repetitio. cap. perpendimus, de senten. excommuni. Alciat. in. c. cum non ab homine, nu. 2. de iudicijs. Couarr. in practicis cap. 31. num. 1. Villalobos in ærario commun. opinio. litera. C. num. 101. & esse communem opinionem tam sacrarum, quam Pontificarum legum conditorũ, asserit Nauarro in cap. nouit, de iudicijs, notabili. 6. num. 30. & num. 6. Romanus singulari. 414. Abbas., Felinus, & Decius in dicto cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio. Idem Abbas, in. c. at si clerici. nu. 23. de iudicijs. Aufrerius in Clem. 1. de officio ordina. versi. ad quæstionẽ, vbi Ioannes de Imola nu. 5. Et ita sunt intelligendæ leges, & dispositiones canonicæ suprà à nobis adductę, quas etiã refert

L Salzedo

Salzedo in practica criminali canonica, cap. 62. num. 1. optimè Victoria relectione.1.de potestate Ecclesiæ,sectione.7. propositione.6.

93 Bene † tamen verum est, quod clerici potuerunt eximi per Papam à potestate seculari,etiam si ipsorum exemptio non esset de iure diuino: nec in hoc fuit necessarius consensus Imperatoris, nec alterius potestatis temporalis. Ita resoluunt Rebuf. in allegata rubrica de protectio. concordatorum,versic. præterea. Molina tomo.1.de iustitia,disputatio.31.versic. Tertia vero pars. Victoria,& Imola in locis proximè citatis, vterque num. 5. dicentes. Hoc suadere rationem naturalem.capite cum ad verum. cap.duo sunt.cap. si Imperator. 96. distinctione: nam cum dederint corpus & animam in seruitium Christi, cap. cui portio. 12. quæst. 1. per consequens Papæ Iudicio, & constitutionibus debent subesse velut spirituales res. cap. imperium, & cap. susceptum.10.distinctio. cap. solitæ,de maioritate & obedien.nam vt in simili ait Concilium Hispalense.2.cap.9.& refertur in cap. in nona actione. 16. quæst. 7. *indecorum est laicum viros ecclesiasticos iudicare.*

94 Quare † conueniens & necessarium est,ad rerum spiritualium administrationem, quòd ecclesiasticæ personæ sint exemptæ à iudicio ciuili.cap.cleros.21.distinct.Inno.& alij in dicto. 2. cap. de maior. & obed.

95 Alua. Pelagius lib. 1. cap. 44. post medium: † nam si ministri Ecclesiæ possent trahi ad iudicium seculare,auocarentur à ministerio Ecclesiæ,& non possent commodè vacare officio suo, dicente Apostolo. 2. ad Timoth. cap. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus*.cap.1.cap. sed nec procurationes,ne clerici, vel monachi. cap. 1. cum duobus sequentibus. 23. quæst. 1. Victoria dicto num. 5. addens. Quòd Respublica ecclesiastica est « perfecta, & sufficiens in se, & ita in ea est potestas ad ferendas « leges administrationi Ecclesiæ conuenientes; & cum sit conue« niens clericorum exemptio à seculari potestate: & ideo potest « ferre leges de tali exemptione.Quinimò Papa posset propria au« thoritate deligere ministros ecclesiasticos,non obstante potesta« tis ciuilis contradictione; & eadem ratione posset illos à iudicio « seculari subtrahere. Et quia si posset ecclesiasticus ad seculare « iudicium vocari, & ab ecclesiastico suo superiore etiam vocare-

tur,

" tur, esset omnino perplexus, & non posset satisfacere vtrique iu-
96 dicio: & quia nullo modo consentaneum erat, vt † ecclesiastici, qui laicorum sunt pastores, iuxta illud D. Petri. 1. epist. canoni. cap. 5. *Pascite eum qui in uobis est gregem Domini*. cap. pasce. 86. distinctio. cap. legimus. 93. distinct. cap. esto subiectus. 95. distinct. Aluarus Pelagius libro. 1. de planctu Ecclesiæ cap. 69. Petrus de Biasio, in directo. electionum. 1. part. cap. 50. num. 2. Marquar. de Susannis tracta. de cœlibatu non abrogan. cap. 8. num. 2. Ioann. Vgo. de officio quatuor prælato. versiculo cum autem, num. 1. vexarentur in iudicio à subditis suis secularibus iudicibus: nam vt inquit Diuus Paulus. 1. ad Corintios. capite. 2. *Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur*. Rebu-
97 fus vbi proximè versicul. erubescere, † vbi iterum inuehit contra Petrum de Ferrara dicens. Ipsum fuisse adulatorem Imperatoris, & ideo dubitandum esse de saluatione animæ illius: quia
98 debebat scire † omnes causas olim tam clericorum, quàm laicorum deferri solitas ad Ecclesiam. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. cap. si quis presbyter. 2. quæst. 5. cap. relatum. 11. quæst. 1. Deuterono. capite. 18. & ita non fieri iniuriam Principi seculari, si ad suam redeat primæuam naturam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, cap. ab exordio. 35. distinctione.

Vnde Imola in dicta Clem. 1. nu. 5. de officio Ordinarij, me-
99 " rito ait, † quòd priuilegium clericorum solùm iudicandum est secundum canones, & non secundum leges: quia eius est interpre-
" tari, cuius est condere. cap. inter alia, de sententia excommuni. l. 2. §. si quid verò. C. de veteri iure enucleando. glos. 1. in cap. cum venissent, de iudicijs. Antoni. de Butrio in cap. 1. num. 4. de sequestra. possessio. & fruct. l. vltima. C. de legibus. cap. clericum. §. ex his omnibus. 11. quæst. 1. Abb. in cap. 1. nu. 14. de constitutio.

Quare † Guillel. relatus per Imol. vbi proximè, per prædicta
100 damnat aliquas Inno. opiniones, & primùm eam, quã in cap. venerabili amæ, de senten. excommunica. tenuit; Quòd clericum fugitiuum,
" potest quis capere absque metu excommunicationis, per. l. ait
" prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem creditorum. l. respiciendum. ff. de pœnis: & ex eadem ratione damnat glos. verbo, deprehensus, in cap. cum non ab homine, quæ ex dicta. l.

&.l.capite.ff.ad.l.Iul.de adulte. dicit,quòd clericus deprehensus in facinore,potest detineri per. xx. horas: & damnat etiam dictum Innocentij,in cap. transmissa, de foro competenti, vbi dicit,quòd Dominus feudi qui super hoc est ordinarius,si condemnauerit clericum in amissione feudi, potest ipsum impunè, si est rebellis,per spatulas expellere. Argum.c. olim,de restitutio.spoliatorum:quia in omnibus prædictis standum est regulæ positæ in dicto cap.si quis. 17. q. 4. nisi vbi canon,vel Papa excipit,non autem vbi excipit lex. Sic etiam tenet Hostiens. in dicto cap. vt famæ.

101 Vnde Bald.in. §. si clericus, in titulo de pace tenenda,& eius violatoribus,tenet, † quòd iudex secularis non potest clericos delinquentes de suo territorio expellere, sed ipsos ad suum remittere iudicem:cuius decisionem sequitur vir eximiæ authoritatis Grego.Lopez in.l.57.titul.6.part.1. glo. 2.in fine, dicens: quòd & si Guiller. Benedictus in cap. Raynuntius de testamentis,verbo & vxorem, decisione. 2. per legem. Quicunque. C. de Episcopis,& clericis;dicat quòd curia Regis Franciæ pro criminibus læsæ Maiestatis falsæ monetæ fractionis saluægardiæ Regiæ banniat clericos de Regno, quoties delinquendo Reipublicæ officiunt: tamen quòd periculosa sunt ista, & cauenda, & remittendi sunt isti suo iudici: & ista est verior, & securior opinio,quam sequitur Petrus de Ancharra.in cap. quamuis, de pœnis in,6.Hierony.Gigas de crimine læsæ Maiestatis.q.63. num.1. &.2. adducens Cardinal. in cap. vergentis, de hæreticis, vbi voluit; quòd clericus non incidit in pœnas legis quisquis. C. ad. l.Iuliam maiestatis.Andreas Siculus consil.22.incip.à Ioue principium,num.2.& sequentibus,lib.3.Boer.de seditio. præsupposito.6.num.3.

102 Quare Lælius Iordanus in tractatu de Romanæ sedis origine cap.3.num.6.† asserit.Aemulos Christi, & insidiatores esse Ecclesiæ eius,& in Deum præuaricantes,qui sacerdotes coram publicis iudicibus accusant:& ita ipsos appellauit Alexander.1. Papa Trajani Cæsaris contemporaneus,in prima epistola ad omnes orthodoxos,de sacerdotibus non vexandis,quæ habetur.1.tomo conciliorum,fol.71.circa principium,colu.2.

103 Nec obstabit † dicere,quòd temporalis potestas prior est quã ecclesiastica,saltẽ ea,qua post Christũ regitur Eccles. Christiana: si qui-

siquidem illa videtur naturaliter ab exordio Ciuitatum cœpisse; vt clarè ostendit. D. Thomas lib. 1. cap. 4. de regimine Principum: & sentit Nauarro in cap. nouit, notabili. 3. num. 89. & 92. de Iudicijs: quia vltrà quod hoc incertissimum est, nec potestas ecclesiastica, & sacerdotij talem temporis restrictionē admittit, vt in-
104 ferius latius ostendā. † Posito tamen, (non tamen aliqualiter concesso) quòd prius fuerit iurisdictio temporalis, quàm spiritualis; non tamen ex eo sequitur, quòd spiritualis subsit temporali, vt ait Rebuf. in dicta rubrica de protectione concordatorum, eo simili probans, quòd prius fuerunt animalia creata, quàm homo Genes. cap. 1. & 2. Ioseph. lib. 1. antiq. iudai. cap. 1. Philon Iudæus in libro de mundi opificio, pag. mihi. 19. & seq. c. ab exordio. cap. sexto die. 35. dist.

105 Tamen † homo dominatur illis, vt dicit D. Paulus. 1. ad Corinth. cap. 15. & Dauid Psalm. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Somnũ viridarij lib. 2. cap. 123. Philon Iudæus vbi proximè. pag. 26. & in libro de agricultura pag. 270. Michaël de Anin. tracta. de vnit. ouil. & pastoris, cap. 1. num. 6. Michaël Vlcurru. de regimine mundi. q. 3. principa. num. 13. §. partus. inst. de rerum diuisione. Plinius lib. 6. naturalis historiæ cap. 1. dicens: quòd causa hominis « cuncta videtur genuisse natura, & lib. 7. cap. 1. Homo est animal « cunctis imperans, & cæteris animantibus excellens. Aristot. lib. 1. « & 2. de animalibus dicens. Nobilissimum & altissimum animal « est homo. Cuius Principatus super vniuersas creaturas. Meminit Clem. si Dominum, de reliquijs, & veneratio. sanctorum; & Ec« clesiast. cap. 17. Deus creauit de terra hominem; & secundum « imaginem suam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipsam, « & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum, & tem« pus dedit illi, potestatem eorum quæ sunt super terram: posuit « timorem illius super omnem carnem: & dominatus est bestia« rum, & volatilium, &c. D. Chrysost. super Matthę. dicens. Anima« lia fecit Deus propter hominem. D. Greg. 10. Moralium Petrus Gregorius lib. 19. de Republica, cap. 1. nu. 9. & lib. 21. cap. 9. nu. 16. & cap. 10. nu. 6.

106 Et † quemadmodum ait Rebuf. vbi proximè, licet Digestorũ iure distinctæ essent iurisdictiones. l. hæreditas, ibi principali, vel Pontificali. ff. de petitione hæreditatis; tamen sacerdotiũ eo iure non erat sub tẽporali potestate. l. nō distinguemus. §. sacerdotio.

ff.de recept.arbitris. l. penultim.ff. de vacatione, & excusatione munerum.

Nec obstabit dicere, quòd licet Dominus inter Leuitas sacerdotes, & alios quoad officia, & rerum, seu terrarum possessionem constituerit discrimen, & voluerit Leuitas & sacer-
107 dotes sacra tractare: attamen viuente † Moyse, illius iudicio cæteri omnes, tam qui ex Leui, quàm qui ex alijs descendebant erant iudicandi, vt ait Couarr. in practicis cap.31.num.2. versicul. non enim; pro quo videtur illud Exodi. cap. 18. *Altera autem die sedit Moyses, ut iudicaret populum, qui assistebat Moysi a mane vsque ad vesperam*, & cap. 28. Ioannes Gar. dicta glos. 9. num.11.

108 Et quia † videtur quòd Moysis potestate Aaron fuerit electus in sacerdotem, iuxta illud Exodi cap. 28. *Applica quoque tibi Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israël, ut sacerdotio fungantur mihi, &c.* quem locum ponderauit Card. Turrecrem. in summa de Eccle. lib. 1. c. 91. in fine. & quia Exod. c. 22. Aaron vocat Moysen Dominum suum.

109 Quia vt † ab initio repetamus illud ex historijs sacris, colligitur, quòd postquam Ioseph venditus fuit à suis fratribus Genes. 37. & Constitutus Princeps Aegypti Genesis cap. 41. & à fratribus recognitus Genes. cap. 45. & ex permissu Pharaonis adduxit patrem cum omnibus filijs, & vniuersa eius familia, vt habitarent in optimo loco Genes. cap. 47. Mortuis Iacob, & Ioseph filio, & Pharaone, cuius gratiam meruerāt, successit nouus Rex Pharao super Aegyptum, qui oppressit, & afflixit nimis filios Israël, Exod. cap. 1. sed Altissimus prouidere voluit eis mediante Moyse ex familia Leuitarum nato, quia fiscella scirpea de flumine eductus, & nutritus vt filius filiæ Pharaonis, postquam duxit vxorem filiam Iethro sacerdotis Madian, Exod. 2. & apparuit ei Dominus in flamma ignis in medio rubi, vt mitteret eum ad Pharaonem ad educendum Populum Domini, hoc est filios Is-
110 raël de Aegypto, Exodi. 3. † fuit electus, & institutus Dux & Princeps eiusdem populi, vt ex eodem capite constat, & refert. Ioann. à Capistrano tract. de auctor. Papæ. 2. part. 2. partis principalis, num. 61. Gueuara in Habacuc cap. 3. verbo egressus es in salutem populi tui. Lactantius Firmianus lib. 4. de vera Sapientia, cap. 5. Diuus Hieronymus in epistolam ad Titum

tum cap. 1. relatus in cap. Moyses. 8. quæst. 1. Petrus Grego. lib. 7. de Republica cap. 15. num. 8. Rex Alphonsus sapiens in allegato libro Thesauri parte. 1. cap. 39. dicens, quòd Moyses fuit Magister & Dominus populi Israelitici voluntate Dei. Beda Anglosaxonus in libro de temporum ratione, cap. 66. versiculo Moses annis. XL. Ioannes Nauclerus chronogra. 1. parte, generatio. 27. Philippus Bergomensis in supplemento chronicarum, libro. 3. Iosephus lib. 2. antiquita. Iudaica. cap. 9. & seqq. Pineda lib. 2. Monarchiæ Ecclesiasticæ, cap. 21. §. 2. & seqq. quare Ioannes Salisberiensis libro. 2. in Policraticum, cap. 27. ait, quòd Moyses fuit mansuetus Princeps, pius pater, disertus orator, potens in opere, & sermone, Dux præambulus in iustitia mandatorum Dei. Hanc Principalem potestatem ostendit cap. 18. Exodi, dum dicitur. *Sedit Moyses, ut iudicaret populum.* Et cap. 32. vbi iussit occidi plurimos de populo propter peccatum idololatriæ, vt bene obseruat Michaël Agia in tract. de exhibendis auxilijs, fundamento. 19. Maseas Phœnix Damascenus lib. 96. historiarum. Petrus Gregorius in Syntaxi artis mirabilis, tom. 3. cap. 1. num. 8. & lib. 6. de republica, cap. 20. num. 3. dicens. Quòd cum Deus populo suo Moysem Principem constituit, & Ducem, dedit illi virgam signorum, & prodigiorum, instrumentum pro sceptro, & potestatis Symbolo, Exodi cap. 4. cuius Authoritate Philon Iudæus in eleganti libro de vita Mosis, pag. mihi. 845. & 854. & seq. asserit, eum Ducem, Principemque populi Dei declaratum fuisse, ac Dominum, & Deum Pharaonis Exodi cap. 7. Philon Iudæus in libro de Agricultura. Pineda dicto. §. 2.

III - Quare Ioann. à Capistrano dicto num. 61. in fine, authoritate prædicti cap. 4. Exodi, † quòd Moysi est tradita potestas tanquam sacerdoti miracula faciendi, sicuti dum imperauit aquis, quas conuertit in sanguinem, auocauit grandines, fulmina, tonitrua, ranas, cynomyam, & alia quæ fecit in nomine Domini Exodi cap. 6. & sex capitulis sequentibus, & capit. 14. & 17. Petrus Gregorius in Syntaxi artis mirabilis, tomo. 4. lib. 2. cap. 5. nu. 5. Iosephus libro. 2. antiquit. iudaica. cap. 5. & 6. Pineda dicto capite. 21. §. 3. & sequentibus: inter quæ illud miraculum mirè extollit. Cassiadorus in libro de anima, cap. 18. *Dum Moyses per maria terrenum iter aperuit: aquarum domicilia fecit*

pedibus transmeauit: & tam magni fluctus quasi latere utroque constructi, in speciem rupis peregrina soliditate riguerunt.

112 Et † Sacerdotis munere functus etiam fuit, cum ædificauit altare Domino. Exodi cap. 17. & 24. & 40. vbi adoleuit Domino incensum, quod erat maximè proprium munus Pontificis, vt patet, ex libro. 2. Paralipomen. cap. 26. & Leuitici. c. 8. vbi constat, quòd consecrauit Aaronem in sacerdotem, sanctificauit tabernaculum, & altare; obtulit sacrificia, & holocausta, quæ solus sacerdos facere potest, vt notat Michaël Agia dicto fundamento. 19. Philon in vita Moysis.

113 Similiterque † publicas preces ad Deum pro populo obtulit, tam pro ipsius victoria, quàm pro peccatorum venia, vt disertè ostendit Philon Iudæus in libro, quis rerum diuinarum hæres sit, & latius in eius vita, pag. 862. & lib. 1. de Monarchia: vnde pugnante populo Dei contra Amalec, Moses orabat. Exodi cap. 17. *Cumque leuaret manus orans Moses, uincebat Israël: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.* Petrus Gregorius dicto tom. 4. Syntaxis artis mirabilis, lib. 2. cap. 7. num. 10. Iosephus lib. 3. antiq. iudaica. cap. 2. Tex. in cap. si quis vult. 36. distinct. Idem Petrus Gregorius. 3. part. Syntagmatis, lib. 31. cap. 22. num. 4.

Et cum ira Dei sæuiret in populum; dixissetque Moysi Dominus Dimitte me, vt irascatur furor meus in populo, & deleam eum, & faciam te crescere in gentem magnam. Respondit. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo. Exodi cap. 32. Ioann. Salisberiensis dicto lib. 2. cap. 27. Philon in dicto libro, quis rerum diuinarum hæres. Petrus Bollo in œconomia canonica, class. 1. cap. 3. §. 1. dicens, quòd Moyses seriò admonuit Aaron pro populo orare. Marc. Marullus, vbi supra. li. 2. cap. 1. &. lib. 3. cap. 3.

114 Quare † Petrus Grego. lib. 15. Syntagmatum cap. 12. num. 38. ait, quod Moysi, & Aaron virgæ datæ sint pro baculo pastorali, & sacerdotali; ex dicto cap. 4. Exodi, & cap. disciplina. 45. distinctione.

115 Ideòque † meritò Philon Iudæus lib. 3. de vita Mosis pa. mihi. 927. & in lib. de premijs, & pœnis pa. 1237. ait, quòd Moses fuit Rex, legislator, propheta, & Pontifex: quare nullo modo potest dubitari de Sacerdotio Mosis. Diuus Gregorius Nazianzenus in ora-

" in oratione dicta in præsentia Gregorij fratris Basilij, ait. Quis
" ex legislatoribus illustrissimus habetur? Moses. Quis ex sacerdo-
" tibus sanctissimus? Aaron: nec minus fratres pietate, quàm cor-
" poribus: seu potius Deus Pharaonis, & populi Israëlitici præfe-
" ctus, & legislator, qui in nubem ingrediebatur, & diuinorum my-
" steriorum inspector, ac sacrorum Princeps erat, ac tabernaculi
" veri fabricator, quod compegit Dominus, & non homo: ambo
" enim pariter sacerdotes erant. Moyses enim, inquit Dauid Psal-
" mo. 98. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Hic quidem Prin-
" cipum Princeps, & sacerdotum sacerdos, tanquam lingua Aaro-
" nis vtens opera: ipse autem in ijs, quæ ad Deum pertinent sata-
" gebat; at ille proximus erat post eum: longè autem præ alijs, tam
" dignitate, quàm approximatione ad Deum. Ambo Aegyptum
" plectentes, mare diuidentes, populum Israëliticum educentes, ini
" micos submergentes, panem de cœlo elicientes, aquam (incredi-
" bile dictu,) in deserto educentes, & edulcantes. Ambo Amalec
" debellantes sancta manuum extensione, figura mysterij maioris:
" ambo ad terram promissionis ducentes, & festinantes. Michaël
" Agia dicto fundamento. 19. Marquar. tracta. de Iudæis. 3. par.
cap. 12. num. 14.

116 Quare † Moysem Dei Cancellarium fuisse constat ex his, quę habentur Numero. 12. cap. & tradit Redinus in tracta. de maiestat. Princip. verbo, sed etiam legibus, num. 88. & superiorem nullum habuisse, neque sapientiorem. & tex. in l. lege. 12. tabula. C. de legitimis hæredibus. tradit Ioann. Campeg. tracta. de statutis, quæst. 36. num. 160. de cuius regno, & Imperio optimè Diuus Augustinus quæst. 68. in Exodum; & de sacerdotio, & Pontificatu. Idem quæst. 23. in Leuiticum.

117 Ideò merito † DD. nostri ad significandum Mosem habuisse Principatum, & sacerdotium, dicunt eum vtrumque gladium habuisse, temporalem scilicet, & spiritualem. glos. 2. in fine, in cap. causam quæ, qui filij sint legitimi. Petrus de Ancharrano consil. 30. incipien. dubitari, colum. 1. Sebastianus Vantius tracta. de nullitatibus, versic. defectus, num. 58. Nauarro in dicto cap. nouit, notabili. 3. num. 77. de iudicijs. Petrus Greg. dicto libro. 15. Syntagmatum, cap. 38. num. 14. Hostiens. in summa, titulo qui filij sint legitimi. §. qualiter, & à quo, colum. 2. versic. tum authoritatibus. Petrus Albini tracta. de Pontificia potestate, num. 103.

Cardinal. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 1. cap. 92. versicu. ad. octauũ. glos. & Archid. in c. porrò. 56. dist. c. 1. 22. dist. c. in veteri, vbi glo. vltima. 77. distin. & in principio, de consecrat. distinct. 1. optimè Ioannes à Capistrano in tracta. de aucto. Papæ. 2. parte partis. 2. nu. 67. cap. decreuit. 88. distin. Festasius de collect. 4. par. cap. 5. nu. 33.

118 Et † nõ solùm fuit Moses prior in sacerdotio, quàm Aaron, vt constat Exod. c. 28. in principio in illis verbis. Applica quoque ad te Aaron fratrẽ tuum, cùm filijs suis de medio filiorũ Israël, vt sacerdotio fungãtur mihi. D. Cyril. lib. 2. de adoratio. & cultu, circa finem: sed ipse Moses Aaron in sacerdotẽ consecrauit, dict. c. 28. in fine. Ibi. Vestiesque his omnibus Aarõ fratrem tuũ, & filios eius cum eo, & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisq. illos vt sacerdotio fungantur mihi. Et. c. 29. & 30. Iosephus lib. 2. antiq. Iudaicarũ, cap. 9. P. Bertran. tract. de iurisd. Eccle. q. 3. n. 12.

119 Et ipsum † in adiutorẽ assumpsit Exodi cap. 4. & cap. 7. cap. vt cognouerunt, versic. an charitatem, de pœnitentia, distinct. 2. Ioann. à Capistrano de aucto. Papæ 2. parte. 2. partis. nu. 62. Petrus Gregorius lib. 15. Syntagmatis iuris vniuersi, cap. 25. n. 3. in integra. cap. solitæ, de maior. & obedien.

120 Remansit † tamẽ semper Moses administratione maior quàm Aaron. c. sacrosanct. 22. dist. Iacobat. in tracta. de concilio, lib. 6. artic. 2. nu. 128. Ioann. à Capistra. in dicto tract. de aucto. Papæ, 1. parte, num. 10. & 2. parte secundæ partis, nu. 62. cap. inter hæc, de pœnit. dist. 3. cuius authoritate, glos. verbo Moses, in dict. cap. sacrosancta, ait. Quòd in hoc erat maior Moses quàm Aarõ: quia instruebat eum, & redarguebat eum tanquam minorem. Argum. cap. Paulus. 2. quæst. 7. Ioannes à Capistrano dicto nu. 10. & patet ex verbis Domini dicto cap. 8. Exodi, dicentis ad Moysem. Loquere ad Aaron fratrem tuum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius: & ostendam vobis, quid agere debeatis: ipse loquetur pro te ad populũ, & erit os tuum: tu autẽ eris ei in his, quæ ad Deum pertinent: virgã quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Quem locum ponderant Ioann. à Capistra. dicto nu. 62. Gueua. in Habacuc dict. c. 3.

121 Vlterius, † quia non Aaron, sed Moses audiuit à Dño. Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Exod. c. 7. Præterea quia Moyses audiebat respõsa Domini,

& non

& non Aaron, vt patet dicto cap. 4. Exodi, & seqq. & per totum Pentatheucum Moysis. Præterea idem Aaron, & Hur filius Chaleb sustentabant manus Moysi ex vtraque parte, quasi ministri, cum Moyses oraret ad Dominum pro victoria contra Amalec, Exodi dicto cap. 17. Petrus Gregor. dicto tomo. 4. Syntaxis artis mirabilis, lib. 2. cap. 7. nu. 10. Ioseph. dicto lib. 3. antiquit. Iudaic. cap. 2. Et ipse de consilio Iethro soceri elegit iudices, qui Vicarii ipsius loco essent, ad minores diiudicandas causas, sibi reseruatis maioribus, & quæ ad Deũ pertinebant. Exodi. c. 18. Philon Iudæus in lib. de creatione Principis, pag. mihi. 985. & seq. Ioannes de Capistra. vbi proximè, nu. 63. & seqq. vbi nu. 69. ait. Quòd
122 † Moyses tradidit formam, & legem sacrificiorum ex Dñi reuelatione, ædificans tabernaculũ, & altaria cum omnibus ornamentis tabernaculi, & sacerdotum, vt patet in eodem lib. Exodi, à. c. 25. & seqq. & fere per totum Leuitici lib. imò quod maius est, sicut Moyses vt summus sacerdos præcipiebat, ita Aaron, & filij eius hostias immolabant, Leuiti. c. 9. ita vt cum Nadab, & Abiud filij Aaron, alienum ignem thuribulis imposuissent, & incensum offerrent, vltra præcepti ipsis iniuncti normam; ignis egressus à Domino deuorauit eos, & mortui sunt Leuit. cap. 10. cap. inter hæc hircum. 34. de pœniten. distinct. 3. Et † Domini indigna-
123 tio contra inobedientes Moysi, cùm terra aperta fuerit, & absorbuerit Core, Dathan, & Abiron filios Eliab de Tribu Leui cum tabernaculis suis. Numerorum cap. 16. Iosephus lib. 4. antiquita. Iudaicar. cap. 2. & 3. vbi refertur grauis illa subsequens punitio eorum, qui aduersus ipsum murmurauerant, ob infœlix fatum dictorũ Core, & fratrũ. Quare non potest in consequentiam trahi Moisis exemplum, & summa ipsius authoritas in populum Israëliticum, quia ipsam exercuit, non solùm vt gubernator, legislator, Rex, & politicus Princeps, sed vti summus sacerdos
124 Dei, † cui vt fidelissimo seruo, & ministro Deus de ore ad os alloquebatur Numerorum cap. 12. & à quo Tribus Leuitica à cætero populo fuit exempta, vt Deo sacranda; quam fontanis aquis perennibus, & solemni sacrificio purgauit; ita vt ab eo tempore sacri, & Deo dicati Leuitæ sint habiti, Leuit. cap. 8. Numeror. 3. Iosephus lib. 3. cap. 13. ideò æquo iure sacerdos summus Moyses in Leuitas iurisdictionem exercere potuit.
125 Nec obstabit † quòd in lege Veteri Salomon Rex priuauerit Abia-

Abiathar sacerdotem sacerdotio, eo quòd secutus fuerat partes Adoniæ contra eum; vt legitur. 3. Regum, cap. 2. & adnotauit Iacobat. lib. 9. de concil. artic. 12. num. 67. nam ipsius personam non offendit; & sacerdotij priuatio diuina fuit dispositione inducta, vt ex eodem cap. 2. assumit Iosephus lib. 8. antiquit. Iudaicarum cap. 1. dicens. Vocato Abiatharo sacerdote, te (inquit) supplicio eximunt, tum alij labores acti cum patre meo, tum illud præcipuè, quod vnà cum eo arcam transtulisti. Hæc autem pœna tibi erit Adoniæ partes sequuto; vt neque hic maneas, neque in conspectum meum venias: sed abi in patriam tuam, & illic ruri viue, atque ibi vsque ad mortem dege, quandoquidem talia commisisti, propter quæ indignus es, vt honoribus fruaris. Ob hanc itaque causam ablatus est sacerdotalis honor à domo Athamari, sicut Deus Eli prædixerat auo Abiathari. 1. Regũ cap. 2. & translatus est in genus Phineesis, Iacoba. vbi prox. num. 194. Turrecrem. lib. 2. cap. 96. in summa de Ecclesia.

126 Nec obstabit dicere, † quòd Ecclesia tributum soluit Imperatori, cap. si tributum. 11. quæstione. 1. Petrus Gregorius lib. 3. de Republica, cap. 7. num. 20. Castal. de Imperatore, quæst. 52. num. 13.

127 Imò † & ipsum Christũ eum soluisse Matthæi cap. 17. Diuus Ambrosius in commenta. ad cap. 5. Lucæ lib. 4. cap. penultimo, & refertur in cap. magnam. 11. quæst. 1. Fran. Arias tracta. de

128 bello, num. 61. Alber. de statu. quæst. 144. num. 5. quia † inter Regum iura tributorum impositiones videntur esse. 1. Regum, cap. 8. Matthæi cap. 22. D. Paul. ad Roman. cap. 13. D. Chrysosto. homilia. 23. in eandem Epistolam. vbi Theophila. & D. Thom. cap. 13. lectione. 1. Simancas lib. 9. de Republica, cap. 24. num. 1. & tribus. seqq. & subiectionem importare dicto cap. magnum, cap. 2. de censibus. Turrecrema. in summa de Ecclesia, lib. 1. cap. 91. ad finem.

129 Non inquam hæc obstant; † Ecclesia enim non soluit tributum in recognitionẽ alicuius inferioritatis, quam habeat respectu temporalium dominorum: nam vt optimè ait Vrbanus Papa in cap. tributum. 22. sub. 23. quæst. 8. Tributum in ore piscis piscante Petro inuentum est; quia de exterioribus suis, quæ palam cunctis apparent, Ecclesia tributum reddit: non autem totum piscem iussus est dare; sed tantùm staterẽ, qui in ore eius inuentus est;

« est; quia non Ecclesia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui
« in ore capitis Ecclesiæ præminet, subijci potest Regibus: sed sane
« vt diximus, quod in ore piscis inuenitur pro Petro, & Domino
« dari iubetur: quia de exterioribus Ecclesiæ, quod constitutũ an-
« tiquitus est pro pace, & quiete: quia nos tueri, & defensare de-
« bent, Imperatoribus persoluendum est. D. Ambrosius ad Marcel-
linam sororem, Epistola. 33. relatus in cap. 21. conuenior. 23. q.
8. dicens. Conuenior ipse à Comitibus, & tributis, vt basilicæ
« fieret matura traditio: dicentibus Imperatorem iure suo vti, eo
« quòd in potestate eius essent omnia. Respondi, si à me peteret
« quòd meum esset, id est, fundum meum, argentum meum, ius hu-
« iusmodi meum me non refragaturum, quanquam omnia quę mea
« sunt essent pauperum: verum ea quæ diuina sunt, Imperatoriæ
« maiestati non esse subiecta. Petrus Gregorius dicto cap. 7. num.
20. Bertachinus in tracta. de gabellis. 7. parte, nu. 10. & 11. Ioan.
à Capistrano tracta. de auctorita. Papæ. 1. parte. 2. partis princi-
palis, num. 3. Turrecrem. dicto lib. 1. cap. 92. num. 3. Et hoc cer-
130 tius est: † quia Ecclesiæ, & ecclesiastici exempti sunt, à solutio-
ne tributorum, etiam quoad bona patrimonialia, vt constat ex
cap. non minus. cap. aduersus, de immunit. Ecclesia. cap. quan-
quam, de censibus, lib. 6. Clementi. præsenti, eodem titulo, cap. 1.
de immunit. Eccles. lib. 6. authent. Item nulla communitas. C.
de Episcop. & clericis. Medina de restitutione, quæst. 15. Couar.
in practicis. qq. cap. 31. num. 1. Molina tomo. 3. de iustitia, prio-
ri parte, disputatione. 670. nu. 2. Nec desunt inidem diuersæ Ro-
manorum Pontificum Epistolæ: est vna Damasi Papæ ad Aure-
lium Episcopum Carthaginẽsem, relata in tomo. 1. conciliorum,
folio. 7. colum. 2. Bulla Vrbani sexti, fol. 9. & Martini. 5. fol. 10.
& Innocentij. 8. folio. 21. aliæque relatæ in libro, cui titulus, Bul-
læ diuersorum Romanorum Pontificum, & in bullario plurimo-
rum Pontificum, impresso Romæ anno. 1586. & tradunt Abb. in
dicto cap. non minus, num. 17. & in cap. 2. à num. 4. de immu-
nit. Eccles. Ioann. Lupi tracta. de liberta. Eccles. 1. par. quæst. 2.
& 2. parte, eadem quæstione. Ioannes Ekius in enchiridione lo-
corum communium, cap. 23. Bertrandus consil. 182. num. 1. vo-
lum. 1. Dueñas regul. 100. Anastasius Germonius de sacrorum
immunitate, lib. 3. cap. 15. num. 18. & sequenti. & cap. 17. num.
18. Ioann. Igneus in tracta. an Rex Franciæ. num. 56.

Quare

131 Quare † Petrus Albinianus in tracta. de Pontificia potestate, in principio consultationis ait, quòd Christus non tenebatur ad tributi solutionem; quia erat Dominus terrę, & plenitudinis eius. Genes.c.14. Hester.13. Exodi.c.13. in princ. & Psalm.23. & 88.c. tua, de decimis, sequitur Ludo. Montaltus in tracta. de reprobatione sententiæ Pilati, artic.4.n.20. eam rationem addens: quòd Christus erat distributor dignitatum, vt origo, à quo potestates proueniunt in terris: vt habetur in cap. quæsitũ.23.q.4. & in authen. quomodo oporteat Episcopos, in principio, & in.c. solitę, de maiorita. & obedien. & per DD. in.c. nouit. de iudicijs: & poterat, si voluisset, Imperiũ à Cæsare adimere, & nõ soluere tribu-
132 tũ ipsi, † cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. c. pręcariæ.10.q.2. glos. in cap. non licet.11.q.3. Abb. in.c.1.n.2. de testibus cogẽdis. l. in re mãdata. C. mandati. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petione hæredita. Rolan. à Valle consil.50. num.21. lib.3.
133 Et constat † Christi immunitas à tributi solutione, si audiamus ipsum, ea de re differentem apud Matth. cap.17. versi.24. ait enim. *Et cum uenisset* (*nempe* CHRISTVS) *Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei. Magister uester non soluit didrachma.* 25. Ait etiam, & cum intrasset domum præuenit illum IESVS, dicens. *Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum, aut censum, a filijs suis, an ab alienis?* 26. Et ille dixit. *Ab alienis.* Dixit illi IESVS. *Ergo liberi sunt filij: ut autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primum uenerit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens da eis pro me, & te.* Petr. Greg. dict. lib.3. de Republi. c.7. n.11. Turrecrem. de Eccles. lib.2. cap.96.
134 Quare † Christus non ex debito, & obligatione tributũ solui pro se iussit, sed vt scandalũ vitaret passiuum, scilicet ex parte tributũ exigentium: cum ex sua parte etsi non soluisset, non posset iusta scandali causa dari; & ita constat ex. c.8. iam nunc.28. q.1. dict. c. tributum.23. q.1. vbi Gratian. & ita loquuntur, & procedunt Restaur. Castal. in tracta. de Imperat. q.52. n.13. Tex. in.c. inter verba.11. q.3. Durand. in tracta. de modo generalis cõcilij celebrandi, rubr.4. n.73. Pet. Albinian. de potestate Pontificis in principio, n.11. Hieronym. Gigas in tracta. de crimine læsæ maiestatis. q.36. n.12. Ludouic. Montalt. dicto. art.4. in vers. & hæc sufficiant. n.19. Io ann. Hugo de officio quatuor Prælatorũ, rubr. qualis

qualis sit factus Imperator ex donatione Cōstantini.n.3. Michaël Vlcurrunus in tracta. de regimine mundi, vers. sed postquam.nu. 38. Ioann. Garsia in dicto tract. de nobilitate, glos. 9. n. 13. dicēs. Christum Dñm soluisse didrachma nō ex necessitate obligationis: quia liber erat filius Regis altissimi; sed ex libera volūtate, & tunc congruenti. Et ideo merito dānatus olim fuit error † Mar-
135 silij Paduani falsò asseuerantis, Christum soluisse tributū, aut censum illum didrachmi necessitate obligationis coactū, & nō condescensione, & liberalitate suæ pietatis: cuius dānationis ex constitutionibus Ioann. 22. mentionē faciunt Cardin. à Turrecrem. lib. 4. summę de Eccles. 2. parte, cap. 37. Couar. dicto cap. 31. practicarum, nu. 2. vers. secundo. Bouadi. lib. 2. polit. cap. 18. nu. 270. Imo si credimus Aluaro Pelagio lib. 1. de planctu Eccles. cap. 55.
136 didrachma, † de quo in dicto cap. 17. Matthæi, & per Guiller. Budę. lib. 2. de asse, & eius partibus: & Antonius Augustinus dialogo. 2. *sopra le medaglie, & altre anticaglie*, non erat tributum Cęsari reddendum; vt opinatur Couar. de veterum numismatum collatione, cap. 2. nu. 9. vers. primum cōstat; & Origenes Homil. 4. in Matthæum: sed erat tributum ecclesiasticum. Vt enim ait
" Aluarus Pelagius dicto cap. 55. Consuetudo erat, vt vnusquisque
" pro se didrachma redderet, id est denarios duos: hoc enim om-
" ni Israël lex pro redemptione animæ, & corporis constituerat
" præstandum pro ministerio seruientium in templo: & ita Domi-
" nus voluit, vt stater, quod duarum didrachmarum est pondus
" pro se, & Petro solueretur. Hierony. Gigas dicta. q. 36. nu. 10. & 11. Et hic intellectus confirmatur ex eo, quod licet didrachma
137 spectaret ad templum Dei, & ipsius ministros: † cum ipse Christus verus Dei Filius esset, Matth. cap. 16. *Tu es Christus Filius Dei uiui.* & Ioannis. 12. ad finem ibi. *Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.* & Marci cap. 5. *Tu es Filius Dei.* & Matthæi cap. 5. & 7. & Marci cap. 1. Lucæ. 9. & 3. cap. vbi recognitus est à Sūmo & Aeterno Patre dicente. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* D. Pet. 2. Epist. canoni. c. 2. D. Isidor. in tracta. cōtra Iudęos. n. 6. erat liber ab ipsius pręstatione; & hoc insinuat interrogatio facta Petro apud D. Matth. *Reges terræ a quibus accipiunt tributū, aut censum? à filijs suis, an ab alienis?* Et ille dixit. *Ab alienis.* Dixit illi IESVS. *Ergo liberi sunt Filij.* Sūpsit ergo similitudinē ab exēptione filiorum Regum terrę, vt per ipsam libertatē suam, & exem-

& exemptionem ostenderet, qui filius erat & est Dei Summi Regis cœli, & terræ: & ita intelligunt plures authores grauissimi. ibi, & Couarru. dicto cap. 31. pract. nu. 2. versic. secundo.

138 Solui † autem iussit: quia cognoscebat praua corda Scribarũ, & Pharisæorum, qui scandalum passiuum facillimè sortiebantur, vbi eius, nec minima causa aderat; ita cõstat ex D. Matthæo cap. 15. vbi cum discipuli dixissent Domino. *Scis quia Pharisæi audito uerbo hoc scandalizati sunt?* (*dixerat enim Christus, non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*) *Respondit Christus. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur: sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum, &c.* Ioannis. 15. Lucæ. 6. cap. & tex. in dicto cap. inter verba. 11. quæst. 3.

139 Nec † obstare potest, quod Matthæus cap. 22. refert, quòd cum Pharisæorum discipuli cum Herodianis, consulto, & de malitia, ac Christum tentantes, & sermone desiderantes ipsum capere, interrogarent: Licet censum dare Cæsari an non? vt Marcus cap. 12. & Lucas cap. 20. etiam refert, Christus cognita illorum nequitia responderit. *Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census*: & cum obtulissent denarium, interrogauit illis IESVS. *Cuius est imago hæc, & superscriptio?* Et cum dixissent Cæsaris, dixit illis. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* vt bene ponderat Molina tomo. 3. de iustitia, disputatione 661. num. 3. tracta. 2. & disputatio. 674. num. 3. nam Christus loquebatur cum debitoribus pensitationis, & census, cuius solutionem non reprobauit; etsi addiderit, Deo etiam reddenda quę sua erant, sicut Cæsari, monetæ ipsius effigie cussæ, & nomine circunscriptæ, vt ait Diuus Augustinus sermone. 19. de verbis Domini, relatus in cap. militare. 23. quæst. 1. Ludouicus Montaltus dicto tracta. de reprobatione sententiæ Pilati, dicto. §. & hæc sufficiant, num. 19. & intentio Pharisæorum, qui discipulos suos miserunt, ea fuit, vt aliquam ad calumniandum Christum causam, vel apparentem saltim haberent; vt praua ipsorum verba postea ab ipsis relata ostenderunt. Lucæ cap. 23. vbi eam coram Pilato rationem dixere. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari.* Quare Oldral. consil. 69. incipiente consueuit, colum. 2. respondet, non obstante præfatum locum Matthæi cap. 22. Quia per præfata verba non iubet Cæsari reddi omnia, sed quæ sua sunt: quia cum numisma sibi oblatum, Cęsaris imagi-

imaginem haberet, & superscriptionem. Christus dixit, reddite, &c. imaginem enim suam illi reddi iussit: quem intellectum tradit, & exornat Restaurus Castal. in tracta. de Imperatore, quæst. 4. num. 4. Abbas in cap. nouit de Iudicijs, nu. 13. Petrus à Monte in tracta. de potestate Pontificis, rubrica de Imperatoriæ Maiestatis origine, num. 4.

140 Pro † quibus facit, quod illud pronomen, quæ, est restrictiuū, vt notatur in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fide catholica, & in cap. finali, de clericis non resident. l. à filio. §. testator, &. §. seq. ff. de alim. & cibarijs legatis. l. nam quod liquide. ff. de pœnu legata. Alexan. consil. 46. incip. ponderatis, nu. 7. vol. 2. & consi. 23. viso processu. nu. 13. vol. 5. allegans. l. hæres meus. §. vxori. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3.

141 Vlterius † quia locus ille Mathei cap. 22. alio modo intelligi potest, qui satis colligitur ex D. Hieronymo in epistola ad Titum cap. 3. quia per illud tempus adhuc vigebat dogma Iudæ Galilæi, qui & plurimos habebat asseclas, cuius Actorum Apostolo. cap. 5. fit mentio, qui inter cætera, vt similiter inquit Iosephus lib. 18. antiquita. Iudaicarum cap. 1. & 2. quartæ sectæ Iudæorum Princeps extitit; cuius sequaces, in vestitu, & alijs Pharisæis consentiebant: circa libertatem verò immutabilem retinebant sententiam, hoc quasi probabile proferentes, ex lege nullum debere Dominum, nisi Deum vocari, & eos qui ad templum decimas offerunt, Cæsari tributa non reddere: quæ hæresis in tantum creuit, vt etiam Pharisæorum, & multam partem populi conturbaret; ita vt ad Dominum quoque nostrum referretur hæc quæstio, liceret ne censum dari Cæsari, an non? Quibus Dominus prudenter cautèque respondens. Reddite (inquit) *quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.* dicto. cap. 22. Matth. & Marci cap. 12. Nec longe abest ab hoc quod Diuus Augustinus in epistolam Pauli ad Romanos cap. 13. ait: Ideo tributorum; & census persoluendi meminisse Apostolum: quoniam nascentis Ecclesiæ initio, libertati Christianæ nimis adhærentes quidam, nulli hominum honorem deferebant, aut tributa pendebant; contra illud quod scriptum est. 1. ad Timotheum, cap. 6. Quicunque sunt sub iugo serui, omni honore dominos suos dignos arbitrentur. Hæc Augustinus. Et Clarius idem ostendit in propositionibus ad eandem epistolam Pauli cap. 72. post

M. alia

" alia dicens. Si quis ergo putat, quoniam Christianus est, non sibi " esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhiben- " dum debitum honorem eis qui hæc curant potestatibus, in mag- " no errore labitur: sed modus iste seruandus est ait, quem Deus " ipse præscribit Matth. 22. & Lucæ cap. 20. Vt reddamus Cæ- " sari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei. Hæc ille. Cui Haymo, & Anselmus quoque subscribunt: quare manifestè appparet, locum prædictum Matthei minimè posse adaptari, nec applicari ad inducendam superioritatem Principum Temporalium in ecclesiasticas personas. Bertran. de iuris. Eccles. quæstio. 3. num. 32.

142 Nec † similiter obstat D. Pauli authoritas, dicto cap. 13. epist. " ad Romanos, dum dixit. Ideoque necessitate subditi estote, non " solùm propter iram; sed etiam propter conscientiam. Ideo enim " & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt: reddite ergo omni- " bus debita, cui tributũ, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorẽ, " timorem; & cui honorem, honorẽ: de qua per Molinam dicto. 3. tomo. de iustitia, tracta. 2. disput. 661. nu. 3. & disput. 674. nu. 3. Bouadilla in politica cap. 5. lib. 5. nu. 4. Petrus Grego. lib. 3. Syntagmat. iuris, cap. 3. nu. 1. & 6. & 1. Petri. cap. 2. Sapient. cap. 6. & Roder. Zamoren. in speculo vitæ humanæ. lib. 1. cap. 1.

143 Hæc † enim procedunt respectu subditorũ temporalibus Dominis vt sunt laici: nec Apostolus permittit clericos collectari, nec Ecclesias, nec eos ad præstandum tributa obligat secularibus Principibus. Quare Rodericus Zamorensis dicto lib. 1. cap. 2. reprehendit Principes, qui Ecclesiam quam tuendam susceperunt, eiusq; ministros persequuntur, exigentes ab ipsis tributa, pœnas, & banna: cũ tamen eorum orationibus, plusquam armis illorum regnum augeant. Bertachinus tracta. de gabellis. 7. parte principali, nu. 10. Iulius Ferretus de Gabellis, nu. 423. & 429. & sequen. Nicolaus Festasius in tract. de æstimo, & collectis. 4. p. c. 1. à nu. 1.

144 Esset † enim intelligere, Diuum Paulum loquutum fuisse contra ius diuinũ, clericos, & Ecclesias: eximens à tributis Ecclesias, & ecclesiasticas personas. Genes. cap. 47. Esdræ. 1. cap. 7. dicto cap. non minus, de immunitate Ecclesiarum, cap. quanquam, de censib. in. 6. l. placet. vbi glo. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Petrus de Vbaldis de collectis, consilio. 2. num. 5. Gratianus in cap. tributum. §. quamuis. 23. q. 8. Machabæo. 2. cap. 3. Numero. cap. 3.

& 8.

&.8. Bouadilla lib.2.politicæ, cap. 18.nu. 252. & pluribus seqq. Victor.relectio.1.de potest.Ecclesi.sect.7.in fine: intellectus autẽ absonus,& contra iura admittendus non est.argum.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusatio.tuto. Rolan.à Valle. consil. 97. incipiente,si contemplanda,num.26.vol.2.

145 Quare † cum tributum propriè,& strictè dicatur illud, quod Principi ratione fundi,soli,siue possessionũ tribuitur, vt adnotauit glo.in.l.1.§.1.verbo pendant.ff.de publicanis,& vect.Abb.n.3.in.c.de terris,de decimis,& notatur in.l.3.& vltima.ff.de censib.l.inter debitorem.43.ff.de pactis.l.Iulian.14.§.Idem Iulian. ff.de actionibus empti.l.generali.§.finali.ff.de vsufructu legato. « Hinc illud Tertuliani in apologetico. Si agri tributo onusti, vi- « liores hominum capita stipendio censa ignobiliora. Iustinus lib.1. « sed ciuitates,quæ Medorum tributariæ fuerant. Plinius lib.12.c. « 1.etiam ad Morinos vsque peruecta,ad tributarium etiam per- « tinens solum, vt gentes vectigal, & pro vmbra pendant. Ludo. Montalt.de reprobatio.senten.Pilati,artic.3.nu.4.

146 Et † eodẽ sensu vectigalis nomen accipitur,non solùm apud I.Consultos; sed etiam apud bonos authores: nam & vectigale fundum, prædiumue dicitur.in.l.1.ff.de conditio.triticaria.l.ei qui.16.ff.de seruitutibus.l.tutor.16.§.vlt.ff.de pignora.act.l.4. §.finium.ff.finiũ regundo.l.1.ff.quibus modis vsusfructus amittatur.l.7.ff.communi diuidundo.l.23.§.1.ff. de aqua pluuia arcen. l.5.§. bonorum.ff. vt in possessione legatorum.Cicero de claris « oratoribus.Sp. Torius agrum publicum, vitiosa, & inutili lege « vectigali leuauit,& in orat.2.de lege Agraria: sicque agro gran- « de vectigal imponitur.Et.3.lib.officio. quas Ciuitates. L. Sylla « pecunia accepta, Senatusconsultò liberauisset, vt eæ rursus ve- « ctigales essent. Suetonius in Cæsare,cap.20.Agrum Campanum « ad subsidia Reipublicæ vectigalem relictum diuisit extra sortem. « Salustius in Catilina. Et syluas lucosque publicos Romani vecti- « gales habuere. Benedictus Bonius in tracta. de censibus, articu. 2.nu.8. Et ita etiam posset intelligi locus Diui Pauli, tributa esse soluenda Principibus,tanquam Dei ministris; ne propter regulã generalem alio modo deductam, largè sumptis prædictis vocabulis, dicendum per consequentiam veniret, ipsas personas ecclesiasticas auctoritati coactiuæ secularium Principum pro solutione tributi, & vectigalis esse subiectas, contra cap. maiores

M 2 de ma-

de maioritate,& obedientia, vt ita solummodo Ecclesia tributa
147 soluat † immobilibus bonis infixa, antequam ad eius dominium transirent, & non aliorum bonorum, nec iurium ecclesiasticorũ respectu, iuxta tradita per Abb. in dicto cap. de terris, num. 3. de decim.& Cardinalem à Turrecremata in summa de Ecclesia, lib.1.cap.92.versicul.ad septimum.

148 Neque † obstabit dicere, Christum, qui omnium est caput, Pilato fuisse subiectum; in eumque potestatem habuisse, dicente Christo apud Ioann.cap.19. sui Euangelij. *Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper; propterea qui me tradit tibi, maius peccatum habet.* Dixerat enim Pilatus ad Iesum. Nescis quia potestatem habeo dimittere te,& crucifigere te? Quem locũ ad hoc etsi non benè ponderauit Ioann. à Medina in tracta. de restitutione,q.15.versic.quod si ad legem. Iacobatius de concilio.lib.9.art.12.nu.68.

149 Nam † errat vtique, sicut errauit temerè Antonius à Rosellis in libro de potestate Imperatoris, & Papæ, col.24. tenens, Pilatum habuisse iurisdictionem ordinariam, & potestatem legitimam iudicandi Christum,ac potestatem coactiuam in eum: cum enim is Antonius esset etiam Patauinus, videtur falsa dogmata conciuis sui Marsilij fouere, præponendo temporalē iurisdictionem Pontificali; quare has suas propositiones, siue assertiones falsas esse ait Nauarr. in allegato c. nouit, notabi.3.de Iudicijs,num. 70.& sequentibus: eo quod inferior non habet potestatem in superiorem.cap.inferior.21.distinctio.cap.cum inferior, de maiorita.& obedien.etiam si delinquat in territorio inferioris, secundum glossam.3.& singularem in cap.1.de raptoribus,communiter receptam ibi. & per Abbat. & Felin. in dicto cap. cum inferior,& Ioann.Andreas in regula,cui licet,num. 12.&. 14.de regulis iuris,in.6.

150 Christus † autem etiam quatenus homo, superior erat Tyberio Cæsari, cuius Pilatus erat præses: vt ait Nauarro vbi proximè.

151 Vnde † cũ Sybilla Tiburtina ostendisset Octa. Augusto, Christum cũ sanctissima eius genitrice Iride inclusa, ipsum Deum,& superiorē recognouit, vetuitque, ne deinceps Dominus vocaretur: in cuius perpetuã rei memoriã postea sub illo cœli loco Romæ ædes Franciscanorum fuit constructa, quæ vulgo dicitur Sancta Maria de Ara Cœli, vt ex Innocentio. 3. refert Diuus Antoninus. 1. parte

parte historialium, cap. 6. titul. 4. §. 10. in principio. Paulus Orosius lib. 6. historiarum aduersus Paganos, cap. 22. Ioannes Igneus in l. necessarios. §. non alias, nu. 817. & sequen. ff. ad S. Cons. Syllania. Melchior Gallecus in tracta. de cognitio. spirituali, annotat. 123. num. 6. Baptista Mantuanus lib. 3. Parthenices primæ; & qui ita intelligendi veniunt Suetonius in Augusto, cap. 53. & Monticulus tractatu de inuentario, titulo de iure deliberandi. num. 3.

152 Vnde † Diuus Thomas lib. 3. de regimine Principum, cap. 8. concludit, Octauianum Augustum Christi vices gessisse in temporalibus, licet ipse id non intelligeret. Sicut & Cayphas prophetauit, non intelligens se id facere. Ioannis cap. 11. optimè Alua. Pelag. lib. 1. de planctu Eccles. cap. 40. Vlterius quia, vt doctè ait Cardinalis Iacobatius in tracta. de Concil. lib. 9. articul. 12. num.

153 193. Christus † non fuit subiectus iurisdictioni Pilati, & Cæsaris, nisi in quantum ipse permittere voluit. Vnde Isaias cap. 53. cum de ipsius passione propheticè loqueretur dixit. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: & cap. 50. dixerat. Corpus meum dedi percutientibus: verbum enim dedi, idem quod ex voluntate dare se importat. Vnde Diuus Paulus in epistola ad Galat. cap. 1. ait. Pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. & 1. ad Timotheum. c. 2. Qui dedit semetipsum pro omnibus, & passim apud Iurisconsultos, & bonos authores.

154 Quare † Nauarro dicto notabili. 3. num. 73. & seq. in enarratione prædicti loci Diui Ioannis, vbi Christus, vt prædixi, Pilato dicenti. Nescis, quia potestatem habeo dimittere te, & crucifigere te? Respondit. Non haberes potestatē aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper: innuens ipsum non iuridicam, sed quandam permissiuam potestatem habere: iuxta cap. nec mirum. 23. quæst. 5. ibi. Omnia quæ fiunt, aut Deus iusto iudicio facit, aut permittit fieri.

Nec ex illis verbis colligi valet, Christū quatenus homo erat, cōsensisse in iurisdictionem Pilati, sed permisisse quatenus Deus, nec repugnasse quatenus homo. Tum quia, vt ait Nauarro, non videtur decuisse CHRISTVM Deum & hominem consentire, vt homuncio peccator, & impius, potestatem habuisset in illum legitimam, vitæ presertim, & necis. Vnde idem CHRISTVS Dominus.

“ minus noster apud Ioann. c.10.dixit. Propterea me diligit Pater,
“ quia ego pono animā meā, vt iterū sumā eam. Nemo tollit eam à
“ me: sed ego pono eam à me ipso: & potestatē habeo ponendi eā:
“ & potestatem habeo iterum sumendi eam. cap. in quadam, de ce-
lebratio. missarum. Petrus Rebuf. responso. 182. versicul. octauo.
“ vnde Hieremiæ cap. 12. dicitur. Reliqui domum meam, diuisi hæ-
“ reditatem meam, tradidi dilectā animam meam in manibus ini-
“ micorum eius. Diuus Isidorus Hispalensis in tractatu contra Iu-
dæos, num. 23. Scottus lib. 3. senten. distinct. 16. quæst. 2.

155 Quare † glo. verbo, omnis anima, in c.28. magnum. 11. quæst.
1. asserit, quòd Christus nemini fuit subiectus: vt in principio. 23.
quæst. 3. & tradit Chassaneus in cathalogo gloriæ mundi. 3. par.
considera. 2. versicul. excellentiam.

156 Ideo † Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 68. eidē
“ oppositioni satisfaciēs, ait. Quod autem obijcitur ab heresiarcha
“ nouello Marsilio Paduano, quod Pilatus iudicauit Christum res-
“ pondeo, quòd non iudicauit ipsum tanquam personam publicā,
“ aut præeminentem dignitate: sed tanquam personam priuatam
“ accusatam sibi à Principibus Synagogæ, & populo Iudæorū, tan-
“ quam malefactorem, (qui si foret, vt falsò ipsi imputauit accu-
“ santium calumnia) esset de foro Cæsaris, & suo qui erat præses
“ in Iudæa pro Imperatore: & ita constat ex Diuo Luca. cap. 23.
“ vbi Pilatus Iudæis ait. Obtulistis mihi hunc hominem, quasi di-
“ ceret, hominem priuatum; non Pontificem, non sacerdotem, non
“ Regem, non denique Dei filium, vti erat: & adhuc ait Pilatus.
“ Ecce ego coram vobis interrogās, nullam causam inuenio in ho-
“ mine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes, nam
“ remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei:
“ itaque apparet Christum non tenuisse, neque repræsentasse tunc
“ suam personam vti erat, neq. suam dignitatē, sed personam sim-
plicis hominis coram suo iudice accusati: nam si Pilatus cogno-
uisset quis esset Christus; & Pontificiam ipsius dignitatem, non
vtique iudicasset ipsum, sed Pontifici remisisset; vti faceret, si ali-
157 quis de Pontificibus templi corā ipso accusatus fuisset: † nā & à
“ Christi causa se exonerare voluit, dum dixit Pharisæis. Accipite
“ eum, & secundū legem vestrā iudicate eum. Ioannis. c. 18. Quare
versipellis illa vulpecula Marsilij Paduani, allegauit solam Euan-
gelij literam, quæ ipsum occidit, vt ait Diuus Paul. 2. ad Corint.
cap. 3.

cap. 3. non intellectum verum & spiritualem, imò & literalem,
158 qui intellectus viuificant: eodem Diuo Paulo teste: † quia non in folijs, sed in sensu, & radice rationis Euangelium consistit. cap. Marcion. 1. q. 1. cap. antecessor. c. quod prædecessor. 11. q. 3. cap. is qui. 22. q. 2. l. scire leges. ff. de legibus. cap. intelligentia; vbi glo. finalis. cap. propterea. c. in his. de verbo. significatione. Ideoque Diogenes Laertius lib. 7. de vitis Philosophorum, in vita Zenonis monebat non circa voces, & vocabula memoriam, sed circa intelligentiam mentem exercere oportere. Diuus Ambrosius super Lucam, lib. 2. dicens. Sensus magis attendendus, quàm verba. Simanc. de catho. inst. cap. 57. nu. 13.

159 Quinimo † accusatores, & calumniatores Christi non eum accusauerunt Pilato, vt Pontificem, vel scribam: sed vt quendam, " populi deceptorem, ideoque dixerunt. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Lucæ. cap. 23. & Matth. cap. 27. vbi, " Principes sacerdotum, & Pharisæi dixerunt Pilato. Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuēs, post tres dies resurgam.

Nec post est tale exemplū adduci ad impugnādam personarū
160 ecclesiasticarū libertatem, † cum & Pilatus ipse fateatur, se Christum perperam iudicasse: vnde & dicit Lucas dicto cap. 23. Nihil " inuenio causæ in hoc homine: & iterum ibi. Ecce ego coram " vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his " in quibus eum accusatis: sed neque Herodes, &c. Vnde D. Ambrosi. ibi, ait, hic Pilatus Christum absoluit iudicio: crucifixit mysterio: & ita testimonio tam Pilati, quàm Herodis, insons, & innocens Christus ostenditur. Similiter Ioannis cap. 19. dicitur per " Pilatum de Christo. Ego nullam inuenio in eo causam. Vbi Diuus " Chrysostomus ait. non dixit, quia peccauit, & dignus est morte, " donarent eum festo: sed primùm eum excusans, rogat ex abundanti, vt si nollent eum innocentem dimittere, saltem obnoxium " darent tempori.

161 Quare † non est pernicioso exemplo (vt hæreticus Marsilius facit) iudicandum: sed legibus, & iuribus. l. nemo. C. de senten. & inter loquut. omni. iud. l. singuli. C. de accusatio. Abbas in cap. personas. 20. num. 2. de testibus. Specula. titulo de disputationibus. §. 4. Baldus in rubrica. C. quæ sit longa consuetudo. Hojeda de beneficio. incompatibilitate. 2. part. cap. 1. num. 37.

& vt ait Diuus Augustinus in libro de vtili, & necessaria pœniten. Exemplo malorum non debemus duci. Et secundum hæc intelligendus est Michaël Vlcurrunus in tracta. de regimine mundi.2.part.2.quæstio.principali,num.37.& sequenti,quatenus ait, Pilatum habuisse potestatem temporalem à Deo; & Christum noluisse talem potestatem temporalem: quia si illam voluisset, sua potestas esset maior quàm Pilati: & ideo non haberet potestatem crucifigendi maiorem, imò nec parem. cap. innotuit, de electione. Quare ex præfato loco Diui Ioannis, & iniquo Pilati iudicio non potest inferri, ad auferendam clericorum exemptionem, nec ad subijciendum ipsos secularibus iudicibus, nec temporalibus Dominis: vt bene resoluit Cardinalis Turrecremata
162 in summa de Ecclesia, libro.2.cap.96.num.1.ponderans, † quòd Christus ex summa charitate, & humilitate, & vt humanum genus redimeret, permisit iudicari à Pilato: sicut circa legalium obseruantiam voluntariè subijci voluit, vt alios ab ipsorum onere liberaret, dicente Apostolo ad Galatas cap. 4. dicens. *Vbi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum de muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret*: ideoque ex opere su-
163 pererogationis non arguitur debitum † in eo, nec liberalitas ipsum præsupponit. argum. l. finalis. C. ne vxor pro marito. Cephal. consilio. 65. num. 42. tomo. 1. l. voluntariæ tutelæ. C. de excusatio. tutorum. Abbas in cap. cum accessissent. num. 8. de constitutionibus.
164 Et quia † vt ait Cardinalis Turrecremata. dicto.c.96.versic. secundo, negandum est, quòd Christus in quantum homo mortalis, fuerit ordinaria subiectione subiectus iurisdictioni Imperatoris,
165 nec Pilati ab eo deputati præsidis: † quia Christus ab instanti suæ conceptionis constitutus est supremus, & vniuersalis iudex viuorum, & mortuorũ. Vnde Actuum Apostolorũ.c.10.dicitur. *Hic est qui constitutus est iudex uirorum, & mortuorum a Deo.* Et quia vt supra diximus ex Math. vlt.c. Christo data fuit omnis potestas in cœlo & in terra: imò totus mundus, & homines eius ipsi subiecti erant, vt post Corset.tract.de potest.Regia.5.p.nu.32. tradit Guillelmus Redoanus tracta.de simonia mentali.1.p.c.1.nu. 16. Aluar. Pelag.lib.1.cap.51.Castal.de Imperat.q.50.nu.10.
166 Et licet † Christus prædicta verba *Data est mihi omnis potestas, &c.* protulerit post resurrectionem; quo tempore eius potestas

mani-

manifestata erat; nihilominus potestatem ipsam, & authoritatem habuit ab instanti conceptionis, in quo erat homo mortalis, vt tam Magister Sententiarum, quàm Sanctus Thomas in.3. resoluunt, quos sequitur Turrechema.dicto cap.*96*. optimè Durandus in lib.3. Sententiar. distinctio.15. quæst.5. num.10. versicu. ad primum. Aluarus Pelag. dicto lib.1. cap.51. addens, quòd ab instanti suę conceptionis Christus fuit sacerdotali, & regali vnctus vnctione, non materialis, & visibilis olei, sed inuisibilis, cap.1. de sacra vnctione, Psalmo.44. *Vnxit te Deus, &c.* Et Isaiæ cap.*61*. *Spiritus Domini super me: eo quod unxit me.* Et sicut ex vnione ad Verbum Aeternum accepit gratiam, & sapientiam; sic & potentiam, tam faciendi miracula, quàm Regalem. vnde Apocal. cap.*19*. dicitur. *Quod in fœmore Christi scriptum erat, Rex Regum, & Dominus dominantium.* Ioann. à Capistrano tracta. de aucto. Papæ.2. parte principali, num.188. ideo non poterat esse subiectus Cæsari, nec Pilato, sed Deo Patri. De quo in quantum homo Christus ait apud Ioann. cap.14. *Pater maior est me*: cum vt Deus coæqualis Patri, & ipsi coomnipotens sit, vt ait Diuus Athanasius in Symbolo Fidei, & tex. in cap.1. de Summa Trinitate, & Fide Catholica. Alua. Pelagius dicto cap.51. in principio. B. Greg. Nazian. in oratione ad cap.*19*. Matth.

167 Ideoque † Cardinalis Turrectema. dicto cap.*96*. concludit.
« Quòd quemadmodum si laicus iudex ferat sententiā mortis con-
« tra clericum, putans eum clericum non esse; eo quod in eo nulla
« apparerent vestigia clericalis disciplinæ; non potest ex hoc actu
« acquirere in clericos aliquam iurisdictionem: ita nec ex actu Pi-
168 lati, & iniqua Christi condemnatione. Licet † non solùm esset Sacerdos, vt ait D. Paul.1. Epist. ad Hebræos, cap.7. inducens ad id probandum illud Psalmi.*109*. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Ioann. à Capistrano dicta.2. parte, num.87. &.*95*. Aluar. Pelag. vbi proximè, dicentes. Christum non solum ex Regia stirpe Dauid, sed ex sacerdotali genere deriuatum, vt monstratur in ipsius genealogia, de qua Matthæi cap.1. & Lucæ cap.3. Bonus de Curtili tracta. de nobilitate.4. parte, num.30. Andre. Gambara de officio, & potestate Legati de latere lib.2. num.51. & .53. Diuus Isidorus in tracta. contra Iudęos, num.10. Diuus Gregorius Homilia.19. in Euangelia. Capistran. vbi proximè, num.102. Gigas de crim. læsæ Maiest. quæst.22. num.6.

Et fuit etiam Summus Pontifex.cap. Dominus noster.16.distinctione,ibi. Sicut ille verus est Pontifex.§.ecce.&.§.his ita.2.q.7. Diuus Paulus ad Hebræos cap.4. ibi. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum Filium Dei.* & cap.10. Aluarus Pelagius, & Ioannes à Capistrano vbi proximè; non tamen vt dixi, fuit iudicatus, & in iudicium iniquè adductus vt Pontifex, nec vt sacerdos;sed vt priuatus,& sine dignitate;innocens tamen,& insons,ab omni culpa, & macula,vt ait Turrecrema.vbi proximè

169 concludēs. Quòd non ex eo,quod Deus permisserit, † Imperatores, & alios Tyrannos,multos Martyres peremisse:sequitur quòd fuerint ordinarij;nec legitimi iudices Sanctorum Martyrū,quorum primitia fuit Christus.vt ait D.Cyril. lib.17.de adoratione, & cultu.D.Grego.Naziancenus in oratione in Cyprian.dicens. Christi pasiones ipsę Martyris primi, qui in Crucem ascendit. Ideoque manifestè probatum remanet,non derogari clericorum exemptioni Pilati iudicium in Christum Dnm perperam,& iniu-

170 ste condemnatum,& defacto. Minus † etiam obstat,Paulū Apostolum Cæsarem appellasse.vt patet. Actuum cap.25.ibi. *Ad tribunal Cæsaris sto,ibi me oportet iudicari.* (& Paulo inferius.) *Cæsarē appello.* & cap.26.in fine,& cap.28.ibi. *Coactus sum Cæsarem appellare.* vt adnotauit Medina vbi supra. Iacobatius de Concilio, lib.9. artic.12.nu.68. Bouadilla in politica,lib.2.cap.18.n.24.&.140. Ioannes Ferrarius in tracta.de appellatio. cap.1.nu.1. Et appellationem solùm fieri ad iudicem legitimum,& competētem.cap. si duobus.7. ibi alter ad sui iudicis audientiam super eodem negotio appellauerit. &c. de appellationibus, cap. solicitudinem, eodem titulo, & sunt canones aliqui.2. quæst.6.

171 Nam huic argumento dupliciter respondetur. † Primo,quòd non ex eo,quod Paulus Cæsarem appellauit,designatur quòd Cęsar esset eius iudex;sed potius illius,à quo fuerat iniuria affectus: & tanquam actor voluit sequi forum rei. cap. cum sit generale, de foro competenti.cap.si clericus,de iudicijs.l.iuris ordinem.C. de iurisd.omni. Iudicum.l.32.titulo.2.part.3. quem intellectum asignat Cardinal. Iacobatius dicto libro.9. articulo.12.nu.194. Turrecrema.dicto cap.96. lib.2.

172 Vel † quia Cæsar erat iudex superior Festi Præsidis & Gubernatoris Cæsareæ,coram quo fuit à Iudæis calumniatus;qui desiderabant,vt Paulus in Hierusalē perduceretur,insidias tendentes

vt

vt interficerent eum in via: & ne hoc fieret, quia Festus volebat gratiam præstare Iudæis, Cæsarem appellauit, tanquam ad superiorem Festi: sequutus iura, quę statuunt appellandum esse ad superiorem iudicis, qui iudicauit: l. 1. C. vbi, & apud quem. l. 1. ff. de appellatio. Cosmas Gumier. in pragmatica sanctione, tom. 2. titulo de causis. §. item placet. glos. sui iudicis. Decisio Genuæ. 23. numero. 14. Hippoly. de Marsillis tractatu de fideiussoribus, num. 132.

Potest & tertio responderi, quòd Paulus non consensit in iurisdictionem Cæsaris iudicis non sui, quia coactus Cæsarem appellauit, vt constat ex dicto cap. 28. Actuum Apostolorum, ibi.
173 *Contradicentibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem*: † ex actu autē per coactionem facto sumi non potest argumentum, quia minime nocet. cap. presbyteros. 50. distinct. cap. constat. 1. q. 1. l. nouissime. 7. versic. quid si compulsus. ff. quod falso tutore authore. cap. excellentissimus. 11. q. 3. B. Antoninus in tracta. de excōmuni. c. 34. n. 6. l. cura. 5. sed nec per vim. ff. de muneribus, & honoribus. Quæ coactio colligitur ex eo, quia Paulus notitiam habebat, plusquam quadraginta viros in eum cōiurationem fecisse; deuouentes se nihil gustaturos donec occiderent eum; quod etiam Claudius Lysias resciuit; & ideo eum Felici remisit, ne in insidias sibi paratas incideret. vt Latius recensetur Actuum cap. 23. Bouadilla dicto lib. 2. cap. 18. num. 24. & 140.

174 Aliter † etiam respondet Albertus Pighius lib. 5. Ecclesiasticę Hierar. cap. 7. & melius iudicio doctissimi Cardinalis Bellarmini lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 29. Fr. Michaël Agia de exhibendis auxilijs fundamento. 27. versic. contra id. dicentes. Discrimen esse inter Principes ethnicos, & Christianos: nam quo tēpore Prīcipes erant ethnici, non erant subiecti Pontifici, sed è contrario illis subiectus erat in omnibus ciuilibus causis, sicut cæteri homines: maiorem probat, quia non est iudex, nisi fidelium iuxta illud Pauli. 1. ad Corinth. cap. 5. *Quid ad me de his qui foris sunt iudicare?* cap. multi. 2. quæst. 1. cap. gaudemus, de diuortijs, cap. omnis Christianus. 11. quæst. 3. Couar. in cap. alma mater, de Senten. excommuni. in. 6. in initio primæ partis, num. 1. Concil. Tridenti. sessio. 14. cap. 2. Nauarro tomo. 2. in cap. ita quorundam, de Iudæis, notabili. 8. n. 4. & notabili. 11. glos. vltima, nu. 2. & seqq. minorem autem probat, quia lex Christiana neminem

priuat

priuat suo iure, & dominio: sicut ergo ante Christianã legẽ homines subiecti erant Imperatoribus, & Regibus: ita etiam postea. Quare Petrus, & Paulus passim hortantur fideles, vt subditi sint Principibus, vt patet ad Roma. 13. & ad Titum. 3. & 1. Petri cap. 2. itaque Paulus Cæsarem appellauit, eum in iudicem agnoscens, cum accusaretur seditionis, & tumultus in populo excitati. At verò cum Principes Christiani facti sunt; & sponte leges Euangelij susceperunt: continuo se tanquam oues Pastori, & membra capiti, subiecerunt se ecclesiasticis legibus, Præsidique ecclesiasticæ Hierarchiæ; & proinde ab illo iudicari: non illum nec eius facta iudicare debent deinceps.
175 † Atque hac auctoritate Ambrosius prohibuit ingressum Ecclesiæ Theodosio, eo quod nondum eum pœnituerat, sanguinis tot hominũ innocentũ suo iussu crudeliter effusi apud Thessalonicam, vt tradit Rufin. lib. 11. Eccles. hist. c. 18. & habetur in cap. cum apud Thesaloni. 11. q. 3. Baldui. in relatione de Theodosio dicta Henrrico Franco Andium Duci, versic. equidem fateor. Theodoritus lib. 5. cap. 17. & sequenti. Sozomenes lib. 7. cap. 24. Casșiado. lib. 9. historiæ tripartitæ, cap. 30. Redinus in tract. de Maiestate Principis, verbo ad iracũdiam tardum. n. 9. & sequen. Feuardentius super Ruth. c. 1. versic. octauo. Couar. lib. 2. variar. c. 8. n. 1. vers. secundò infertur. Diuus Antoninus in summa historiali. 2. parte, titu. 9. cap. 8. §. 3. Mariana lib 4. de rebus Hispaniæ, cap. 20. Petrus Mesșia in vita Theodosij, cap. 2. & Platina in vita Innocentij primi; etsi de causa excesșiuæ, & temerariæ animaduersionis non conueniant: siquidem alij eam asșignant, quòd statuam Imperatricis euertissent. Alij quòd militarem virum in Theatro occidissent. Conueniunt tamen Theodisium Mediolani existentem, cum vellet Ecclesiam ingredi, mysteria ecclesiastica visurus, ab Ecclesiæ ingressu per Ambrosium coërcitum, quousque pro dicto facinore pœnitentiam ageret. Fr. Petrus Bollo in œconomia canonica. 3. clasși. §. 1. & tanquam sanguinarium, per octo, aut amplius menses ad Ecclesiam accedere non permisit; quousque pœnitentiam egit:
176 & sanctionem edidit, † de non puniendis, quos occidi iusșisset, nisi post triginta dies, per quos custodiæ traderentur, vt tradunt Nicepho. lib. 12. cap. 40. Diuus Ambrosius lib. 5. Epist. 28. Couar. in cap. alma mater, in initio primæ partis, num. 9. l. 20. si vindicari. C. de pœnis, cap. si quando, de rescriptis. Sigibertus in chroni-

chronico, anno Domini.391. Menoch.lib.2. de arbitrarijs Iudicum,casu.372.nn.3. Petrus Grego.Syntagmat.iuris vniuersi,lib. 2.cap.8.nu.10.& lib.15.c.1.nu.12.& lib.31.cap.8.nu.13.& cap. 14.nu.9.ea repulsæ refferens verba.Recede,recede,ne altero peccato priora crimina augere contendas:suscipe vinculum, quo te omnium Dominus nunc ligat.Cuius pœnitentię talis forma fuisse legitur:vt deposita Regia maiestate publicè in solo procubuerit;& lacrymis squalidus veniam petierit,satisfactionis præscribenti leges non reluctatus,assentireque promptus: in quo exemplo aliquantulum immorari libuit,vt ex eo appareat ecclesiasticæ disciplinæ potestas,aduersus se iniquè gerentes: vt Venetæ Reipublicæ,Dux, & Senatus obedire discant, non particulari Episcopo,vt Theodosius fecit, sed Summo Pontifici Christi Vicario dignissimo.

Et licet responsio prædicta Alberti Pighij admitti possit, vtpotè quæ ratione constat,& graues & doctos sectatores habet: mihi tamen magis placet ea, quam tradit tertio loco Cardinalis à Turrecremata in dicta summa de Ecclesia, lib. 2. cap.
177 96. negando, † Cæsarem fuisse Diui Pauli iudicem legitimum, ac ordinarium : nam si talis consequentia admitteretur, sequeretur ex ipsa, quòd potestatibus, & Principibus infidelibus, vti fuerunt Cæsar, & Pilatus, tam Papa, quàm vniuersus clerus subiectus esset: quòd dicere, imò & in mentem admittere fatuum esset: quia sine dubio est aliquo, quòd Christus reduxit sacerdotium, quod per accidens seruile factum fuerat, in libertatem, & Monarchiam ad se traxit: scilicet sacerdotium, & Regnum. Et hoc est quod dicit Daniel cap. 2. *Comminuet autem, & consummet omnia Regna hæc: & ipsum*, scilicet Regnum Christi, *stabit in æternum.* Ioannes de Selua in tractatu de beneficio. 1. parte, quæstione. 5. numero. 6. secundum antiquiorem impressionem; numero autem. 11. secundum nouissimam, ita declarans, quod de Abiathar sacerdote per Salomonem Regem priuato. 3. Regum. cap. 1. &. 2. supra adduximus: nam vltra quod responsio ad id assignata, est communiter sequuta, vt agnoscit Cardinalis Iacobatius dicto libro 9. articulo. 12. numero. 194. illa inferioritatis figura sublata fuit veniente Christo, qui libertatem sacerdotij ad legis naturæ reduxit initia: in quibus in eadem persona, vtraque di-

gnitas sacerdotij, & Regni fuit; & istud Regnum est, quod designatur eodem cap. 2. Danielis per lapidem abscissum de monte sine manibus, qui comminuit testam, & ferrum, æs, & argentum, & aurum, quibus statua illa confecta erat; per quæ signantur quatuor Monarchiæ, Assyriorum, Medorum, Græcorum simul & Aegyptiorum, & Romanorum: quæ omnes adueniente Christo comminutæ, & absorptæ sunt. D. Paul. ad Hebræos, cap. 2. dicens ad illud Psalmi. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius: in eo enim quod omnia subiecit, nihil dimissum est, quod ei subiectum non fuerit.* Et idem. 1. ad Corinthios, cap. 15. & illud Matthæi, de quo supra. *Data est mihi omnis potestas in cœlo,*

178 *& in terra.* † Quam omnimodam potestatem Christus transtulit in Petrum, & successores, etiam quo ad temporalium administrationem: sed vt reliqui sacerdotes liberius diuinis vacarent: & Summus Sacerdos saluti animarum intenderet, iuxta illud Ioannis vltimo. *Pasce oues meas.* permissa est Imperatori eorundem temporalium administratio. cap. cum ad verum 96. distinct. Vnde Ecclesia sic à Christo renouata Monarchiam fuit propriam adepta, quæ dicta est Regnum Apostolorum, cap. ita Dominus. 19. distinctio. cap. in nouo. 21. distinctio. cap. 2. distinct. 22. cap. loquitur. 24. quæstione. 1. Ideò fideles maximè ecclesiastici, & sacerdotes, liberi remanserunt à quorumcunque Principum ethnicorum iurisdictione, & coactiua potestate.

179 Et † licet, secundum Sanctum Thomam. 2. 2. quæ. 10. art. 10. in principio, ante diuisionem fidelium ab infidelibus, non cessasset fidelium prælatio in totum, propter conuersionem limitatam aliquorum ad fidem: non sequitur, quòd idem sit, aucta post

180 multitudine fidelium. † Ideoque Diuus Paulus. 1. ad Corinthios, cap. 6. in principio, repræhendit fideles Corinthios, quod auderent prouocare proximos suos coram iudicibus infidelibus, dicens. *Audet aliquis vestrum, habens negotium aduersus alterum iudicare apud iniquos? id est infideles, & non apud Sanctos?* id est fideles; vt interpretatur Cardinalis Turrecremata dicto lib. 2. cap. 96. versicu. licet enim. Areualo de correctio. fraterna, conclus. 4. versic. ad hæc.

Et secundum hunc intellectum quem (salua pace alterum se-

181 quentium) veriorem, & tutiorem reputo, † non obstat locus

exco-

ex eodem Apostolo. 1. ad Galat. cap. 5. adductus de his qui foris sunt, nihil ad nos: nam multipliciter intelligitur, vel quo ad excommunicandum eos directè, secundum Calderinum consil. 2. de Iudæis in vltimis verbis, non quo ad aliam pœnam, qua Iudæi, etiam si extra Ecclesiam sint, per Ecclesiam puniuntur. cap. Iudæi, de Iudæis. cap. post miserabilem, de vsuris. Et ita intelligit Calderinus cap. qui Syncera. 45. distinct. & dictum cap. multi. 2. quæst. 1. vbi citatur dicta Diui Pauli authoritas. Et ita sentit Diuus Thomas dicto cap. 5. lectione finali, quem refert & sequitur Nauarro in dicto cap. ita quorundam notabili. 8. num. 4. qui post Dominicum in dicto cap. multi, intelligit etiam quo ad puniendum eos alia pœna spirituali, vel compellendum eos ad susceptionem Fidei Christianæ, vt ait Aluarus Pelagi. lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 37. versic. licet enim, eam subiungens rationem; qui omnes sunt libero arbitrio relinquendi: cum sola Dei gratia in hac reuocatione valeat. cap. de Iudæis. 45. distinctio. cap. ad fidem. 23. quæst. 5. cap. gratia, de consecratio. distinctio. 4. Et quia exemplum ad hoc præstat actio illa Sisebuti Regis Hispaniarum, qui in. 4. Concilio Toletano, anno. 633. decreuit, vt qui iam sacro lauacro tincti essent, cogerentur ad seruandam fidem, quàm acceperant, sed ne posterius Iudæi compellerentur ad baptismum, vt meminit Iustus Lipsius aduersus Dialogistam, versic. Diuinum illud: quia vt dixit Theodoricus Rex apud Cassiadorum lib. 2. variarum. Epist. 27. "Religionē imperare non possumus, quia nemo cogitur, vt credat inuitus. Cui non dissimile est illud Lactantij Firmiani lib. 5. cap. 14. "Quis enim imponat mihi necessitatem, vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi? nihil tam voluntarium, quàm "Religio est; in qua si animus auersus est, iam sublata, iam nulla est. Ideoque Diuus Bernar. in Canti. dixit, quòd fides suadenda est, non imperanda. Iustus Lipsius lib. 4. Politico. cap. 4. Et idem "Tertulianus aduersus Gnostic. cap. 11. scripsit. Ad officium hæreticos compelli, non illici dignum est. Duritia vincenda est, non "suadenda heresis. Et Diuus Augustin. Epist. 1. ad Bonifac. dicens. "Melius quidem esse ad Deum colendum, homines doctrina duci, quàm timore pœnæ, vel dolore compelli. Diuus idem Augus. "tracta. 16. in Ioann. quod prouerbij vice assumere licet, dum ait. "Cætera posse hominē etiam nolentē, credere non nisi volentem.

Ioseph.

Ioseph. Acosta lib. 1. de procuranda Indorum salutè, cap. 30. ideò Pauli authoritas Aluari Pelagij intellectum admittit.

182 Valet † vlterius intelligi, quo ad cogendum infideles, seruare leges contrarias suis, quas verè, vel falsò prætendunt se diuinitus accepisse, & non sunt naturalibus contrariæ, vt colligitur ex dicto cap. gaudemus, & cap. finali, de diuortijs, cap. finali, qui filij sint legitimi. Nauarro dicto num. 5. Et ita ex illo loco D. Pauli non potest sequi infideles, vt fuit Cæsar, habuisse iurisdictionem in fideles maximè ecclesiasticos, & dignitate Apostolatus decoratos, vt Paulus habebat Apostolus.

183 Non † denique obstabit ecclesiasticorum immunitati; quod idem Apostolus dicit ad Romanos cap. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. Quod ponderat Medina de rest. dicta quæstione. 15. dicens, quòd verbum, anima, pro homine accipiatur ex tropo Hebraico, iuxta illud Exod. 1. *Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob septuaginta*. Et Ezechielis. 4. *Ecce anima mea non est polluta, pro eo quod ego non sum pollutus*. & Isaiæ cap. 49. *Ad contemptibilem animam*, pro contemptibili homine: & alibi sæpe. Nam omissis deliramentis Marsilij Patauini Hæresiarchæ, qui per sublimiores potestates tantùm seculares Principes intelligens, putat omnes cuiuscunque gradus, aut ordinis in Ecclesia Dei subditos esse oportere Principibus secularibus, atque eorum authoritati coactiuæ. Vt inquam illum omittam, vt qui audiri non mereatur, & aduersus quem perpulchrè disputet Albertus Pighius Campensis, ferè per totum librum de Ecclesiastica Hierarchia, locus ille multipliciter intelligitur.

184 Diuus enim Augustinus in propositionibus ad eandem Epistolam, cap. 27. inquit. Quod ait Paulus, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: rectè admonet, ne quis ex eo, quod à Domino suo in libertatem vocatus, factus est Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur, in huius vitæ itinere seruandum esse ordinem suum, vt potestatibus sublimoribus, quibus pro tempore gubernatio rerum temporalium tradita est, existimet se non esse subdendum. Cùm enim ex anima, & corpore constemus, quamdiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendæ huius vitæ vtamur; oportet nos ex ea parte, quæ

ad hanc

« ad hanc vitam pertinet subditos esse potestatibus,id est,res hu
« manas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa verò par-
« te, qua credimus Deo, non oportet nos subditos esse homini
« cuiquam, idipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus ad
« vitam æternam ordinauit. Hæc Augustinus. Secundum cuius
intellectum duo notanda in præsenti causa deducuntur:vnum,
Diuum Paulum fuisse loquutum de homine simpliciter Chri-
stiano, laico tamen & seculari, qui suo seculari superiori obe-
dientiam debet,nec religionem impedimento esse debere:nam
« vt ait Paulus Orosius libro. 7. historiarum, in principio: Ad
« hoc abinitio creatum, & institutum fuit humanum genus, vt
« sub religione cum pace, sine labore viuens fructu obedientiæ
« æternitatem promereretur; hoc est,quod D.Paul. ad Ephes.c.
« 6.ait. Serui obedite Dominis carnalibus cum timore, & tre-
« more,in simplicitate cordis vestri; quod repetit ad Colossen-
« ses capi.3. dicens. Serui obedite Dominis carnalibus per om-
« nia non ad oculum seruientes, sed in simplicitate cordis ti-
« mentes Dominum. Diuus Augustinus contra Donatistas re-
« latus in cap.Imperatores.11.quæstio.3.dicens. Quando autem
« Imperatores veritatem tenent, pro ipsa contra errorem iu-
« bent, quod quisquis contempserit,ipse sibi iudicium adquirit,
« nam inter homines pœnas luit: & apud Deum sortem non ha-
« bebit,quia hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipsa veri-
« tas iussit. Idem secundo confessionum, & habetur in capite
« quæ contra. 8. distinctione, dicens. Generale quippe pactum
185 est societatis humanæ obtemperare Regibus suis.† In eo enim
iustitia, & naturalis ordo consistit, vt maiori seruiat minor,
capite est ordo.33.quæstio.5. Dionysius Halicarna. libro.1.hi-
« storia. Romana. dicens. Receptum est, vt inferiora obediant
« superioribus. Cicero libro. 2. Tusculana. quæstion. Hæc ra-
« tio (inquit) vt imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id
« videndum est viro, quonammodo inquies? velut seruo domi-
« nus,velut Imperator militi,velut pater filio. Petrus Grego.in
syntaxi artis mirabilis,tomo.1.libro.2.cap.20.num.9.& tomo
4.priori parte,cap.6.num.11.& posteriori parte c.5.nu.1.Imo.
glo.ad Corinth.c.15.notat,quòd quandiu durabit mūdus,An-
geli Angelis,homines hominibus,dęmones dęmonib⁹ pręerūt.

N Et re-

Et regula generalis est, vt maiores potestates præferantur in obedientia inferioribus, cap. quæ contra mores, in fine. 8. distin ctio. Valentinianus Cæsar in. l. 5. potioris gradus. C. de offi-
186 cio Rectoris prouinciæ. † Hinc fit, vt ad maius tribunal vocatus, non tenetur coram inferiore eo tempore, quo ante maiorẽ potestatẽ oportet sistere, comparere, vt ait Paulus. I. Consul. in l. 54. contra pupillum. ff. de re iudicata.

187 Sunt † enim Principes Dei ministri, vt testatur D. Paul. dicto. cap. 13. epistolæ ad Romanos. Feuardentius super Ruth. c. 2. sectione. 11. Antoni. Corsetus tracta. de potest. Regia. q. 1. n. 2. Igneus in. l. necessarios. §. non alias. n. 660. ff. ad Syllanian. P. Greg. syntagma. lib. 35. c. 1. nu. 1.

188 Et † publici parentes, vt ait Cassiado. lib. 4. variarũ episto. 42. Igneus vbi proximè. n. 19. Paul. Castrensis consi. 21. nu. 9. lib. 3. Gigas de crimine læsæ Maiesta. q. 7. nu. 4. Rolan. à Valle consil. 18. nu. 22. lib. 2. Paris de Puteo de re milita. vers. duo. nu. 10. Gregor. Lopez. in. l. 2. titu. 19. part. 2. glo. 3. & in. l. 4. titu. 15. part. 4. glo. 6.

189 Et † per eos Deus sua hominibus beneficia impertit, veluti externam pacem, politicam societatem, tranquillitatem publicam, legum ciuilium, iustarum tamen (sine quibus Respublica non subsistit) conseruationẽ, & quibus mediantibus innocẽtia inter improbos tutè se habet; nec quis sibi permittit vltionẽ; ideo honorandi, & amãdi, ac reuerẽdi sunt à subditis, vt ait D. Petrus. 1. episto. canonica. c. 2. cap. quo iure. 8. distinctio. cap. magnum. 11. q. 1. cap. solitæ, de maio. & obedien. Chacheranus decis. Pedemonta. 30. num. 9. Anasta. Germonius de sacrorum immunit. lib. 3. c. 13. n. 107. & seqq. Bouadilla dicto libro. 2. cap. 18. nu. 25.

190 Id † tamen secundum D. Augustini intellectum, de quo suprà in. 2. parte ipsius enarrationis ad locum D. Pauli dicto. cap. 13. ita procedere, & intelligi debet. Si modo Principes temporales iustè se gesserint, iustaque præceperint, non contraria Dei mandatis, & Canonicis, Ecclesiasticisq; sanctionibus; tũc enim obedire magis oportet Deo, quàm hominibus: quemadmodum habetur in historia Daniel. cap. 3. & Acto. Apostolor. c. 5. quod & Christus nõ tacuit, cum ait Math. cap. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: Sed eum timete,*

qui

qui potest corpus & animam simul perdere in gehennam: Nam vt inquit Diuus Gregor.35. Moralium. *Nullum malum debet fieri per obedientiam*.

191 Vnde † D. Ambrosius libro de paradiso cap.6.& Diuus Augustinus relatus in cap.92.non semper.11.q.3.dicunt.Non semper malum est non obedire præcepto : cum Dominus iubet ea, quæ sunt contraria Deo:tunc enim obediendum non est.Diuus Augusti.sermone.6.de verbis Domini,relatus in cap.97.qui resistit.11.q.3.in enarratione illus dicti Diui Pauli ad Romanos. cap.13.Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit,interrogat.Sed quid si illud iubeatur, quod non debeas facere?hic sane contemne potestatem,ipsos humanarum legum gradus aduerte.Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum est ? tamen si contra Proconsul iubeat, non vtiq; cōtemnis potestatē,sed eligis maiori seruire:nec hinc debet minor irasci, si maior prælatus est.Rursus,si ipse Cōsul aliquid iubeat,&aliud iubeat Imperator;vel si aliud iubeat Imperator, & aliud Deus,quid iudicas?Maior potestas Deus. Da veniā, ô Imperator,tu carcerē, ille gehennam minatur.Confirmat idem D.Aug.2.confessionū dicens. Quod generale pactum est societatis humanæ obtemperare Regibus,multo magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ ad ea quæ iusserat,sine dubitatione seruiēdum est. Sicut enim in potetestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur,ita Deus omnibus,vt habetur in.c.quæ contra.distinctio.8. Albertin.tract.de seditios.c.4.n. 6.&.7.

192 Similiter† D.Hierony.in episto.ad Titum,cap.2. relatus in cap 93.si Dominus.11.q 3 ait.Si Dominus ea iubet,quæ nō sunt aduersa scripturis sanctis , subijciatur seruus Domino. Si verò contraria pręcepit,magis obediat,spiritus,quàm corporis Domino.Si bonum est, quod præcipit Imperator,& præses,iubentis obsequere voluntati;si verò malum,responde ei illud de Actibus Apostolorum.c.5. *Obedire oportet Deo,magis quàm hominibus.* cap.iuratos.15.q.6.Iacobatius lib.3.de concilijs.arti.1.nu.171. Diuus Bernar.de pręcepto,&dispensatione.P.Grego.lib.7.de repub.cap.20.nu.5.

193 Et† confirmat Diuus August.epist.166. Donatistis, relatus in cap. 98. Imperatores , eadem causa. 11. quæstio.3. dicens.

" Imperatores si in errore essent (quod absit) pro errore suo cõ-
" tra veritatem leges darent, per quas iusti & probarentur, &
" coronarentur, non faciendo quod illi iuberent, quia Deus pro-
" hiberet, sicut iusserat Nabuchdonosor, vt aurea statua adora-
" retur: quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placue runt. Simile refertur per D. Ambrosium in cap. Iulianus, ead. causa & quęstione. Quod etsi Iulianus Imperator apostata sub se Christianos milites haberet sibi obediẽtes, quando iubebat producere aciem pro defensione Reipublicæ, tamen quãdo ar ma in Christianos producere iubebat, tunc nõ acquiescebant, sed Imperatorem cœli recognoscebãt. dicto. c. Imperatores, in fine. Couar. in lib. 4. variarum. cap. 12.

194 Vnde † Ioann. Salisberiensis, in policraticũ, lib. 4. cap. 1. & c. 26. probat eruditè, tunc potestati seculari parendum esse, quũ est Deo subiecta, aliàs non. Et ita optimum esset, omnes fideles Venetæ Reipublicæ subditos in hoc Dei timorem se habere ostenderent, si Ducis & Senatus iniustis decretis, & sanctionibus, diuinæ legi, & ecclesiasticis sanctionibus contrarijs nullo modo assentirent, quarumcumque pœnarum comminatione, & exsecutione tyrannica non obstante. Nã vt dixit Fa
" bianus Papa epistola. 2. omnibus Episcopis. Qui omnipotentẽ
" Deum metuit, nec contra euangeliũ, nec cõtra Apostolos, nec
" cõtra prophetas, vel sanctorum Patrum instituta aliquid vllo-
" modo agere consentit. cap. 95. qui omnipotentem. 11. q. 3. cap. qui consentit. c. si is qui præest, eadem causa & quæst. Alua. Pe lag. lib. 2. de planctu Eccle. c. 96.

195 Vt enim † Christus veritatis lumen apud Matthęum cap.
" 5. pronuntiauit, Beati sunt qui persequutionem patiuntur pro-
" pter iustitiam: quos, & gaudere, & exultare vult, quoniã mer-
" ces illorum copiosa est in cœlis. Sed neque Petrus hoc ipsum
" tacuit. 1. canonica. c. 3. cum inquit. Et quis est, qui vobis noceat
" si boni æmulatores fueritis; sed etsi quid patimini propter iu-
" stitiam beati; timorem autem eorum ne timueritis, vt non cõ-
" turbemini. Feuardẽ. super Ruth in mystica expositone. c. 1. n. 7.

196 Redeũdo † autẽ quasi ex post liminio ad interpretationem Pauli dicto cap. 13. epistolæ ad Romanos, illud est pręmittendum, potestates sublimiores duas esse à Deo concessas; spiritualem; & secularem. Hanc Principes temporales habent.

Alte-

Alteram Pontifices summi, & ab ipsorum fonte inferiores prę lati. Hæc caput, & origo secularis potestatis, cap. cum ad verum. cap. duo sunt. 96. distinct. cap. quoniam, distinctio. 10. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ cap. 52. & sequenti. Petrus Gregor. in syntaxi artis mirabilis, tomo. 2. libro. 4. cap. 34. num. 10. cap. solitę, de maioritate & obedien. Franc. Arias in tracta. de bello, & eius iust. versicu. siquidem. num. 207. De his loquitur Paulus, qui non solum est intelligendus de Principi-
197 bus secularibus, † sed de ecclesiasticis, vt interpretatur Diuus Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius in expositione illius loci, & in declaratione illius sententiæ Pauli. 1. ad Corinthi. cap. 4. *Quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in spiritu mansuetudinis?* vbi nomine virgæ intelligunt Chrysostomus, & Diuus Augustinus libro. 3. cap. 1. contra epistolam Parmeniani, potestatem iudiciariam penes ecclesiasticos Pontifices existentem, ad puniendum peccatores in foro exteriori. Michaël Agia dicto tracta. de exhibendis auxilijs, fundamento. 6. adducens in confirmationem, quòd Christus vt Rex Ecclesiæ habet virgam, quæ in Psalmo. 2. dicitur ferrea: quia est inflexibilis. Apocalyps. 2. cap. & . 12. & . 19. Miche. capite. 7. *Pasce populum tuum in uirga.* Et in Psalmo. 44. dicitur virga directionis, per phrasim Hebraicam, quasi virgam rectam, & quæ iustè punit.

198 Ex his † duabus potestatibus primo loco debetur obedientia, honor, & amor spirituali potestati, & Pontificiæ: nam qui exercent hanc potestatem præcipuo quodam dilectionis affectu diligi debent: vnde Paul. ad Galath. cap. 4. tale quoddam eis testimonium præbet, dicens: Quòd si fieri potuisset, etiam oculos suos eruissent, & dedissent ei. Vnde Beda Presbyter lib. 1. ecclesiasticæ historiæ gentis Anglorum, cap. 23. eam epistolam sancti Gregorij intexit, quam scripsit cum Augustinum in Angliam mitteret contra Pelagianos; in cuius fine hæc verba
" subiunxit. Remeanti autem Augustino Præposito vestro; quem
" & Abbatem vobis constituimus: in omnibus humiliter obedi-
" te, scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum, quid-
" quid à vobis fuerit in eius admonitione completum.

199 In idem † tendit, quod ait D. Paul. in dicto cap. 13. epistolæ ad Hebræos, potestates ecclesiasticas denotans. *Obedite Præpositis uestris, & subiacete illis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem de*

animabus uestris reddituri. Sic etiam Christus monuit Matthæi 23. Pharisæis sedentibus super cathredam Mosis obediendum esse.

200 Præfatam † autem virgam, seu potestatem Pontifex communicat Episcopis, qui ipsius Christi, & Spiritus sancti nomine Ecclesiam regunt. cap. in nouo. 21. distinctio. cap. quorum vices. 68. dist. cap. firmiter de summa Trinit. & Fide Catho. Vargas de Episcoporum iurisdictione, in principali quæstione. Nauarro in cap. nouit, notabili. 3. num. 94. de iudicijs. Soto in 4. distin. 20. arti. 4. concl. 2. Couar. in reg. peccatum. 2. parte. §. 9. nu. 5. versic. quarto, de regul. iur. in. 6. Caieta. de aucto. Papæ, & Concilij, cap. 19. Victoria relectione. 1. de potestate ecclesiasti ca, sectione. 2. nu. 2. & 12. Nam vt Ioannis vltimo cap. constat, decessurus Iesus Christus secundum corporalem præsentiam, loco sui Apostolos subrogauit, dicens. *Pax uobis; sicut misit me Pater, ita ego mitto uos. Accipite Spiritum sanctum, &c.* Nec aliud voluit, cum Lucæ 10. eisdem dixit. *Qui uos audit, me audit:* Et in hunc sensum ista duo loca accipit D. Cyprian. in tractatu de simplicitate prælatorum, & in epistola ad Florentium, & Pupianum.

201 † Optimè Diuus Ignatius in epistola. 2. ad Trajanos, qui postquam Episcoporum commendauit obedientiam, ait. *Quid est Episcopus, nisi omnis Principatus, & potestas!* Martinus Ayala in libro de Diuinis, Apostolicis, atque Ecclesiasticis traditionibus. 3. parte. §. quod episcopi vices agunt Christi; & in. §. quod potestas Episcopalis ad leges, & instituta condenda se extendit. Vnde Concilium Tridenti. sess. 23. cano. 6. declarat, Episcopos à Christo, & Spiritu sancto institutos esse; atque ab ipso potestatem habere. Et D. Clemens lib. 3. recognitionum refert, Petrũ Apostolum dixisse. *Zachæũ uobis ordinaui Episcopum, quem quasi Christi locum seruãtem honorare debetis, obedientes ei ad salutem nostram.* Idem Clemens. 3. epistola. *Omnis Pontifex sacro chrismate perunctus, & in Ciuitate constitutus, charus, & pretiosus hominibus oppido esse debet: quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent.* Simancas in tractatu de dignitate Episcoporum, cap. 2.

202 Et † clarius constat ex illo actuum Apostolo. cap. 20. *Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Et D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 5. *Aduersus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus.*

Quibus

Quibus verbis apertè docet, Episcopum vltra forum conscientiæ suum tribunal habere; & more iudicum seculi, accusationes, & probationes audire, & iudicare secundum allegata, & probata: ne dum clericos; sed etiam laicos: quia teste D. Chrysostomo, per presbyterum intelligitur quilibet homo senior, siue sacerdos, siue laicus. Ex quo Michaël Agia dicto fundamẽto. 6. post Dominum Cardinalem Bellarminum tomo. 1. controuersiarũ fidei, libro de potestate Papæ concludit: etiam laicos pro criminibus conueniri in exteriori foro coram Episcopis. Doctè Vargas de Episcopo. iurisdict. responsio. sexta.

203 Hanc † superioritatem Ecclesiasticæ potestatis non inelleganter ostendit B. Ignatius in epistola ad Philadelphienses inquiens. Principes subditi estote Cæsari; milites Principibus: Diaconi presbyteris, vt sacrorum administratoribus: Præsbyteri autem, & Diaconi, atque omnis clerus simul cum omni populo, & militibus, atque Principibus; sed & Cęsares obediant Episcopo; Episcopus verò Christo. Idem D. Ignatius in epistola ad Tralianos. Episcopo, inquit, subditi estote sicut Domino; ipse enim inuigilat pro animabus vestris, tanquam rationem redditurus Deo. (& infra) Necessariũ vobis est, nihil preter Episcopum facere, neque aliquid agere: sed & presbyteri subditi estote, vt Apostoli Iesu Christo. Et in fine epistolæ postquã commendauit obedientiã, quæ Ecclesiasticis Patribus debetur, adiungit. Qui istis inobiens fuerit, hic sine Deo omnino erit, impius, & contemnens Christi ordinationem. Hoc cõfirmat D. Athanasius in commentarijs epistolæ ad Hebræos, indifferenter cõmendans obedientiam Prelatorum, versans, & põderans illud Pauli. *Obedite Præpositis vestris; & subiacete eis.* F. Michaël Agia dicto tract. de exhibendis auxilijs, fundamento. 20. Diuus Basilius sermone. 3. exercitamentorum, & Diuus Chrysostomus homilia. 6. in Genesim. Martinus Ayala vbi proximè.

204 Et † prę omnibus D. Gregorius Naziancenus oratione. 1. ad ciues timore perculsos, & Imperatorem irascentem, ita. Quid autem de vobis dicemus Principes, & in potestatibus cõstituti? Nũ sermonẽ suscipitis liberũ? & quod lex Christi vos meę potestati, meoq; subiecit tribunali? Imperamus enim & ipsi; addo imperio maiori, & perfectiori; nisi oportet poti⁹, vt spi

205 rit⁹ subsit carni? cœlestiaq; terrestrib⁹? quasi hoc neget. † Ideo,

Episcopi dicuntur iudices tam corporum, quàm animarum, ca p.quęcunque.10.q.1.cap.de persona.11.quæst.1. & sunt plures canones.18.q.2.Petrus Gregor.tomo.1.syntaxis artis mirabilis,lib.2.cap.20.num.7. Antonius Augustinus in epitome veteris iuris Pontificij,lib.4.titu.87.& titulo.1.

206 Et † Diuus Clemens non vno loco id ostendit:siquidem epistola.1.ad Iacobum fratrem Domini ait, iubetque.*Omnes homines, & Principes Episcopis obedire, & capita sua submittere.* Vt D. Petrus præcipiebat.cap.omnes de maiorit.& obedien.Idem Clemens lib.2.constitutionum Apostolicarum,cap.2.ò Episcope. Stude munditia operum excellere; cognoscens locum ac dignitatem tuam,tanquam locum Dei obtinens; eo quòd præes omnibus dominis Sacerdotibus, Regibus,Principibus, filijs, magistris,atq; subditis simul omnibus. Et cap.30. Episcopus est post Deum pater vester: is Princeps,& Dux,& Rex vester:denique is terrenus Deus post Deum,cui à vobis honor debetur, & cap.38.Episcopos esse Principes,& Reges vestros putatote: quia quanto anima corpore est excellentior, tantum sacerdotium Regno præstat. Ideo Episcopum diligere debetis,timere vt Regem, diligere vt patrem, & honorare vt Dominum. D. Ignatius superius citatus epistо. 7. Ego dico honorate Deum auctorem omnium,& Dominum : Episcopum autem tanquam Principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem; Principatum quidem secundum Deum ; sacerdotium verò secundum Christum: post honorare oportet etiam Regem. Quare, his † au-

207 thoritatibus satis apertè constat, esse potestatem Ecclesiasticam,eamque superiorem,& cui maior obedientia debeatur:& de ipsa est intelligenda dicta auctoritas Diui Pauli ad Hebræ. cap. 13. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit; non vt ex ea,sine manifesta violentia, colligi possit,Ecclesiasticos subditos esse secularibus potestatibus;sed ecclesiasticis: cũ seculares non sint, neque possint dici clericorum potestates: quia alterius & præeminentioris potestatis, scilicet ecclesiastic ę solummodo subditi sunt:& hoc vel ex eo certius redditur:

208 † nam verba quantumuis generalia restringuntur ad habiles, idoneos,& capaces.l.tutor pupilli.§. prodigus. ff. de iure iurando.l.rescripto.6.l.vt gradatim.§.& si lege.ff.de muneribus, & honoribus. Ioann. Gutierrez consil. 31.num. 22. volum. 1. Alexan-

Alexander consil.104.statutum loquens. num.6.volum.1. glo. verbo habeat vnusquisque,in.l.1.C.de sacrosanct.Eccles.quam sequitur Iul.Cla.§.testamentum.q.5.n.1.& 2.glo.in.l.inter omnes.ff. qui satisdare cogantur.l.vulgaris.ff. de furtis. Cephal. consil.76.n.84.tomo.1.Vidari.Zasius consil. 12. num.79.vol.1. Benincas tract.de paupertate speciali.9. nu.39.

209 Et † quęcũque verba generalia intelliguntur iuxta naturam subiecti.l.Proculus.ff.de vsufructu.l.insulã.ff.de pręscrip.verb. Aymon Crauet.consil.9.num.22.tomo.1.Alexan.consil.26.põderatis his. num.6.lib.5.Andreas Siculus consil.17. nu.5. lib.3. Antoni.Corset.tract.de minimis.1.parte. n.21.Medices de diffinitioni.diffinitio.76.n.12.

210 Vel † secundum naturam personæ cui diriguntur. l.plenum. §.equitij.ff.de vsu & habitatione. Angelus in.l.cum hi.§.si.vni. nu.5.ff.de transactionib.Surdus de alimentis,titulo.2. quæst.1. nu.38.Boëri.tracta.de Cardina.legato de latere.versi.de throno.n.85.Mantica li.6.de cõiectu.vltima volunta.tit.11.n.1.Menoch.lib.4.præsump.78.nu.40.&.47.

211 Vel † secundum conditionem personæ , quàm respiciunt. Iasso.in.l.stipulatio illa.§. hi qui in principio.ff. de verborum obligatio. Vidar.Zasius.consil.1.n.75.vol.2.Hierony.Grat.responso.43.n.6.vol.1.

Et ita verbum illud,potestatibus,si potestates seculares, & subditos respicias eidem , debent intelligi de solis laicis , non autem de ecclesiasticis,qui solùm comprehenduntur,si potesta

212 tis nomine ecclesiastica intelligatur . Nam † generalia verba restringuntur ad terminos suæ potestatis in qualibet re,secundum Bartol.in.l.si quis sub conditione.ff.de conditionib.institutionum. Notat Decius in cap.1.lectura.2.nu.5.de constitutionibus.Melchior Peláez tracta.de maioratibus.1.parte quæst.1.

213 num.42.† Nec porrigi possunt ad eos, qui sunt diuersæ iurisdictionis , vt voluit Ioannes Monach. in cap. vt animarum de constitut.in.6.quem sequitur Butrius in cap.quæ in ecclesiarũ, eod.titu.in antiquis Bald.in.l.fina.§. in computatione, in fine. C.de iure deliberandi,argu.l.qui tabernas.ff.de contrah. emptio.Rolan.à Valle tract. de dote.q.36.num.2. aut diuersæ professionis,cap. duo sunt genera.12.quæst.1. Abbas in rubrica de vita & honestate clericorũ; quem refert Andreas Siculus con-

fil.30.visis pactis. num.12. vol.3. vt sunt diuersæ iurisdictionis, & professionis clerici à laicis, vt ex.2. Paralipomenon cap. 19. in fine, & cap. si Imperator. 96. distinctio. & cap. nouit, vbi DD. de iudicijs tradit Rebuf. 3. tomo comētario. ad leges Gallicas, tracta. vt laici non conueniātur corā iudicibus secularibus glo. vna. nu.1. Et quia si secus diceremus; sequeretur quod ex illa generalitate, clerici & ecclesiastici conuenirentur coram secularibus, & veniretur contra libertatem ecclesiasticā; vt supra probaui:
214 hoc tamen admittendū non est: † quia verba generalia nō includunt casum, qui est contra libertatē ecclesiasticā, vt bene probat Bald. in tracta. de statutis verbo, vēdere, vēditor, nu.1.

215 Nec † verisimile est, Diuum Paulum dicto cap. 13. voluisse, ecclesiasticos temporalibus Dominis, aut iudicibus subijcere: qui iurisdictionem erga lites, & contentiones de rebus etiā temporarijs & secularibus, Ecclesiæ, & ecclesiasticis tribuit: vt constat ex. 1. eius episto. ad Corinth. cap. 6. vbi postquam iniquos vocauerat iudices, qui in Christi fideles tyrannidem, & non iustum imperium exercebant, subiungit. *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis secularia? secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.* Et ita sentit, & interpretatur Abbas in cap. qualiter. num. 6. de iudicijs. Henrricus plura allegans in cap. verum, de foro competenti. Præpositus in cap. relatum. 12. q.1. Cosmas Gumi. in pragmat. sanctio. tomo. 2. titulo de causis. §. statuit. glo. verbo iudices. Ioann. Garcia de nobilita. dicta glo. 9. num. 20. Marti-
216 nus Ayala dicta. 3. parte in rubrica: † quod vltra pœnam excommunicationis, sit penes prælatos Ecclesiæ alia coactiua potestas. versic. conuincit, vbi ait. « Ecce constituuntur iudices in, « Ecclesia Corinthiorum, ad dirimendum contentiones de re- « bus secularibus. Quòd si seniores Ecclesiæ, & Paulus ipse crea- « re poterant iudices, qui de huiusmodi rebus possent ferre sen- « tentiam, potestatem habebant apud se iudicandi, & coercendi « subditos circa easdem res; & qui de ipsis tractari voluit in ec- « clesiastico iudicio multo magis credendum est, causas ipsarum « personarum ecclesiasticarum eidem reseruare voluisse termi-
217 nandas. † Quia propter vnumquodque tale, & illud magis. authen. multo magis. C. de sacrosanctis Ecclesijs, Bald. in l. petens, numer. 33. C. de pactis, Eguinarius Baro. de diuiduis, & indiui-

individuis obligationibus, capite.5. num. 2. Et quia in personis versatur maioritas rationis, quàm in causis vel rebus ipsas tangentibus: & sic cum causæ de quibus magis videbatur inesse, vt possent tractari coram secularibus, non insint personæ de quibus minor est ratio vt conueniantur, non inerunt, †

218 per argumentum à maiori, quod est in iure validum cap. licet vniuersis, vbi glo. verbo multominus. C. de testibus. l. nec ex vera. C. de acquir. posses. l. 1. C. de negotijs gestis. Euerar. loco à maiori, num. 1. Rolan. à Valle consil. 61. num. 49. & consil. 74. num. 4. lib. 1. Et confirmatur hic intellectus per glo. singula rem in cap. 18. multi corriguntur. 2. q. 1. quæ in interpretatione verborum ipsius ibi, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum, atque conuictum dicto verbo, seculari ait, id est, de rebus secularibus, vel loquitur de laico, quasi dicat, laicum conuictum coram seculari, clericum coram ecclesiastico vitare possumus, † vt redda-

219 mus singula singulis, vt iuri consonum est reddi. glossa verbo. exhæredant, & verbo ergo, in principio. instit. de in officioso testamento. l. 1. C. de falsa causa. Hieronym. Gratus responso. 8. num. 7. vol. 1. Staphileus in tracta. de gratijs expectatiuis, versiculo videndum, num. 36. qui allegat bonam glo. verbo laicis, in cap. si quis pecunia. 79. distinct. Alexand. consil. 29. clarissime Doctor. num. 16. lib. 7. Aliàs enim sequeretur absurditas, quòd ecclesiasticæ personæ coram secularibus conuenirentur contra

220 tot iura supradicta, & relata: † verba autem quantumuis generalia, ita sunt interpretanda quòd ex eis non sequatur absurditas. cap. cum inter priorem de exceptionibus. cap. dudum, versicu. quia foret absurdum, de præben. lib. 6. l. scire oportet, versi. sed & maximè. ff. de excusatio. tuto. Roma. consi. 376. quæstio est, nu. 9. Celsus Hugo. consil. 120. etsi dici. n. 19. Aymon. Craneta. consil. 70. incip. in contractu matrimonij. n. 31. lib. 1. latè Euerar. in loco absurdo vitando, à num. 1. Abb. in dicto cap. solitæ. nu. 2. Nec credendum est, Diuum Paulum sibi contrariari voluisse, & ecclesiasticos laicis subijcere; quorum causas, imò & quorūcunq; Christianorum Ecclesiasticis reseruauit iudicibus

221 tractandas: † Et hęc præsumptio vt quis sibimet contrarius esse nō pręsumatur, est in iure nō inefficax, vt ait Vitalis de Cambanis tracta. de clausuli s versi. superest vt nunc videamus. n. 2.

Neq

222 Nec † se correxisse, contraria dicendo, aut monendo. l. non ad ea legata. ff. de conditio. & demonstratio. vbi glo. & DD. Bart. in. l. 1. §. parui refert. ff. quod vi aut clam. Butrius & Imola in cap. ex parte, de officio & potest. iudic. delegati. Alciatus de præsumptio. præsumpt. 28. n. 1. Medices de nouationibus. 2. parte, num. 14.

223 Et † cõfirmãtur prædicta per glo. verbo vos subditi, in cap. omnis anima, de censibus, vbi ponitur allegata authoritas D. Pauli ad Romanos cap. 13. & ait glo. quòd verba Diui Augustini posita in interpretatione eiusdem loci, & vos subditi esse debetis, dicta fuisse laicis: quemadmodum clarius constat ex dicto cap. magnum. 11. q. 1. & cap. solitæ, de maioritate, & obedientia: nam si intelligatur de clericis, ait glossa, intelligitur dicta authoritas, quia debent obedire prælatis suis, cap. quanquam. 23. distinctione, cap. significasti, de electione.

224 Vlterius † quia Antoni. de Butrio in dicto cap. omnis anima, de censibus, notabili. 1. illum tex. intelligit, vt omnis homo in rebus animam tangentibus sit clerico subiectus. Abb. ibi, nota. 1. qui etiam ex eo infert, quòd nullus in hoc mundo, vel seculo potest esse acephalus, quin recognoscat aliquem superiorem, saltem Papam. cap. nulla. 94. distinct. hoc est, quòd D. Chrysostomus, & Theophilactus dicunt ad eandem Pauli epi- « stol. ad Romanos cap. 13. Admonitionem hanc subiungit Apo- « stolus, omnem animam, (idest) omnem hominem instruens, siue « sacerdos sit quispiam, siue monachus, siue Apostolus, vt magi- « stratibus subdantur. Hæc enim subiectio, vt Chrysostomus in- « quit, non euertit pietatem: sed admonet potius, quòd euange- « lium non doceat defectionem, neque inobedientiam, aut con- « tumeliam, sed beneuolentiam magis, ac obedientiam. Non tamen mentis fuit Pauli coactiuæ potestati secularium, clericos aliquo modo subijcere, nec ad hoc vt se sebijcerẽt aliquatenus monere.

225 Nec † etiam obstat quod Diuus Petrus. 1. epistola canoni- « ca. c. 2. ait. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ prop- « ter Deum: siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam « ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bono- « rum: quia sic est volũtas Dei. Cuius authoritatis meminere Medina de restitutio. dicta. q. 15. Feuardentius in Ruth. cap. 2. sectione

ctione.13.Bouadilla lib.2. politicæ. c.18.n.35.Couar. in pract. cap.31.nu.2.verf. contraria opinio.

226 Nam † multipliciter satis fit. Primò, cum Inno.3.in cap.so litæ de maioritate,& obedientia. Diuum Petrum scripsisse sub ditis suis:eos ad humilitatis meritum prouocando,non autem quòd eos subiectos esse cuicunq; humanæ creaturæ vellet:alioqui quilibet etiam seruus in sacerdotes imperiũ haberet, quod cogitare absurdissimum videtur:& in hoc videtur imitasse Petrus,aut imitandum proposuisse,quod ei & reliquis Apostolis Dominus noster dixit Matthæi cap.20. *Principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos: sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri,sit uester minister: & qui uoluerit inter uos primus esse,erit uester seruus.* Et ita videtur colligi ex eo quod idem Diuus Petrus ait in dicta epistola, cap. 5. scribens presbyteris, & senioribus, ait. *Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro consenior, & testis Christi passionum,pascite,qui in uobis est, gregem Dei, prouidentes non coacte; sed spontaneè secundum Deum; neque turpis lucri causa;sed uoluntariè;nec ut dominantes in clericis;sed forma facti gregis ex animo, &c.* Quæ verba sunt relata in cap.esto.§. scitum.95.distinct. c.episcopus. 10.versicu. intra domum, eadem distinctione. Anto. Augustinus in epitome veteris iuris Pontificij,lib.4.titu.67.cap.3.Octauianus Cacheranus decisione Pedemontana.30.num.9.Ioannes Garcia in tracta.de nobilita

227 te glo.9.num.9.versic. at vero,† dicens,sibi magis placere Innocentij Summi Pontificis interpretationem in dicto cap.solitæ: nec enim authoritatem sacrosanctam Pontificis maximi, cum nequioribus velle impugnare,quibus id gloriosum est: & concludit dicens. Abeat à nobis ea gloria, habeat ea temeritas,& insania, qui qui Pontificis maximi libenter amplectimur,& reuerenter suscipimus sententias,cuius sensum,responsa,monita,& consilia,& præcepta, & probamus animo,& ore profitemur salutaria,sancta recta,iusta æqua, & ex omni parte pulchra, & optima, viroq; pio ad vitam apprimè necessaria. Idem confirmat optimo, & æstimando exemplo idem Ioann. Garcia dicta glossa.9.nu.16.

228 †Quanti autem sit habẽda interpretatio sacræ scripturę per Summum Pontificem facta,bene constat ex eiusdem Innocentij.III. authoritate in cap. per venerabilem,qui filij sint legitimi,

« timi, vbi adducit illud Deuteronomij, cap. 17. Si difficile, & am
« biguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem, &
« sanguinem; causam, & causam; lepram, & lepram; & iudicium
« intra portas videris variari; venies ad Sacerdotes Leuitici ge-
« neris; & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis,
« qui indicabunt tibi iudicij veritatem; & facies quodcunque di
« xerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus; & docuerint
« te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum: nec declina-
« bis ad dexteram, nec ad sinistram. Qui autem superbierit nolẽs
« obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domi-
« no Deo tuo, ex decreto iudicis, morietur homo ille: Et ad eius
« interpretationem ait. Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis
« fratres nostri; qui nobis iure Leuitico in executione sacerdota
« lis officij coadiutores existunt. Is verò super eos sacerdos, siue
« iudex existit, cui Dominus inquit in Petro Math. 16. Quodcunq.
« ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. eius vicarius,
« qui vt dicitur Psalm. 109. est sacerdos in æternum secundùm or
« dinem Melchisedech, constitutus à Deo iudex viuorum, & mor
« tuorum, Actuum Aposto. cap. 10.

229 Non † enim potest in dubium reuocari, auctoritatem inter-pretandi scripturas sacras apud Summũ Pontificem esse, vt tra dit Iacob. Simancas de catholicis institutionibus, c. 57. de scrip turis diuinis, nu. 19. Feuardentius in librum Ruth, cap. 2. in di-gresione de patrum orthodoxorum scriptis, versic. tertio; qui ponderat illud Malachiæ cap. 2. *Labia sacerdotis custodient scientiã: & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.* Martinus Ayala de diuinis traditionibus, secũda parte de scriptura, assertione. 3. versi. itẽ si obscure. Cõcil. Trid. ses. 4. in decreto de canonicis scripturis vers. præterea. Pius. 4. in Bullario. con-sti. 112.

230 Et † dicta interpretatio Põtificia iustificatur ex ratione ab surdi vitãdi, quod sequeretur, si sacerdotes omni humanæ crea turæ subijcerentur, ex dicta D. Petri authoritate: quia fieret, vt Baiulo, cerdoni, aut Comœdoni cuilibet ve alio infimo homini, aut vili mancipio subijcerentur: cum omnes hi humanæ creatu ræ sint: & vt, Dij, Angeli Dei altissimi, parẽtes animarum, luce, & sole clariores, & præ omnibus maximè honorandi, iuxta cap. sacerdotibus. 11. q. 1. & à me supra adductis, fierent omni-
bus

bus inferiores; quo nil absurdius in mentem potest venire :& hoc argumentum ab absurdo vitando, quanti sit momenti, iam supra ostendi; probatque ipse Pontifex in dicto cap. solitæ, vbi Imola. vers. nota quod argumentum. Abb. num. 2. allegantes in idem. l. nam absurdum. ff. de bonis libertorum. cap. quemadmodum, de iure iurando. cap. ex ore. de priuilegijs. Idem Abb. n. 7. in fine.

231 Et confirmatur, † nam dictę authoritatis verba sunt potius exhortatiua, & consilij, quàm præceptiua: & ita insinuant verba illa propter Deum: nam vt ait Imola. in dicto cap. solitę, ver sic. nota quòd, vbi quãdo in pręcepto superioris apponitur ver

232 bum, propter Deum, videtur potius esse † consilium perfectio nis quàm pręceptum: & fuit de mente glossę ibi, eodem verbo: & ita non obligant, nec inducunt necessitatem. Ex c. quod pręcipitur. 14. q. 1. & in Clem. exiui de paradiso, versic. Item quia præterea, de verborum significat. Anto. de Butrio in. c. nam cõ cupiscentiam, de constitutionibus. Constantius Rogerius in tracta. de summo bono. §. tractemus de virtute, num. 15. Marcus Anto. Marsil. de eccles. redditu. origine. 3. parte. cap. 26. num. 43.

233 Non etiam obstat † quod ait D. Paul. ad Titum. cap. 3. in principio. *Admone illos, Principibus, & potestatibus subditos esse. &c.* 1. Petri cap. 2. *Deum timete, Regem honorificate*: quarum authoritatum meminit F. Michaël Agia dicto tracta. de exhiben. au xilijs fundamento. 22. Non enim Diuus Paulus verba sua ad clericos dirigit, sed ad laicos; nam in capitulo. 1. eiusdem epistolę, quæ clericos, & sacerdotes tangebant docenda, Tito monstra uit; in capite autem. 2. trãsitum fecit ad Christianos seculares, vt constat apertissimè ex omni ipsius serie: vnde & de ipsis de-

234 bet intelligi principium dicti capituli tertij: † cum relatio debeat intelligi facta ad proximiora. glo. in. §. 1. versiculo quæ varijs instit. de rebus dubijs. Alexan. consil. 204. nu. 5. in fine, vol. 2. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testamentis. Ioann. Cephalus. consi. 23. num. 101. & consil. 107. num. 6. tomo. 1. Rolan. à Valle tract. de dote. q. 78. n. 3. Alciat. in tract. de eo quod inter est. versic. quod in primis. nu. 38. Bellencinis de charit. subsidio. q. 2. n. 3.

Et quia dictæ authoritati quadrãt, quę pro intelligẽtia alte

rius

235 rius dicti cap.13.ad Romanos superius ponderaui: † & quia in obedientia quæ à subditis secularibus præstatur Principibus, etiam interuenit prouidentia omnipotētiæ Dei;propter quem esse hominibus obediendum ait Diuus Chrysostomus homilia 21.in Matthęum;cui conueniunt quæ in proposito tradunt Ire næus lib.4.cap.70.Tertullia.in Apologetico,cap.31.non tamē ex eo inferri potest aliqua ecclesiasticorum subiectio,sicut nec ex dicta epistola Petri:nā vltra quod præponit,& præfert Dei timorem;non ex eo quod Reges honorare pręcipiat, aut moneat, sacerdotes eorum potestati subiecisse colligi potest: sed solùm conseruare voluisse honorem,qui dignitati Regiæ est annexus. Albertus Brunus tractatu de seditiosis.c.5.num.6. Vnde Saleucus in proœmio suarum legum dixit, oportere Principes reuereri,eisque exurgere;quod & bonorum Authorum testimonijs comprobat Simancas lib.3.de Republica.c.5.&.6.

236 Nec in hoc dispar,et inæqualis est sacerdotum conditio;cū « Ecclesiastici.c.7. dicatur honorifica sacerdotes, & da illis par « tem,sicut mandatum est tibi,primitiarum,& purgationis. Et Clemens Papa in lib.2. Apostolicarum constitutionum. c. 33. illam plenam & compendiosam regulam statuit de sacerdoti- « bus dicens. His igitur reuerentiam adhibentes omni eos gene « re honoris afficite:& sunt pulchra verba Concilij Matisconensis.2.temporibus Pelagij.2.Papę celebrati,dum pro specifica & practica Dominorum clericorum & sacerdotum reuerentia,ca « none.15.disponit. Statuimus, vt si quis secularium quempiam « clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit,vsque ad « inferiorem gradum honoris veneranter (sicut condecet Chri- « stianum) illi colla subdat, per cuius officia, & obsequia fide- « lissima Christianitatis iura promeruit. Etsi quidem ille secu- « laris equo vehitur, clericusque similiter, secularis Galerum de « capite auferat,& clerico sinceræ salutationis munus adhibeat. « Si vero clericus pedes graditur, & secularis vehitur equo su- « blimis; illico ad terram defluat, & debitum honorem præ- « dicto clerico sinceræ charitatis exhibeat : vt Deus qui ve- « ra charitas est, in vtrisque lætetur, & dilectione sua vtrun- « que adstringat. Qui verò hæc, quæ Spiritu sancto dictan- « te sancita sunt, transgredi voluerit, ab Ecclesia quam in « suis ministris dehonorat, quandiu Episcopus illius Ecclesiæ voluerit

voluerit suspendatur, vt habetur. 2. tomo conciliorum, pag. 856. & sequenti, & retulit Flosculus clericorum. 2. parte, num. 46. & 93. Qui † honos quantus sit, satis constabit ex celebri illo Arnobij loco, lib. 7. dicentis. Vt si quispiam viso potentissimi nominis, atque auctoritatis viro, via decedat, assurgat, caput reuelet, vehiculoque desiliat; tum deinde salutet, accliuis ancillæ, aut serui pauibundus trepidationes imitatus. Iustus Lipsius lib. 1. electorum, dicens. Quòd honor olim inter alios etiam fuit obuio facto magistratui exhibitus equo, aut curru descendere: quod nec latuit Apuleio Philosopho Platonico; siquidem floridorum lib. 4. hunc morem, & vrbanitatis normam velut graphicè depingit dicens: Tum cum eo equo per viam concito peruolant, si quem interea conspicantur ex principalibus viris nobilem hominem bene consultum, bene cognitum; quanquam oppido festinant, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, releuant gradum, retardant equum: & illico in pedes desiliunt, fruticem, quem verberando equo gestant, eam virgam in leuam manum transferunt. Itaque expedita dextera, adeunt, ac salutant.

238 Nec † sacerdotum honori detrahit, aut ipsis aliquã subiectionem inijcit, vel secularibus in ipsos potestatem tribuit, quod D. Paul. ait. 1. ad Timoth. cap. 2. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut tranquillam, & quietam uitam agamus in omni pietate, & castitate.* Quem locum ponderauit Feuardentius in Ruth. cap. 2. sectione. 13. & cap. 4. sectione. 1.

239 Nam † etsi me non lateat, quantum intersit politicæ gubernationi, & populis gubernatores sui habere; vt ostẽdit illud Prouerbio. c. 11. *Vbi non est gubernator, populus corruet.* Et in cap. vltim. lib. Iudicum, vbi Spiritus Sanctus causas insinuans malorum, quæ in illo tẽpore acciderãt, ait. *In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod bonum sibi uidebatur hoc faciebat.* vt põderat F. Michaël Agia dicto tracta. de exhibendis auxilijs, fundamento. 22. & Latius Simancas dicto lib. 3. de Republica, cap. 1. & duobus seqq.

240 Ad † dirigendã rectæ gubernationis normã, magnopere conducunt sacerdotũ, & ecclesiasticorum piæ preces, & rogationes; quarũ vsus à falso gẽtilitatis sacerdotio inchoatus, post tẽpora legis gratiæ cõtinuatus legitur, quo tendit. l. 1. C. de oblatio. votorum. lib. 12. l. si caluitur, aliàs calumnietur. ff. de verbor. signif. vbi

O Rebuf.

Rebuf. & Ioan. Brecheus. Alciat. lib. 5. parergon iuris. c. 9. & ostē dit Politię Magister Cornelius Tacitus lib. 4. annaliũ, dicens: Cethego, & Vissellio Varone, Coss. Pontifices, exemploq. eorũ ceteri sacerdotes, cũ pro incolumitate Principis vota susciperēt. Neronem quoque, & Drusum ijsdē Dijs cōmendauere, non tā charitate iuuenũ, quàm adulatione. Alexand. ab Alexan. lib. 3. dierum genialiũ, cap. 22. Brissonius lib. 1. de formulis, & solemnib. populi Romani, pag. mihi. 110. Plinius Iunior lib. 10. Epist. 105. & seq.

Et est celebris locus apud Tertulianum in apologetico, cap. 30. vbi ait. Nos pro salute Imperatorum Deum vocamus æternum, Deum verum, & Deum viuum (& paulo post:) precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, Imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum exposcentes. Cuius meminit Raymun. Ruffus in libro pro Pontifice Maximo, cōtra Molinæum, pagi. mihi. 233. Idem Tertullianus cap. 32. & cap. 39. narrans mores Christianę congregationis: coimus in cœtum, & aggregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est: Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum, ac potestatibus; pro statu seculi, pro rerum quiete, & pro mora finis: coimus ad literarum diuinarum commemorationem, si quid præsentium temporum qualitas, aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem, exortationes, castigationes, & censura diuina, &c. Retulit Martinus Ayala dicta tertia parte, sub rubrica de Episcoporum potestate.

241 Hoc † autem subiectionem non importare, nec inferioritatē sacerdotum ipse Tertulianus ostendit, dum cap. 34. eiusdem Apologetici ait. Augustus Imperij formator ne Dominum quidem dici se volebat: & hoc enim Dei est cognomen. Dicam plane Imperatorem Dominum, sed more communi: sed quando non cogor, vt Dominum Dei vice dicam. Cęterum liber sum illi, Dominus enim meus vnus est Deus omnipotens, æternus, idem qui & ipsius. Quinimo superioritatem cum omnes Principes, & vniuersus populus Christianus precibus sacerdotũ indigeat, & ex ipsis expiationem peccatorum consequatur, & à Dño misericordiam repor-

" reportet; vt enim ostendit Ioël cap.2. inter vestibulum, & altare
" plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, parce Domine,
" parce populo tuo. Leuitici cap. 19. ibi deprecare pro te, & pro
" populo. D. Paul. ad Hebræos cap. 5. ibi vt offerat dona, & sa-
" crificia pro peccatis. Concilium Tridentin. sessio. 22. in princi-
" pio, cap. 6. ibi pro omnibus fidelibus, authen. quomodo opor-
" teat Episcopos in principio ibi. Et pro illis ipsi semper Deo sup-
plicent. Authen. de ordinatione Episcoporum, & clericorum, ibi ad orandum pro populo destinati. cap. quamuis plenitudo, de pœniten. distinctio. 1. glossa verbo orationes, in versic. sed dubitatur, an oratio. & in Clem. vnica. §. ideoque, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, & Concil. Tridenti. sessio. 2. in principio, versic. Episcopos vero, & tradit benè Flosculus clericorum. 2. p. num. 35. & sequenti.

242 Vnde vt eò redeamus, vnde sumus digressi. † Clericorum immunitas, & fori priuilegium, quod ipsis competit, tot habet fundamenta, vt reuocari minimè possit; maximè à secularibus Principibus, vt benè probant Soto in. 4. distinctio. 26. quæst. 2. artic. 2. conclusio. 5. Victoria relectione. 1. de potestate ecclesiastica, sectio. 7. num. 5. & 7. duabus rationibus comprobans. Prima, quia siue exemptio clericorum sit de iure Diuino, siue non; tamē nō potest à Principe seculari tolli talis libertas, vel exēptio: quia postquam hoc expedit administrationi rerum ecclesiasticarum, Papa potuit eximere ministros Ecclesiæ, etiam sine authoritate Principum. Secunda, quia potestas Principum est tota à Republica; sed tota Respublica Christiana iam consensit in hanc libertatem ecclesiasticorum: & ita Principes non possunt illam auferre: maximè quia Ecclesia est de non subditis, & similiter clerici laicorum respectu; ideo ipsis cōcessum priuilegium exemptionis irreuocabile effectum est; vt tradit Inno. in. c. nouit. de iudicijs. Archidiaco. in cap. quicunque. 11. q. 1. Anto. Gabriel plures allegans, lib. 3. conclus. titu. de iure quæsito non tollendo, conclus. 7. nu. 10. & duobus sequentibus. Stephanus Bertrandus consil. 214. nu. 7. lib. 2. pag. 2. Ioann. Baptist. Boui. de statua. vrb. præscrip. glos. 28. nu. 4. Lapus allegatio. 109. in quæst. proposita, colum. vltima. Decius consil. 467. num. 18. Philipp. Probus in additio. ad Ioann. Monachum in rubri. de priuileg. nu. 1. lib. 6. Palacios Rub. in repet. rubricæ de don. inter. §. 47. num. 10.

Et hoc ita certissimum est, tamque fauorabile priuilegium fori, vt multi grauissimi authores tenuerint, etiam Summum Pon-
243 tificem, † cuius aliàs summa, & inmensa est authoritas, & potestas, non posse priuilegium prædictũ tollere, & abolere, subijciendo clericos seculari iudicio; nec de eo legem facere. Abb. & Felin. nu.2. in cap.2. de maiorita. & obedientia, cap. nulli, vbi glos. & DD. de senten. excommu. glos. in dicto cap. si Imperator. 96. distinct. verbo & discuti. glos. in cap. quanquam, de censibus, lib. 6. verbo ipsarum, & verbo diuino. Cardinalis Iacobatius in tracta. de concilijs, lib. 6. art. 2. nu. 24. & libro. 7. artic. 5. num. 203. Andreas Siculus consil. 1. num. 18. vol. 1. Iasso. in. l. est receptum, nu. 3. vbi Oroscius num. 12. ff. de iurisdictio. omni. Iudi. Hippoly. de Marsil. singula. 419. num. 1. Ioann. Gutierrez in. l. nemo potest, num. 110. ff. de legatis. 1. duplicem asignantes rationem: prima quòd clerici habent à Deo hoc priuilegium; eisque competit
244 de iure diuino, † quod à Papa non potest tolli. cap. sunt qui. 25. quæst. 1. Cardinalis in cap. perpendimus in responsione de sententia excommunicatio. Selua in tracta. de iure iuran. 4. par. q. 1. num. 42. Durand. de modo generalis Concilij celebrandi, rubrica. 4. num. 44. Villadiego de origine Cardinalium, quæst. 5. num. 32. Cacialup. de pensionib. eccles. quæst. 19. num. 62. Idem Selua de beneficio. 3. parte. quæst. 8. num. 11.

245 Nec † quod sit contra vniuersalem Ecclesiæ statum facere. cap. manet. & cap. memor. 24. quæst. 1. Hippoly. singulari. 8. nu. 2. cap. si illa. 1. quæst. 7. Inno. & Abb. in cap. quanto, de consuetudine. Ioann. Selua tracta. de beneficio. 4. parte. quæst. 8. nu. 49. Ioann. Montaig. in tracta. de bigamis, quæst. 7. nu. 9. Cataldin. de Boncompag. de potestate Papæ, vers. his ita, num. 8. Albertinus de agnoscen. assertio. hæret. quæst. 21. num. 19. Martinus Laudens. tracta. de Principibus, quæstione. 252. & quæstio. 164. Et in proprijs terminis exemptionis clericorum non tollendæ, vltra supra dictos, resoluunt Selua in tracta. de iure iuran. 4. par. q. 1. nu. 8. Petrus Lenaud. de priuilegijs Doctorum. q. 61. num. 94.

246 Quare † non obstabit dicere cum Ioan. Baptista Ferreto consil. 32. num. 20. lib. 1. quòd suadentibus causis Rempublicam concernentibus, plures Romani Pontifices concesserunt aliquibus Principibus secularibus iurisdictionem, & imperium in clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, ratione enormium, & qualifi-

qualificatorum delictorum, iuxta tradita per Tiraq. de pœnis tẽperan. causa. 59. nu. 28. & ita Paulum. 2. Venetum, & Clemen. septimum, Paulum Papam. 3. Romanos Pontifices, id concessisse dominio Venetorum, & concessiones asserit, se vidisse apud Illustrissimum Dominium Venetorum: vt retulit idem Ioann. Bapt. Ferretus consil. 330. nu. 8. lib. 2. & Hieronymus Gigas in tracta. de crimine læsæ Maiestatis, versic. vidimus, num. 20. tom. 11. tractatuum, parte. 1.

247 Nam † talia priuilegia (si qua sunt,) iuri maximè aduersa existunt; & reformari, ac reuocari merentur. Vnde Sapienter Guillermus Durandus in tracta. de modo generalis Concilij celebrandi. 2. par. rubrica. 3. num. 2. ait, Nec videtur quòd Romana, ac vniuersalis Ecclesia deberet pati, quod Episcopi, & cæteræ personæ ecclesiasticæ, à Regibus, Principibus, atque cæteris dominis temporalibus, eorum auctoritate caperentur, sicut quotidie videmus attentari de facto. Nec dicta Romana Ecclesia deberet (vt videtur prima facie, quod posset) super hoc eis priuilegium concedere; sed concessa potius reuocare. Cum talis concessio tendat ad destructionem vniuersalis Ecclesiæ. cap. sunt quidam. 24. quæst. 1. & quæst. 2. si ea destruere. Idem Guillerm. Duran. eodem tracta. 1. parte, num. 17. & 44.

Nec ad casum qui vertitur, potest rigor dictorum priuilegiorum, nec ipsorum verba extendi: cum non sint simplices clerici, aut regulares qui nunc capti detinentur per dictos Ducem, & Senatum: quinimò vnus sit canonicus, alter Abbas, amboque in dignitate constituti: nam priuilegium prædictum solùm poterit intelligi de simplici clerico, vt vulgariter accipitur: † quia

248 in quacunque dispositione, verba sunt accipienda in vulgari sensu, & significatione. l. nummis. l. librorum. §. quod tamen Cassius, ff. de legatis. 3. Iasso. in. l. vt liberis, nu. 7. C. de collationib. & in l. certi condictio. §. si nummos, nu. 7. ff. si certum petatur. Moli-

249 na de Hispanor. primogenijs, libro. 1. cap. 3. nu. 2. † Et clericorum appellatione in vulgari sensu accepta, qui continentur sunt lectores, cantores, subdiaconi, diaconi, & Presbyteri, authenti. Presbyteros. C. de Episcop. & clericis, cap. si Ecclesia, de verbo. signif. DD. latè in cap. quia nos, de testamentis.

250 Cum autẽ † Canonicatus, vltra quod est beneficium spirituale, per quod cõpetit stallum in choro, & locus in capitulo. cap. in

literis, vbi Innoc. de restitutio. spoliato. cap. cum inter, de renuntiatio. DD. in cap. dilectus, de præbendis. Gambara de officio, & potestate Legati de latere, lib. 6. num. 750. Marcus Anton. Marsil. de Ecclesi. reddit. origine. 2. par. cap. 14. num. 8.

251 In † Ecclesia Cathedrali fit nomen maximi honoris, & præeminentiæ, vt ait Innocent. in cap. fraternitatem, de sepulturis: & Ludoui. Gom. in tracta. de gratia expectatiua, num. 102. & in cap. statutum, num. 25. de rescriptis, lib. 6. DD. in cap. finali de præbendis. Dominicus in cap. quanquam, notabili 3. de præben. in. 6. decisio. Rotæ. 2. de filijs presbyterorum, & decisio. 26. de præben. in nouis.

252 Et † dicuntur clerici primi gradus, & alij clerici etiam beneficia alia habentes, dicuntur gradus secundi. Inno. in cap. sedes, de rescriptis. Ioann. Montaigne. in tracta. de auctorita. conciliorum, in principio, nu. 8. Henrricus de Bottis tracta. de Synodo Episcopi. 3. parte, nu. 26. Probus in additio. ad Ioann. Monach. in rubrica de præben. nu. 6. Franciscus Marcus. quæst. 526. nu. 22. Menoch. consi. 52. nu. 84. lib. 1. Villadiego in tracta. de legato. q. 7. nu. 9. Nicolaus Millis in repertorio, verbo, canonicus, nu. 2. Rodericus Zamorensis in speculo vitæ humanæ, lib. 2. cap. 19. Pet. Greg. Syntagma. lib. 15. cap. 23. num. 16.

253 Sunt † enim tanquam fratres, & consultores Episcopi, sicut Cardinales Papæ. cap. 2. de officio delega. in. 6. Rebuf. in concorda. rubri. de elect. deroga. glos. verbo fratribus. Paul. Fusc. tracta. de visitatio. lib. 1. c. 15. n. 2. Menoch. consil. 52. n. 142. lib. 1.

254 Et † Episcopus in diœcesi dicitur caput, & ipsi membra, cap. nouit, cap. quanto, de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap. Abb. in cap. superinordinata, de præbendis. And. Gamba. tracta. de Legato à latere, lib. 7. nu. 130. 162. & sequentibus.

255 Ideò † Canonicatus largo saltē modo venit appellatione dignitatis, vt concludit Felin. in. c. pastor. col. 3. de offi. delegati. Ludo. Gomezi. in dicto. c. statutum. n. 40. de rescriptis in. 6. vbi in. §. sancimus, est bonus tex. quatenus probat, quod Canonici cathedralium in delegationibus causarum æquiparantur constitutis in dignitate. Ripa respōso. 23. de leg. n. 4. & 7. & respōso. 20. tenēs, quod sunt digniores Rege. Mandos. reg. 18. cancel. de ætate pro Canonicis. q. 2. n. 7.

256 Similiter † superiores cœnobiorum ordinis D. Benedicti congrega-

gregationis Casśinẽsis, vel vbilibet constituti, honoris causa, & re ligionis instituto nominantur Abbates: nam Abbas nomẽ dignitatis est, & præpositurae. D. Hierony. in Epist. 4. ad Galat. cap. 4. Petrus Grego. 1. par. Syntagma. iur. vniuer. lib. 15. cap. 23. nu. 3. &
" 4. Paul. Aemil. in vita Caroli Simplicis, dicens, Summi Proceres
" profani, locupletissimorum cœnobiorum opes beneficio Re-
" gum acceperant, ac monachis tantum in sumptum suppedita-
" bant, quantum necessarius vsus postulabat, ex eisque ipsi dilige-
" bant, qui non Abba (nam id sibi nomen velut amplissimum arro
" gabant:) sed decurio vocitaretur. l. credentes. C. de Summa Trinitate. Alciat. in. l. 1. C. de in ius vocando. Iustinian. nouella. 5. Aymonius lib. 5. cap. 1. Prateius de verbis iuris, verbo Abbas, cap. Abbates. lo. 2. cap. nulli, & ferè per totam. 18. quæst. 2.

257 Vnde† Abbatia non solũ est dignitas in cathedralibus, & collegiatis Eccles. vt per Lapum allega. 84. n. 11. qui adducit. c. si quis deinceps. 16. q. 7. Oldrald. cons. 14. Rebuf. responso. 10. versic. ad hæc. Innocen. in. c. de multa. n. 9. de præben. Imol. in Clem. 1. n. 5.
258 de rescrip. sed etiã in cœnobijs: † quia Abbas, aut Prior conuentualis dicuntur prælati, cap. 1. de ætate, & qualitate. cap. indẽnitatibus. §. sanè, de elect. in. 6. facit Clemẽt. etsi principalis, de rescriptis, vbi Ioann. de Ligniano: quibus constat eosdẽ dici cœnobiorum capita, & dignitatem habere. c. 2. vbi Abb. de iudicijs, cap. si quis deinceps. 16. q. 7. Cosmas Gumier. in pragma. Sanctio. tomo. 1. titulo de electionibus, cap. sicut. §. quibus hæc, glos. in verbo, prælatum, & Probus in additionibus ad eum. Corrasius in paraphrasi sacerdotali. 4. par. cap. 3. n. 3. Staphileus tract. de modo, & forma impetrandi, nu. 3. in. §. transeo. Marc. Anton. Marsil. de Eccles. reddit. origine. 2. par. cap. 15. num. 6. &. 7.

259 Nã† non solũ rerum monasterij est administratio ipsis cõcessa, C. e doceri, de rescriptis: sed iurisdictio in monachos. c. quãto, de
260 officio ordinarij, † quo ad quos dicuntur Abbates Vicarij Dei. c. si Religiosos, de electio. in 6. Pauinus tracta. de potesta. capituli sede vacante. 2. par. princip. quæst. 10. num. 2. & sunt veluti Episcopi quo ad suos, secundum Inno. in cap. 1. de clericis peregrin. Felinus in cap. decernimus de iudicijs, & in cap. pastoralis de officio delegati. Paulus Fuscus tracta. de visitatione, lib. 2. cap. 15. nu. 94. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ, cap. 23. qui plura argumenta, & demonstrationes dignitatis ipsorum refert:

& inter alia Petrus Greg.dicto lib.15.cap.23.nu.15. quòd possunt suos monachos benedicere.

261 Vnde † non potest inferri de clericis simplicibus ad Abbatem regularem: pro quo facit, quòd maior honor debetur Abbatibus, quàm clericis, arg. cap.1. de ætate & qualit. cap.1. dist.69. glos. verbo Abbas, in cap.à subdiac.93. dist. Flosçul. clerico.2.p.n.109. Iacobati.lib.1.de concil.artic.6.n.2. Quare manifeste apparet, dictos Scipionem Sarracenum Canonicũ Vicentinum, & Brandolinũ Valdemarinũ Abbatem nõ potuisse capi, nec detineri in vinculis per dictos Ducem, & Senatum Reipublicę Venetorũ ob prętensa crimina ab ipsis commissa, etiam si id virtute dictorum priuilegiorum licere sibi asserãt: cum ipsorum materia stricta sit, vt-

262 pote omni iuri aduersa: † quia in materia stricta, & odiosa, clericorũ appellatione nunquã veniunt in dignitate constituti, neq; canonici, dicto.c.statutũ, de electio.in.6.c. sedes de rescriptis, cap. quamuis, de præben.in.6.c.quia periculosum, de Senten.excõmu. eodem lib. Francis. Marcus quæst.1124.nu.1.3.&.4. Marcus Antoni. Eugeni.consi.33.n.85.lib.1. Cuius rationem assignat Innocent.in dicto cap.sedes, quia in istis clericis in dignitate constitutis, inest qualitas, quæ deest in alijs, qui sunt clerici simplices. Optimè Abb.consil.9.incip.omissa, num.2. parte.2.

263 Pro quo facit, † quòd priuilegium contra ius, ita debet intelligi, vt minus lædat ius commune. Bald.in.l.non fine. C.de bonis quæ liberis, & est tex.in cap. quod dilectio. vbi Abb.de consangui.& affin. Idem Abb.in cap.cum dilectus, de cleric.non resid. Thom.Gramma.voto.3. num.44. Arce de nobilita. cap.2.nu.7. Horati.Lutius de priuil.schol.priuil.18.

263 Quia semper † in priuilegijs debet strictissima interpretatio fieri.tex.in.l.finali.ff.de constitutio.Princip.l.si quando. C.de bonis vacantib.lib.10.l.si quando.C.de inofficio.testam.per quæ iura ita consuluere Alexand.consil.189.n.14.lib.5. Thom. Grammat. consil.6.nu.21. Ioannes Monachus in cap.priuilegium, nu. 4.de verbor. signif.in.6.dicens, Priuilegium esse strictè interpretandum, quando per illud frangitur iuris communis immunitas. argum.l.1.in fine.ff.de iure immunita.

264 Omnis † enim recessus à iure communi est odiosus.regula quæ à iure, de regulis iuris in.6.glos.& DD.in authen.quas actiones, C.de.SS.Eccl.glos.in.c.ordinarij, de officio ordina.in.6.c.15.cui de pre-

de præbend.eodem libro. Villadiego tracta. de legato à latere. quæst.14.nu.33. Anton. de Pratis de iurisdictio. Episcopi.cap. 1.num.14. Cephalus consil.96.num.4.libro.1.

265 Neque † obstat Tex. in cap.cum tibi. 18. de verborum significat.vbi appellatione clericorum canonici videntur comprehendi. Quia Textus ille præsupponit in Ecclesia Altissiodorensi, viguisse consuetudinem, quòd consanguinei succederent ab intestato clericis, etiam intuitu Ecclesiæ bonis adquisitis:contra quã consuetudinem Papa concessit priuilegium Episcopo;vt in ipsis dispositione esset ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium. Quæ consuetudo iure communi inspecto, iniusta à plerisque grauissimis authoribus habetur,vt ex cap. relatũ.lo.2. de testamentis,vbi solùm permittitur clericis testari in pios vsus, aut in præmium alicuius ministerij ipsis viuentibus à famulis impensi,& non aliàs. Generaliter tradunt DD. communiter ibi,& in cap.fina.de pecul. clericorum. Ioann. Maior. in.4. sententia. distinctio.24.quæst.20.Syluester in summa, verbo clericus. 4. q. 2.Angel. verbo clericus lo.2.§.13.Rochus de Curte in cap.finali, de consuetu.fol.paruo.49.col.4.Aluarus Pelagius lib.2.de planctu Eccles.cap.28. col. 3. & alij relati per Couar. in cap. cum in officijs,num.9.de testamentis. Gregorius Lopez in.l. 53. titul.6. part.1.

266 Dictum † autem priuilegiũ ad ius commune reducebat quod per consuetudinem erat innouatum: & ita non odiosum,sed fauorabile iudicatur. vt post Abbat.antiquum tradit Ioann. And. num.1.Anton.de Butrio.1.&.6. Abbas Siculus.3. &.4. in dicto cap. cum tibi, pro quibus est bonus Tex.in dicto. cap. olim,de verbo. signif.vbi Anton.de Butrio num.1. & communiter DD.

267 † secus autem in materia odiosa,& de se stricta: quia non veniũt canonici,sed tantùm simplices clerici.tenet Abbas in rubrica, de vita,& honesta.clericor.num.4. quem sequitur Barbacia tracta. de præstan.Cardina.1.parte.1.quæst. basilica. num. 13. Alciatus in.l. 2. nu. 9. ff. de verbor. obligatio. Villalobos in ærario commun. opinio.litera.C. num. 148. qui resoluunt secus esse in materia fauorabili. Et omnis dubitatio cessat in nostro casu,animaduerso quòd in monitorio sanctissimus Pontifex per dictum suum monitorium cum debita deliberatione,ac maturo consilio, declarauerit dictum priuilegium,aut priuilegia extẽdi non posse,

268 nec intelligi de dictis Canonico, & Abbate; † quia ad summum Pontificem spectat, & suo iure pertinet declaratio priuilegiorũ quoruncunque ab Apostolica sede concessorum, vt resoluit Martinus Laudensis in tract. de Principibus, notabili. 17. Ioannes Andreas in rubrica, versi. & dubium, de priuilegijs. Nicol. Millis in repertorio, verbo iudex, fol. 18. Tex. in cap. cum venissent, de Iudicijs, vbi Innocen. Tex. in cap. ordinarij. §. si verò, de officio ordinarij, lib. 6. Aretinus. nu. 3. Iasso. 4. in. l. ex facto. ff. de vulgari, & pupilari subst. Anto. de Butrio in cap. dilecti, num. 2. de decimis. Abb. in cap. cum ad hoc. nu. 7. de cleric. non resid.

269 Et facit † vulgaris regula, quæ habet, sui beneficij interpretem meliorem esse concedentem. l. Neratius. 151. ff. de regulis iuris. l. in conuentionalibus. 52. ff. de verbor. obligationibus. Alciat. responso. 34. num. 1. Hottomanus in lib. 2. feudorum, titul. 18. de duobus fratribus à capitaneo inuestitis.

270 Et magis † in terminis Andreas Gambara in tracta. de officio, & potesta. legati de latere, lib. 2. nu. 387. dicens, quòd solus Papa moderatur, & declarat priuilegia à sede concessa. Clement. 1. de censibus. cap. 2. de decimis, lib. 6. cap. quod Dei timorem, versic. licet autem, de statu monachorum, & notant DD. in cap. decet, de regulis iuris libro. 6.

271 Imo tollere potest † in totum tale priuilegium. Primò quia de se nullum est, & inualidum: nam priuilegium enormiter lædens Ecclesiam, non valet. cap. suggestum, de decimis. c. super eo, de officio delegati. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Abbas in dicto cap. cum ad hoc. 16. num. 3. & 7. de clericis non residentibus. Felinus in cap. causam quæ, num. 11. de rescriptis.

272 Cessat † enim priuilegium eo ipso quod incipit esse damnosum, dicto cap. suggestum, de decimis. Abb. in dicto cap. cum ad hoc, num. 7. glo. in cap. rescripta. 35. q. 2. Guillermus Benedictus in cap. Raynuntius, verbo, & vxorem in principio, nu. 189. & nu. 251. Barbacia consilio. 79. num. 6. lib. 3. Roland. à Valle. consil. 13. num. 17. & sequenti. volum. 3. † vel quando incipit in iniquitatem. Idem Rolan. consi. 1. num. 163. & seq. vol. 2. vbi post Felinum in cap. nouit, col. finali, versic. 2. limita. de Iudicijs, concludit, quòd priuilegium concessum etiam non subdito, quod ex post facto læderet concedentem præter eius intentionem,

273

resolui-

resoluitur ipso iure, aut potest reuocari. Ripa responso.7.dubio 8.parte.2. dicens, quòd priuilegium non solùm resoluitur, si ex post facto enormiter lædit tertium, sed etiam quando grauiter lædit ipsum concedentem præter eius intentionem.arg.l. Scio.§. penult.ff.de annuis legatis.l.fistulas.§.frumenta.ff.de contrahen. emptio.

274 Maximè † quando qui priuilegium obtinuit abutitur ipso, vt abutuntur notoriè dicti Dux, & Senatus Reipublicæ Venetorũ capiendo, & detinendo iniustè dictos Scipionem Sarracenum Canonicum,& Brandolinum Valdemarinum Abbatem,resistendo monitorijs,& mandatis summi Pontificis, ac suæ Apostolicæ sedis; pro remissione eorundem ad Nuncium Apostolicum. Priuilegium autem amittit omnino qui abutitur ipso. cap. priuilegium.11.q.3.cap.3.de regularibus.cap.2.§.1. de excessibus Prælatorum. cap. vt priuilegia. 1. responso. de priuilegijs. Ioann. Monachus in cap. volentes,nu.2.eodem titul.in.6.& in cap. permittimus,num.2.de ætate,& qualitate. Petrus Grego. lib.13.de Republica,cap.3.num.22.lex Regia Hispaniæ.42.titu.18.part.3. Cataldinus de potesta.Papæ,versic.his ita,num. 96. & est bonus tex.in.l.iudices.C.de dignitatibus,lib.12.l.2. C. de Palatinis sacrarum largitio. eod.libro.l. auxilium. ff.de minoribus.Damasi, Brocardica.membro.3. in solutione. Iacob. Rebufi. in.l. per id tempus.3.C.de curiosis,& stationa.lib.12. & in dicta.l. iudices. nu.1.& in.l.eos.nu.1.C.de aquæ ductu.Iacob. Aluarottus in titulo de statutis contra libert. Eccles.§.statuimus.1. nu.3. dicens.

275 †quòd Iudex denegans facere iustitiam,priuatur officio iudicandi,vt ibi,& in.l.iudæos.C.de Iudæis,iuncta authen.causa quæ fit

276 cum monacho.C.de Episcop. & clericis. Similiter † in vassallo, qui denegat Domino suo facere iustitiam, quia priuatur feudo. §.item qui Domino, titulo quæ fuit prima causa beneficiũ amittendi in vsibus feudorum. Bonus de Curtili tract. de nobilita.5. part.num.20.

277 Et † qui abutitur rerum suarum dominio, ipso priuari meretur:quia se facit ipso indignum.Bald.in cap.1.qualiter Dominus feudo priuetur per. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Peralta in.l.3.§.qui fideicomissariam, num. 45.ff.de hæredib. instituend.

278 Et†qui abutitur potestate,perdit ipsam:vt benè notat Palacios Rubi.

Rubi.in tracta.de iustitia,& iure obtentionis Regni Nauarræ.5. parte. §.2. dicens. Quòd abutitur quis sua potestate, vel non faciendo quod oportet,vt est Ecclesiæ defensio, ad quam omnes Reges, & Principes Christiani omnino tenentur: vel faciendo quod fieri non licet:imò prohibetur,vt est Ecclesiæ offensio: & cum vtrumque sit malum,secundum tamen grauius est.

279 Rursus † quia ad successorem spectat emendare facta prædecessorum,quæ indigent emendatione.cap.veniens,de transactionibus, cap. querelam, ne clerici vel monachi. Romanus.consil. 369. circa primum, num. 27. Andreas Gambara de Legato à latere,lib.6.num.704.

280 Maximè † si sit Papa, quia per prædecessorem non potest ligari, nec ab ipso sibi lex imponi, quin faciat quæ conuenientia iudicauerit. cap. innotuit, de electione, glossa vltima in cap. finali, de rescrip.in.6.Nicolaus Millis in repertorio, verbo, Papa,fol.248.

281 Nec † constitutionib.suis,aut sui prædecessoris potest subijci. cap.proposuit,de concessio.præbendæ.Forcatulus de Gallorum Imperio,& Philosophia,libro.7.pag.mihi.984.

282 Quare † quacunque causa iusta,potest suum, aut prædecessoris reuocare priuilegium.cap.veniens,de prescriptionibus.cap.1. de rescript.glo.vltima in cap.decet,de regul.iuris. in.6. Rebufus responso. 8.in versiculo alias.Paul.de Castro consil.200. num.2. parte.2.Ad reuocandum autem dictum priuilegium iustissimæ & rationabiles sunt causæ dictorum abusus, & excessus, ac grauissimi præiudicij sequuti vniuersali Catholicæ Ecclesiæ, maximèque clero,& ecclesiasticis viris existentibus, & qui pro tempore existent intra Dominij Venetorum terras, & loca ipsis Venetis quoad temporalem iurisdictionem subiecta.

Nec immunitati,& exemptioni clericorum quoad fori Priuilegium ipsis competens derogare poterit, dicere quòd omnes possent ordinari, aut religiosi effici, in fraudem iurisdictionis Temporalis:hoc enim nunquam eueniet, nec verisimile est euen-
283 turum. † Et ad ea quæ nunquam, aut rarò eueniunt,iura non adaptantur.l. nam ad ea.l.ex his. ff. de legibus. Rebufus in concordata dicta rubrica de protectione concordatorum, versicul. Item potest.

284 Quare † iustissimè DD. omnes resoluunt. Consuetudinem

Angli-

Anglicanam, quòd Rex in clericos solutos iurisdictionē habeat, minimè valere, etiam quoad causas ciuiles, & personales, aut criminales ciuiliter intentatas. decisio. Rotæ. 10. de consuetudine in antiquis, nu. 1. Rebuf. responso. 193. Restaurus Castall. in tracta. de Imperatore. q. 101. nu. 8. Hierony. Gigas de crimine læsæ Maiestatis. q. 68. versic. vidimus. nu. 19. Stephanus Aufrerius de potest. seculari super ecclesiasticas personas, regula. 1. in princ. Rolan. à Valle consi. 4. nu. 8. lib. 1. & consi. 12. nu. 35. lib. 2. Anto. Gabriel conclu. 1. de præscrip. nu. 17. Couar. in practicis. cap. 31. num. 5. versi. qua ratione. Abb. in cap. solitæ. notabi. 6. de maior. & obedien. Rebuf. in concordata vbi proximè, versi. tertio infertur. Igneus in. l. fideicommissum. num. 278. ff. ad Syllania. Aufre. ad capellam Tholosa. q. 126. Bonaudius in panegyrico ad Regem Franciæ, fol. 113. † nam talis consuetudo est contra libertatem ecclesiasticam, quæ non valet, sicut nec valere statutum suprà probaui. authē. de sanctissi. Episcopis. l. iubemus. authen. cassa & irrita. C. de sacrosanct. Eccles. & in corpore vnde sumitur. Rotta in antiquis decis. 3. nu. 4. de consuetud. Staphile. super commissio. & literis iustitiæ. nu. 93. Roch. de Curte de statut. sect. 5. nu. 21. Rauenna de feudis, titul. vnico, versic. ad decus, de statutis, sectio. 1. num. 38. & sectio. 5. nu. 23. & sequenti. Et hæc de quarta parte.

Finis quartæ partis.



SVM-

sua diœcesi, facta contra libertatem ecclesiasticã.

14 *Papa est caput vniuersalis Ecclesiæ.*

15 *Sedes Apostolica est caput, & cardo aliarum.*

16 *Romana Ecclesia est magistra, & mater aliarum.*

17 *Romana Ecclesia est tutrix, aliarum ad defendendum ipsas.*

18 *Statuta contra libertatem ecclesiasticam sunt nulla ipso iure.*

19 *Statuentes contra libertatem Ecclesiæ sunt excommunicati.*

20 *Statuentes etiam indirectè contra libertatẽ Ecclesiæ excommunicantur.*

21 *Prohibentes ne vendatur clericis, aut ne ematur ab eis excommunicantur.*

22 *Greg. XIII. excommunicauit statuentes contra libertatem ecclesiasticam: & laicos de causis clericorum cognoscentes.*

23 *Inno. 3. Grego. 9. Honor. 3. Alexan. 4. Bonifacius. 8. Clemens. 5. & Martinus. 5. Paulus. 2. Leo. 10. idem statuerunt, vt num. 24. 25. 26.*

27 *Leo. X. alia constitutione ædita contra Ducem, & Senatum Venetorum idem expressè statuit.*

28 *Priuilegia ecclesiarum debent illibata seruari.*

29 *Excommunicati ob vsurpatam iurisdictionem ecclesiasticam, aut violatam libertatem, non absoluũtur à pœnitentiaria, nisi satisfacta parte læssa.*

Concil.

30 *Concil.Trid.innouat constitutiones in fauorem libertatis ecclesiasticæ.*

31 *Principes multi fauerunt libertati ecclesiasticæ.*

32 *Grauissimum est subtrahi, quod collatum est munificentia Principum.*

33 *Sanctissim. D. N. Paul.5. iuste potuit excomunicare, aut excommunicatos nunciare Ducem, & Senatum Venetorum, ob dicta statuta.*

34 *Constitutiones Apostolicas cõuenit exequutioni mãdari.*

35 *Correctio fraterna an debeat excommunicationem præcedere.*

36 *Intellectus Matth. cap. 18. si peccauerit in te frater tuus, &c.*

37 *In his quæ tendunt ad subleuationem animæ sui proximi, quilibet tenetur operari.*

38 *Venetis peccantibus in Deum parcendum non est.*

39 *Peccantes publicè, sunt publicè corripiendi.*

40 *Diuus Grego. qualiter se habuerit contra Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum in se; & Ecclesiam peccantem.*

41 *Papæ assertioni omnimoda fides debetur.*

42 *Peccatum mortale subiectum sufficiens excõmunicationis.*

43 *Monitio canonica præcedens iustificat excommunicationem sequentem.*

Moni-

44 *Monitio sufficit, si generalis sit, contra vniuersitatem delinquentem.*
45 *Contumacia per se excommunicationem meretur.*
46 *Contumacia sola delictum continet.*
47 *Contumacia si crescat, debet pœna crescere.*
48 *Absolutio debet regulariter haberi ab excommunicante.*
49 *Excommunicatus à Pontifice non potest absolui ab inferiori.*
50 *Mortis articulus efficit, vt quis absoluatur ab excõmunicatione, cuius absolutio est Papæ reseruata.*
51 *Absoluti ob mortis articulum reincidunt, si conualuerint.*
52 *Absolutus ad reincidentiam, elapso termino reincidit ipso iure.*
53 *Excommunicati non prius sunt absoluendi, quàm Ecclesiæ satisfecerint.*
54 *Peccati venia non datur nisi correcto.*
55 *Excommunicatus debet satisfacere de eo pro quo est excommunicatus.*
56 *Qui non satisfacit cùm potest, non absoluitur à Deo.*
57 *Absolutus ab alio quàm à Papa ob mortis articulum, si non satisfecerit, debet reincidere, si conualuerit.*
58 *Excõmunicatus decedens non sepelitur in loco sacro.*
59 *Carere sepultura ecclesiastica, est multũ timendum.*

P *Inter-*

60 *Interdicti tempore, laici regulariter in* Ecclesia *non sepeliuntur.*

61 *Excommunicationis finis medicinalis est.*

62 *Excommunicatio pœna contumacis habetur, & maior Ecclesiæ, & num. 63.*

64 *Excommunicatus æquiparatur mortuo.*

65 *Excommunicatio duos effectus habet, eijciendi ab Ecclesia, & detinendi extra.*

Excommunicatus æquiparatur hæretico.

66 *Excommunicatio est membrum Diaboli.*

67 *Excommunicati facilius à Diabolo inuaduntur.*

68 *Excommunicatio ligat corpus, & animam.*

69 *Error Lutheri putantis falsò, excommunicationem esse pœnam externam, damnatur.*

70 *Excommunicatio maior quot mala inferat.*

71 *Excommunicatio mortificat bona opera.*

72 *Excommunicatio contempta inducit perpetuam damnationem.*

73 *Excommunicatio non solum grauis, sed grauißima pœna est.*

74 *Interdicto supponitur terra ob Domini delictum.*

75 *Excommunicationis contemptus causa proxima interdicti.*

76 *Interdictum iustè ponitur ob ecclesiasticam libertatem violatam.*

77 *Regulares omnes debent seruare sententiam interdicti*

dicti ecclesiastici.

78 *Excommunicati, & interdicti excluduntur ab Ecclesia, quotiens diuina celebrantur.*

79 *Si publicus excommunicatus, vel interdictus Ecclesiam intrat, & non potest commodè expelli, debent omnes exire.*

80 *Excommunicantur compellentes celebrari in loco interdicto, vel adducentes excõmunicatos, & interdictos, aut curantes ne moniti exeant.*

81 *Iurisdictionem ecclesiasticam impedientes excommunicantur.*

82 *Laici non possunt se intromittere de iurisdictione ecclesiastica.*

83 *Statuentes contra libertatem ecclesiasticam priuantur feudo ecclesiastico.*

84 *Feudo Ecclesiastico priuatur, non solùm qui offendit Papam, sed ille qui Imperatorem fœderatum Papæ offendit.*

85 *Vassallus astringitur ex forma fidelitatis, res, & personam Domini defendere, & secus faciendo priuatur feudo.*

86 *Vassallus si offendit Dominum, redit feudum ad eum, non ad agnatos.*

87 *Rebellis priuatur castro, & alijs quæ habet à Domino.*

88 *Ingratitudo vassalli est causa amittendi beneficij.*

89 *Filius emancipatus reducitur in potestatem propter ingratitudinem.*

90 *Exemptus à Principe, vel communitate, perdit exẽtionem propter ingratitudinem.*

91 *Fabius Maximus Aliphatibus pacem à se oblatam spernentibus, petentibus ipsis postea negauit.*

92 *Libertatem recognoscentes ab Imperatore, si rebellauerint, priuantur ipsa.*

93 *Veneti rebellantes possunt libertate, quam ab Imperio habere prætendunt, priuari.*

94 *Delinquens in vno, fit omnium reus.*

95 *Ecclesiæ cognitio est vbicunque peccatum vertitur.*

96 *Pontifex Summus est iudex competens vbicunque animæ periculum vertitur.*

97 *Papæ sunt commissæ à Deo omnes animæ.*

98 *Ecclesia iudicat laicos in his quæ tãgunt conscientiã.*

99 *Papa constitutus est super Reges, & Regna.*

100 *Papa est super omnes iurisdictiones, & num. 102.*

101 *Papa est culmen supremum omnium dignitatum.*

103 *Papæ potestas præeminet Imperatoris potestati.*

104 *Imperator approbatur, aut reprobatur, vel deijcitur ab Imperio per Papam.*

105 *Papa est iudex Principum, aliàs non recognoscentium superiorem.*

106 *Lotharius Imperator vt vassallus positus ad pedes Pontificis.*

Papa

107 *Papa est Imperator, vacante Imperio.*

108 *Papa est iudex supremus, non solùm in causis fidei, & spiritualibus, sed in omnibus quæ ordinantur ad hæc.*

109 *Error est dicere, Papam nõ esse vniuersalis Ecclesiæ pastorẽ, Petri successorem, Christi vicariũ; & non habere potestatẽ supra spiritualia, & tẽporalia.*

110 *Papæ potestas non est limitata territorio, nec certis personis.*

111 *Sacrilegium grauissimum est, immunitates Ecclesiæ violare.*

112 *Sacrilegium committunt laici vsurpãtes iurisdictionem, & dominationem in rebus Ecclesiæ; que nõ præscribitur. & num. 113.*

114 *Pacta non debent fieri contra libertatem ecclesiasticam: nec sub dissimulatione debent paruipendi priuilegia Ecclesiæ.*

115 *Mala multa oriuntur ex impunitate.*

116 *Inferiorum culpæ desidiæ rectorum attribuuntur.*

117 *Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.*

118 *Facinus à iure prohibitum, non debet inultum relinqui, & num. 120.*

119 *Indulgendo vni indigno, plures ad prolapsionis contagium prouocantur.*

121 *Exemplum malum nocet, & ad malũ prouocat alios.*

122 *Exempli pessimi nil faciendum, aut permittendũ est.*

123 Exẽpli mali factum grauius debet puniri, &c. n.125.

124 *Princeps, aut dignitatem habens in eodem peccato, grauius delinquit, quàm priuatus.*

126 *Maiorũ punitio plusquã minorũ bono publico cõuenit*

127 *Delictum hominis illustris cõmune damnum affert.*

128 *Medicina immatura in morbis periculosa.*

129 *Animi etiam morbis afficiuntur.*

130 *Aristrocraticum regimen est naturale, & æquiparatur monarchico, & quando peruertatur.*

131 *Aristocraticum regimen corruptum transit in Olygarchiam.*

132 Erroribus *consentit, qui non resistit.*

133 Erroribus *obuiare postulat charitas.*

134 *Facere videtur, qui poterat prohibere, & patitur.*

135 *Moyses interfecit Aegyptium iniuriantẽ Hebræum.*

136 *Lacedæmonij pariter puniebant, qui coram se delinquentem non obiurgasset.*

137 *Cauẽdum est, ne transeãt in vsum, quæ fũt prohibita.*

138 *Error cui non resistitur, pro veritate habetur.*

139 *Deum offendentia dissimulari non debent impunita.*

140 *Magno animo est de magnis rebus iudicandum.*

141 *Papa non debet pati, quòd in* Ecclesia *Dei factiones, & diuisiones inducantur.*

142 *Veneti grauissimè peccant de censuris Summi Pontificis iudicantes.*

143 *Subditorum nõ est disputare, & decidere quid Papa possit,*

poßit, vel non, aut quomodo debet ipsi obediri.

144 *Papæ iugum, etiam si graue foret, ferendum est.*

145 *Papæ præcepto, quantumuis graui, & intollerabili est obediendum.*

146 *Papæ non potest dici, cur aliquid facit.*

147 *Qui minoris est authoritatis, non potest superiorem suis addicere iudicijs.*

148 *Ouile debet pasci, non pascere; nec officium pastoris vsurpare.*

149 *Papæ facta non sunt in dubium reuocanda, temporibus maximè periculosis, ob prophanas hæresum nouitates.*

150 Papæ *est de necessitate salutis obediendum.*

151 *Pontificiæ potestati nemo potest detrahere.*

Papæ resistentes Luciferiani, & acæphali nuncupantur. Ibidem, & num 152.

153 Ecclesiam, & *Summum* Pontificem *debet quilibet superponere capti suo, si vult videre scalam Iacob, & Angelos descendentes, & ascendentes in cælum, & Dominum scalæ innixum.*

154 *Apostolicæ sedis honori detrahentes, incurrunt maledictionem Chanaam filij Noë.*

155 *Lumen eius qui maledicit patri, aut matri, in medijs tenebris extinguetur.*

156 *Ecclesia est pia Mater.*

157 Papa *est pater vniuersalis, &* Principes *tẽporales filij.*

158 *Maledicitur qui inhonorat patrem,& matrē deserit.*
159 *Parenti in honestis, & indifferentibus parendū est.*
160 *Liberi debent parētes tolerare qualescunque fuerint.*
161 *Veneti qui sedis Apostolicæ erant amantissimi filij, indignissimè aduersus ipsam insurgunt.*
162 *Iulius Cæsar uil acrius sensit, quàm videre se læsum à Bruto, quem filij loco habuerat.*
163 *Veneti tempore Sebastiani Ciani Ducis bellarunt pro Summo Pontifice Alex.3.& Ecclesia, ac eius libertate contra Federicum Aenobarbum Imperatorem; & classicam Victoriam obtinuerunt, capto Otthone Imp. filio.*
164 *Venetiarum ciuitas appellari solebat decus, & ornamentum Christianitatis.*
165 *Acerbum est in Venetis, antiquorum facta defecisse, & ipsos dissimiles sui effici temporibus istis.*
166 Veneti *contra Deum faciunt, inhonorantes Summum Pontificem.*
167 Veneti *suis statutis, & inobedientia rebelles sunt contra Deum;& schisma mouēt in eius Ecclesia.*
168 *Veneti ex eisdem causis labem hæresis incurrunt.*
169 *Papæ non obedientes à regno cœlesti excluduntur.*
170 *Ecclesiæ,& Papæ rebellantibus, & excommunicatis, nihil potest fœliciter succedere, & num. 171.*
172 *Veneti aduersus Ecclesiam conspirātes grauia damna passi, temporibus Clementis Papæ. 5.*

Iulij

173 *Iulij.2. temporibus Veneti eadem de causa ad periculum totius sui dominij adducti.*

174 *Reges, & Principes sunt Dei serui.*

175 *Reges, & Princip. duplicis seruitij Deo debitores sũt.*

176 *Status ratio dupliciter distinguitur.*

177 *Prudentia ducit, & dirigit, ad rectè faciendum.*

178 *Politica prudentia est norma vera gubernationis; & virtuti, ac Religioni adiungitur.*

179 *Iustitia est bonum alienum; vt subditi, commodis suis spretis, Principis quærant vtilitatem; & è cõtrario Princeps subditorum.*

180 *Prudentia ciuilis debet regulari, & moderari ad recta, & licita tantum.*

181 *Prudentia absque bonitate est malitia.*

182 Prudentia *non est perfecta res sine virtutibus alijs, nec ista sine illa.*

183 Prudentia *non potest esse comes iniusti.*

184 *Veneti in tantum se prudentiores arrogant, vt legibus nolint viuere.*

185 Prudentia *reproba vtendum non est.*

186 Prudentia *recta omnes actiones, & consilia in bonum finem dirigit.*

187 *Status altera ratio, quæ vtilitatẽ temporalem vtentis respicit, & non Deum; iniqua, reproba, & damnata, vt eius author Machiauellus, & alij Athæistæ sequaces eius.*

Prin-

205 *Princeps quilibet Christianus debet in suo corde plã tare reuerentiam, & timorem Domini.*

206 *Deus pronior est colentibus se.*

207 *Principibus qui Deo respexerunt, non istam futilem rationem status, omnia prospera euenerunt.*

208 *Respublica tunc rectè gubernatur, cum dantur quæ sunt Dei, Deo; & quæ Cæsaris, Cæsari.*

209 *Principes quærentes quæ non sua, sed Dei sunt vsurpare, calamitatibus, & infortunijs conteruntur.*

210 *Veneti Senatus praua consilia in caput suum vertentur.*

211 *Consiliarij praui magis merentur puniri, quàm faciẽtes.*

212 *Consilium omne sine Deo est fragile, & vanum.*

213 *Græcia, & Asia, & aliæ prouinciæ in Turcas, & alios inimicos inciderunt, & maximas calamitates sunt passæ ob rebellionem aduersus potestatem ecclesiasticam, & violationem eius libertatis, & num. 216.*

214 *Angliæ ruina cœpit temporib. Henrici. 2. tempore B. Thomæ Cantuar. qui pro defensione iurisdictionis ecclesiast. impiorum gladijs occubuit.*

215 *Henrrici octaui Regis Angliæ iniquum decretum damnatur, quo se iactauit Caput Ecclesiæ.*

217 *Similium ruina debet esse metus stantium.*

218 *Fœlix est, quem faciunt aliena pericula cautum.*

Curan-

219 *Curandum est, ne hostes gaudeant; nec sequi hæreticorum exempla.*

220 *Animarum damnũ nullo terreno bono compensatur.*

221 Patrum termini non sunt transgrediendi.

222 *Ecclesiæ fundamenta artifici manu iacta, nulla vi conuelluntur.*

223 Petri nauicula etsi fluctuet, non potest submergi.

224 Principi non conuenit, rebellionem facere cõtra Ecclesiam: nec his, qui fecerunt benè cessit vnquam.

225 Potestas omnis quòd sit à Deo.

226 *Potestas temporalis etiam imperatoria procedit à Deo mediatè; Papæ potestas est immediatè à Deo.*

227 Potestas ecclesiastica dignior temporali ratione originis, & finis.

228 *Iurisdictionis temporalis finis dirigit ad vitam ciuilem quietè fruendam.*

229 Potestas spiritualis qualiter se habeat respectu temporalis.

230 *Finis est nobilior his, quæ sunt media ad finem.*

231 Spiritualis potestas respicit animam; temporalis corpus, & exteriora.

232 Potestas spiritualis debet dominari omni creaturæ.

233 Pontificis Summi superioritas non potest per eum renunciari.

234 *Potestas spiritualis, & ecclesiastica dominatur temporali.*

Valen-

235 *Valentinianus Cæsar se subiectum recognouit potestati ecclesiasticæ.*

236 *Paul. 1. Pontifex processit contra Constanti. 5. Imperatorem.*

237 *Grego. 7. Henrricum. 3. excommunicauit, & priuauit Imperio.*

238 *Grego. 3. priuauerat Imperio Leonem. 3. Imperat. à se excommunicatum.*

239 *Inno. 8. processit ad censuras; & Regni priuationem contra Ferdin. Regem. Neap.*

240 *Episcopus potest excommunicare* Principem *laicum suæ diœcesis.*

241 P*apa potest iudicare, & punire Principē peccantem.*

242 *Summi Pontifices qui* Principes *alios excommunicarunt.*

243 *Zacharias Papa priuauit Regno Childericum, Regem Francorum.*

244 *Inno. 4. dedit* V*icarium Sāctio. 2. Regi Portugaliæ.*

245 *Stephan. 2. priuauit Imperio Constantinum, & eius filium Leonem.*

246 *Liberius Papa restitit conuenticulis à Cæsare initis contra Athanasium.*

247 *Adrianus Papa priuauit regno Desiderium Regem Longobardorum.*

248 *Inno. 3. Imperio priuauit Otthonem quia Fredericum persequebatur.*

Honor.

249 *Honor.3.Inno.4.Grego.9.priuarunt Imperio, & Sicilia Fredericum.2.*

250 *Grego.7.processit contra Henrric.3.Imperatorem.*

251 *Vrbanus, & Clemens quarti suscitarunt Carolum Andegauiensem contra Manfredũ Siciliæ Regẽ.*

252 *Vrbanus.6.priuauit Ioannam Reginam Neapolita. Inno.7.Ladislaum.*

253 *Martin.5. & Ioann.22. Bonif.8. Pius.2 & Inno.8. idem fecere contra alios Principes, & num.254. & sequenti.*

255 Innocen.8.*deposuit Ferdinandum Apuliæ Ducem. Iulius.2. processit contra Ioannem Regem Nauarræ, & eius coniugem, & ipsos priuauit Regno.*

256 *Sixtus.4. processit contra Venetos bello vexantes Ferrariam.*

257 *Papa pro suæ potestati fine consequẽdo procedit contra omnes.*

258 *Omnes Christiani sunt de foro Ecclesiæ.*

259 *Episcoporum iucicium à quibuscunque eligi poterat.*

260 *Ecclesia cognoscere solita erat de causis omniũ Christianorum, etiam laicorum.*

261 *Pontificum, & Prophetarum legis veteris facta aduersus Principes.*

262 *Papa est caput, & principium Sacerdotum.*

263 *Omnes debent obedire Pontifici, & sequi ipsum.*

264 *Deo resistitur, si Summo Pontifici non obeditur.*

PARS

PARS QVINTA.

SPECIFICE OSTENDIT OMNES *pœnas impositas, declaratas, & comminatas in monitorio Sanctissimi D. N. D. Pauli Papæ. V. aduersus Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorũ, ex vtriusque iuris fontibus deductas; consonasque Summorum Pontificum constitutionibus, sacrorum Conciliorum decretis, sanctorum, & doctissimorum resolutionibus.*



VM in præcedentibus partibus probatum satis appareat, statuta dictorũ Ducis, & Senatus Venetorum Reipublicæ iuri aduersa, & ex omni parte iniusta, & ratione carentia; & similiter iniustam esse capturam dictorum Scipionis Sarraceni Canonici, & Brandolini Valdemarini Abbatis: necessario sequitur, Monitorium sanctissimi. D.N. aduersus ipsos emissum iustitiam notoriam obtinere; & omnes pœnas in ipso contentas ex iuris vtriusque notissimis, & iustissimis sanctionibus desumptas: quod vt constet, illud præmitti debet, hic agi de
1 defensione immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, † quam omnes clerici debent sicut proprium sanguinem defendere, vt Bald. ait
2 in cap. quisquis. 43. num. 5. de electione; † maximè, si sint prælati, qui iura ecclesiastica debent pro viribus defendere, & ecclesiasticos viros contra tyrannos nobiles, & potẽtes opprimentes eosdem, vt benè ait Guillermus Durandi, de modo generalis concilij celebrandi. 3. parte. rubrica. 61. num. 1. Borgas. de irregula. 6. par. 5. de cleric. percus. num. 20. Et inter prælatos omnium prælatorum caput, & Monarcha summus Pontifex huiusmodi defensioni sedulo debet inuigilare; ne libertas ecclesiastica violetur iniquis, & irrationabilibus statutis laicorum; † cum Apostolicæ curæ
3 sit commissum, vt priuilegia ecclesiastica seruentur illæsa, teste D. Gre-

D. Grego. 28. Moralium: nam læsa ecclesiastica libertate læditur ipse Papa. cap. grauem. 53. vbi Antoni. de Butrio nu. 2. de senten. excommuni. & sedi Apostolicæ derogatur. Ioann. And. ibidem. num. 2.

4 Et ita † Papa potest constitutiones facere, & ius dicere contra laicos inferentes molestias ecclesijs, & ecclesiasticis personis. cap. 1. vbi Philip. Francus notabi. 2. de immuni. Eccles. lib. 6. Vnde non solùm Papa potest tollere, & abolere consuetudines, & statuta peccatum inducentia, & libertati Ecclesiasticæ contraria, vt in cap. penultimo & finali, de consuetudine, & in. cap. finali. de rebus Eccles. l. non alienan. cap. 1. & per totum de immun. Eccles. lib. 6. Imola. in repet. cap. finalis de præscriptionibus. Martinus Laudens. tracta. de Principibus, quæstione. 229. Petrus Antibol.
5 in tracta. de muneribus. 3. parte principali, num. 102. † dicens, quòd Papa aduersus laicos clericorum priuilegia tuetur. cap. quæ in Ecclesiarum, de constitution. & cap. Ecclesia, de rebus Ecclesię non alienan. cap. cum laicis. Tex. in cap. non minus, & cap. aduersus, de immunita. Eccles. cap. nouerint, & dicto. cap. grauem, de sent. excommuni. quia resistendum est violentijs eorum. cap. 1. de priuilegijs.

6 Nam † licet inter Papam, & Ecclesiam contrahatur matrimonium spirituale. cap. 1. 98. distinct. ipse Papa est iudex legitimus, & competens in causis Ecclesiæ. cap. cum dilecta, de confirmatio. vtili vel inutili. Philipp. Francus in cap. quoniam, notabili. 2. de immunit. Ecclesiarum, libro. 6. & ita non debet tolerare, imò penitus abolere talia statuta, cum damnum notorium Ecclesiæ
7 irrogent. † Semper enim quæ sunt libertati ecclesiasticæ contraria, in damnum Ecclesiæ tendunt. Bald. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 1. per Tex. ibi de constitutio. Andreas Siculus consilio. 31. omnia quæcunque, num. 1. vol. 4.

Neque obstabit dicere, statuta prædicta non lædere Romanã Ecclesiam; sed solummodo dirigi in Ecclesias consistentes in ter-
8 ris temporali dominio Venetorum subiectis. † Nam lædendo vnam Ecclesiam, vniuersalis Ecclesia læditur: quia vt ait doctè
9 Ioannes Andreas in cap. eos, de immunit. Ecclesiarum, lib. 6. † cũ vniuersalis Ecclesia sit vnum corpus, cuius membra sunt aliæ
10 Ecclesiæ singulares. cap. significasti, de electione. † impediendo Ecclesiæ singularis libertatẽ, vnius scilicet Ecclesiæ circa id quod com-

competit omnibus, venitur contra libertatem ecclesiasticam. La-
11 pus allegatione. 92. num. 6. † Exemplum assignans in lædente vnum Episcopum, quia facit contra libertatem Ecclesiæ, etsi omnes Episcopi non lædantur. cap. olim. de iniurijs. Clem. si quis suadente, de pœnis. Salycetus in authenti. cassa. nu. 2. quæst. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Cardinalis in cap. perpendimus, quæst. 4. & 5. versiculo ex prædictis concludo, quod sit contra libertatem Ecclesiæ, de senten. excommu. Andreas Barbacia dicto consil. 31.
12 num. 1. lib. 4. dicens, idem esse † quando vnus clericus conuenitur coram iudice laico; quia fit iniuria toti ordini clericali. cap. inolita. & cap. placuit. 11. quæstione. 1. cap. significasti, de foro competenti. Et idem concludit esse, si quælibet lædatur Ecclesia particularis, cap. 1. de immu. Eccles. lib. 6. versic. lædere, vel diminuere. cap. quoniam, eodem titulo.

13 Et † cum quilibet Episcopus dicti Dominij Venetorũ posset tollere dicta statuta contra libertatem Ecclesiasticã facta, etiam non citatis statuentibus; vt singulariter dixit Archidiaco. in cap. quæ Lotharius, prope finem. 2. quæst. 1. quem sequitur Felyn. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 108. de constitu. Ioannes de Arnono singulari. 73. incipiente, clericis. Bal. de statutis verbo, Ecclesia. num. 2. multo magis id potuisse facere sanctissimum Dominum nostrum dicendum est: nam vltra quod omnes Ecclesiæ sunt vna Ecclesia, vt tradidi supra, & refert Petrus à
14 Monte in tracta. de potestate Pontificis. §. verum quia, nu. 6. † Et Papa ipsius vniuersalis Ecclesiæ caput, vt doctè probat, & prosequitur Iodocus Damphoude, in enchiridio parium, aut similiũ, verbo. Ecclesia. Paul. Castrensis consil. 415. in facto præsenti, nũ. 1. vol. 1. Nicolaus Boërius de autho. magni consilij, nu. 58. Vargas de Episcoporum iurisdictione, axiomate. 2. & confirmatione. 6.
" pag. 77. & seq. dicens, quòd Papa est summus, caput, & Princeps
" in vniuersa Ecclesia, à quo tota potestas ecclesiastica siue ordi-
" nis, siue iurisdictionis mediatè, aut immediatè pendet. Cassaneus in cathalogo gloriæ mundi. 4. parte, consideratio. 2.

15 Sedes † Apostolica cui præest, vt ait Anacletus Papa in c. sacro. 22. distinctio. caput & cardo est aliarum: quoniam sicut ostiũ cardine regitur, sic illius authoritate omnes Ecclesiæ reguntur: & inde etiam dicti sunt Cardinales, quia per eos tota Ecclesia sicut ostium per cardinem gubernatur; & ipsius Sanctæ Sedis prelatus

est Papa, qui pater patrum vocatur, & vniuersalis; quia vniuersæ Ecclesiæ Principatur; & Apostolicus, quia Principis Apostolorũ vice fungitur; & Summus Pontifex, quia caput est omnium Pontificum, à quo illi tanquam à capite membra descendunt, & de cuius plenitudine omnes accipiunt; quos ipse vocat in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. cap. ad honorem, de autho. & vsu palij. Durandus in Rationali diuino. officior. lib. 2. cap. 1. num. 17.
16 Vnde † Ecclesia Romana non solùm est magistra, & mater aliarum Ecclesiarum, vt in cap. finali, de foro competenti, & cap.
17 Sacrosanctæ in fine. 22. distinct. † sed curatrix, & tutrix, vt possit quaslibet Ecclesias defendere, ex cap. finali, cum ibi notatis de successio. ab intestato. Ancharra. in cap. 1. notabili. 3. de immun. Eccles. libro. 6. Ideo iustissimè, & sanctissimè defensionem suscepit Ecclesiarum Dominij Venetorum in terris fundatarum, ac cœnobiorum, & piorum locorum, & Ecclesiasticarum personarum, & immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ ipsis competentis: " nam vt optimè Cassiado. dixit lib. 11. variarum, episto. 2. Sedes " illa toto orbe mirabilis proprios debet tegere affectione culto" res, quæ mundo generaliter est præstita, licet Romanis localiter " attributa. Et admittere non debet, nec versari permittere in Ecclesiæ dispendio præsumptiones illicitas, vt dixit idem Cassiad. lib. 4. epist. 17.
Quare omnia contenta in dicto monitorio, iuribus sunt con-
18 sona, & rationi: quia † quantũ ad nullitatem statutorũ iam supra ostendi, esse ipso iure nulla, & irrita statuta, quæ quomodocũque Ecclesiasticæ libertati aduersantur; vel immunitatem ecclesiasticam tollunt. dicta authent. cassa & irrita. C. de Sacrosanctis Ecclesijs, & in corpore vnde sumitur dicto. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. & vtrobique. DD. Hierony. Gratus responso 96. nu. 25. lib. 1. Iacob. à Canibus in tracta. de represalijs. 2. part. nu. 10. l. placet, vbi DD. C. de Sacrosancta Eccles. Iulius Ferretus tracta. de gabellis, num. 431. Bald. Perusinus in tracta. de statutis, verbo, clericus nu. 6. Et verbo Ecclesia. n. 2. Albericus eodem tractatu, num. 11. Ioannes Licerier. de primogenitura, lib. 1. q. 24. nu. 25. Barbacia. consi. 24. nu. 10. lib. 3. Ioan. Igneus in. l. 1. nu. 45. ff. ad. S. C. Syllania. Grego. Lopez in. l. 19. titulo. 9. part. 1. glo. 2. Felin. in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 69. & 95. Leo. 10. consti-

constitutio.10.& Grego.13.constitutione.92.de quibus in Collectione bullarum Summorum Pontificum.

19 † Quoad excommunicationē, in quam ipso iure inciderūt, sunt plures iuris sanctiones. Honorius.3. Episcopo Bononiensi rescri
" bens in c.nouerit.49.de sententia excōmunicationis, ait. Excom-
" municamus omnes hæreticos vtriusque sexus, quocūque nomine
" censeantur, & fautores, & receptatores, & defensores eorū: Nec
" non, & qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & cōsuetudi-
" nes introductas contra Ecclesiæ libertatē, nisi ea de capitularib9
" suis intra duos menses post huiusmodi publicationē sententiæ fe-
" cerint amoueri. Item excommunicamus statutarios, & scriptores
" statutorū ipsorū, necnon potestates, consules, rectores, & consi-
" liarios locorū, vbi de cætero huiusmodi statuta, & cōsuetudines
" editæ fuerint, vel seruatæ: necnō & illos qui secundū ea præsum-
" pserint iudicare, vel in publicā formam scribere iudicata. Ioann. And.ibi.nu.1.& duobus seqq. Butrius nu.4. Abb.& communiter alij DD.ibi. Idem Ioann. And. in c.aduersus.nu.13. de immunit. Ecclesia. Angelus consi.48.n.3. Ioann. Igneus in dicta.l.1.nu.37. ff.ad Syllan. Abb.consi.83.nu.2.par.1. Lapus allegatio. 92.nu.3. Aluarot.in titu.de statutis contra liberta. ecclesiast. §.item nulla. nu.1. Paul. Castren.in dicta authen.cassa & irrita, nu.1. Albericus dicto tracta.de statutis.q.2.nu.11.& est Tex.in.c.eos, de senten. excommuni.in.6.l.19.tit.9.par.1. Auiles in capitibus Prætorum, c.15.glo.*buenas*, nu.8. Azeuedo in.l.3.tit.3.li.1.recopilationis, nu. 2. Paul. Fuscus de visitatio.lib.2.c.21.nu.39. Nauarro in manuali, c.27.nu. 118. Ioannes de Lignano in tractatu de censura ecclesiastica.§.7.nu.8. Franciscus de Platea in tracta. de excommuni §.4.nu.4. Beatus Antoninus eodem tractatu, cap.17.nu.1.&.7.

20 In quam † excommunicationem incurrunt, non solùm directo, verum etiam per indirectum violantes immunitatem, & libertatem ecclesiasticam, & clericorum, vt ex cap. finali, de immunita. Eccles. lib 6. tradit Ioann.de Lignano. dicto. §.7.num.14. Nicolaus Plouius in tracta.de excommunicatio.in princip.num.10. & seq. Et ita non solùm sunt excommunicati Principes subditis prohibentes ne ecclesiasticis personis faciant obsequia corporalia. Ioannes Lupi.de libertate ecclesiastica.2.parte, quæstione.10. casu sexto, & decimoquarto. Beat. Antoninus tracta. de excommunicatione, cap.18.num.1.& sequentibus.

21 Sed † prohibentes ne quis clericis vendat, aut ne ab ipſis emat. glo. in. c. quãto, de priuilegijs, & in c. finali, de immu. Eccleſ. lib. 6. Ioan. à Capiſtrano in tract. de excommunicatio. verſi. nota etiã.

22 Quæ † omnia innouauit Greg. 13. in ſua bulla lecta in cœna Domini, quæ vt retuli eſt. 92. ſuarum conſtitutionũ, vbi nominatim
« excommunicat eos, qui ex eorũ prætenſo officio, vel ad inſtantiã
« partis, aut aliorũ quorumcũque, perſonas eccleſiaſticas, Capitula,
« Conuentus, & Collegia Eccleſiarũ quarũcunque corã ſe ad ſuum
« tribunal, audientiam, cancellariam, conſilium, vel parlamentum
« præter iuris Canonici diſpoſitionem trahũt, vel trahi faciunt, vel
« procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore: Necnon
« qui ſtatuta ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quæuis
« alia decreta, in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis
« quæſito colore, ac etiam prætextu literarũ apoſtolicarũ, vſu non
« receptarum, ſeu reuocatarum, vel cuiuſuis conſuetudinis, aut pri-
« uilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publi-
« cauerint; vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas eccle-
« ſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs
« quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarum-
« cunque Eccleſiarũ iuribus quomodolibet directè, vel indirectè,
23 tacitè, vel expreſſè præiudicare. Sunt † in idem Conſtitutiones, ſcilicet, Inno. 3. in cap. aduerſus, de immunita. Eccleſia. & Grego. Noni, conſtitu. 1. in bullario, vbi de non alienan. Eccleſiarum bonis ſub certis pœnis prudenter ſtatuit. Honorius. 3. in dicto. cap. nouerit, & in cap. graue, de ſenten. excomm. Alexand. 4. in c. 1. de immun. Eccleſ. li. 6. Bonifacius. 8. in cap. clericis, cũ duobus ſeqq. eod. titulo. Clemens. 5. in cap. vnico eod. titulo, & in Clem. grauis, de ſenten. excõmu. Idem Bonifa. 8. in. c. quanquã, de cenſib. li.
24 6. † Martinus. 5. in cõſtit. 5. incipiente, ad reprimendas, vbi contra officiales laicos exercere volentes iuriſdictionem contra perſonas eccleſiaſticas, & pro cauſis ſpectantibus ad forum eccleſiaſticum, & eccleſiaſticos ad Iudicium trahentes ſeculare, poſt priuationem beneficiorum aduerſus eccleſiaſticos contrauenien-
« tes impoſitam, ſubiungit hæc veba. Et nihilominus, omnes, &
« ſingulos iudices, & executores, communitates, dominia, laicos,
« & laicales perſonas poſtquam exceptum fuerit de non iuriſdi-
« ctione eorum, aut euidenter appareat huiuſmodi cognitionem
« ad eos de iure non ſpectare, talia præſumẽtes, & ea fieri mãdan-
tes,

« tes,seu eorum nomine, & mandato facta, rata habentes,vel eis
« faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscunque
« præeminentiæ, dignitatis,gradus, ordinis, vel conditionis exi-
« stant,seculares personas;eorum videlicet singulos officiales quo-
« cunque nomine censeantur,& consiliarios,& priuatas personas,
« quæ præmissorum principales perpetratores existerent, excom-
« municationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullus-
« que ab eisdem sententijs per alium quam per Romanum Ponti-
« ficem(præterquã in mortis articulo constitutus) absolui valeat,
« siue possit:& præmissa omnia non tantum ad futura, sed etiã ad
25 præsentia,& pendentia extendimus auctoritate memorata.Paul.
†.2.consti.6.incip.ambitiosæ cupidita.vbi de alienationis bono-
rum ecclesiasticorum prohibitione, & pœnis contrauenientium
formæ ibidem assignatæ. Similiter Leo. 10. constitutione.8.quæ
incipit Regimini. Data anno Incarnationis Dominicæ millesimo
quingentesimo decimo quinto, quarto Nonas Maij. ita ait.
« Quia sæpius & multiplici relatione percepimus, quamplurimas
« Ecclesias,& illis præsidentes Episcopos, tam citra, quàm vltra
« montes vexari in eorum iurisdictionibus, iuribus, & dominijs,
« ac turbari à Domicellis, Principibus,& nobilibus eorundem,qui
« sub colore iuris patronatus, quod in beneficijs ecclesiasticis ha-
« bere confingunt, nullo priuilegio Apostolico suffulti,sine Ordi-
« nariorum collationibus, & literis, & absque aliquo saltem co-
« lorato titulo, beneficia non solùm clericis, sed etiam laicis
« conferre. Sacerdotes, & clericos delinquentes ad eorum libi-
« tum punire. Decimas omnium rerum, & ad quarum solutio-
« nem de iure tenentur, ac Cathedralium, & alia quæ legis
« Diœcesanæ, & iurisdictionis sunt, & ad ipsos Episcopos dum-
« taxat pertinent, temerè auferre, fraudare, vsurpare, seu vt
« præmissa fiant mandare; ac ipsa, & fructus quoscunque ne
« à ciuitatibus, terris, & locis eorum extrahantur prohibere,
« feuda, possessiones, & prædia occupare, & indebitè detine-
« re, seu ad feuda, & bona ipsarum Ecclesiarum eis conceden-
« dum, ac beneficia Ecclesiastica personis per eos nominatis con-
« ferendum minis, & terroribus, ac alijs vijs indirectis, induce-
« re, & compellere, & alia quamplurima damna, iacturas, &
« iniurias Ecclesijs,& earum prælatis ac clericis præfatis inferri,
« non modo permittere, sed etiam expressè mandare præsumant.

" Attendentes igitur, quòd laicis in clericos, & personas ecclesia-
" sticas, ac bona Ecclesiastica non est attributa facultas, atque
" æquum, & iustum esse, vt in eos iura insurgant, qui illa offen-
" dere præsumunt. Necnon considerantes quantum ex his tam
" nostro, & Apostolicæ Sedis honori, quàm personarum eccle-
" siasticarum quieto, & prospero statui, non sine damnanda per-
" nicie derogetur. Ac cupientes, eos quos ad obseruantiam iu-
" rium, virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exagge-
" ratione pœnarum, quàm adijciendarum de nouo formidine à
" temerarijs ausibus refrenare. Omnes & singulas constitutiones
" quæ super Decimarum solutione, & contra violatores, & rap-
" tores Ecclesiarum, & incendiarios, agrorum depopulatores,
" & tam. S. R. E. Card. quàm venerabiles fratres, nostros Epis-
" copos, & alias personas Ecclesiasticas, seculares, & regula-
" res capientes, detinentes, & eorum iurisdictionem, & iura
" quomodolibet indebitè occupantes, aut eos in eorum iurisdi-
" ctionis exercitio perturbantes, seu molestantes; eos quoque
" ad conferendum beneficia Ecclesiastica personis per eos no-
" minatim, aut aliàs de illis pro eorum libito voluntatis dis-
" ponendum, & feuda ac bona ecclesiastica in emphyteosim
" concedendum, aut aliàs vendendum, temerè compellentes.
" Necnon statuta contra libertatem ecclesiasticam facientes, &
" ad præmissa auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, ha-
" ctenus emanarunt, innouamus. Et cum ea nedum iuri con-
" traria; sed etiam libertati Ecclesiasticæ opprobriosa sint quam-
" plurimum, & aduersa, vt de officio nobis credito dignam
" Deo possimus reddere rationem, affectibus, & monitis pa-
" ternis. Imperatorem, Reges, Principes, Duces, Marchio-
" nes, Comites, Barones, & quoscunque alios alterius cuius-
" cunque nobilitatis. præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis,
" excellentiæ, vel dignitatis existentes attentè hortamur in Domi-
" no; eisdem in virtute sanctæ obedientiæ mandantes; vt ipsi con-
" stitutiones prædictas obseruent, & faciant à suis etiam subditis
" inuiolabiliter obseruari, quacunque consuetudine contraria non
" obstante; si diuinam offensam, & Sedis Apostolicæ debitam vi-
" tare voluerint vltionem. &c. Hactenus Leo Decimus. Cuius cō-
stitutione nil nostro casui congruentius cautum, & decisum
inueniri posset; quæ ipse etiam confirmat constitutione. 11. incip.
Supernæ

Supernæ dispositionis, versic. ipsi verò, dicens post alia. Et cum à
" iure tam diuino, quàm humano laicis potestas nulla in ecclesia-
" sticas personas attributa sit: innouamus omnes, & singulas con-
stitutiones fœlicis recordationis Bonifacij Papæ. viij. etiam præ-
26 decessoris nostri†, quæ incipit Fœlicis, (est cap. 5. de pœnis li. 6.)
" & Clementis V. quæ incipit, si quis suadēte: (est Clementin. 1. de
" pœnis) necnon quascunque alias Apostolicas sanctiones in fauo-
" rē libertatis ecclesiasticæ, & contra eius violatores quomodoli-
bet editas; & pœnis etiā contra talia præsumentes in bulla, quæ
legitur in cœna Domini contentis, in suo robore permansuris.†
27 Imò aduersus eosdem Ducem & Senatū Reipublicæ Venetorū;
eo quod subdelegatum Apostolici Nuncij datū pro quorundam
delictorū punitione impediebant, & cōpulerunt ad comparendū
corā eis. Idem Leo. X. constitutio. 38. incip. honestis petentium
" votis ait. Indecensque, & contra iuris, & sacrorum canonū dis-
" positionem, ac ecclesiasticam libertatem existat, laicos de perso-
" nis, & causis ecclesiasticis se intromittere, nolleque iniunctam à
" nobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententijs per
" eos visis, & examinatis, ac si ipsi in clericos, causasque ecclesiasti-
" cas superioritatem, & iurisdictionem haberent: cum tamen in
" clericos causasque huiusmodi laicis nulla facultas attributa sit,
" quos obsequendi, & exequendi manet necessitas, non auctoritas
" imperandi; propter quod inter Christi fideles non modicum sur
" git scandalum. Nos igitur ne quod ad salutem animarum, & di-
" ctarum causarum faciliorem expeditionem introductum est, in
" damnum, & percellationem conuertatur; & propterea ob diu-
" turnitatem temporis infœlices animæ huiusmodi peccatis ma-
" gis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollendum vos
" prout ante datas dictas literas de iure, & consuetudine seu pri-
" uilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos,
" & sacrilegos, ac à fide apostatantes, prout criminis postulauerit
" qualitas, procedere posse, & debere, auctoritate apostolica, te-
" nore præsentiū decernimus, & declaramus vobis cōmittentes, &
" mandantes, vt eosdem Venetos, & illorum Ducem, ac officiales
" suos, ne ipsi vlterius in huiusmodi causis se intromittant, sed
" quod iniunctas sibi executiones, & fortè iniungendas, postquam
" requisiti fuerint, sine aliqua processuum per dictos Ecclesiasti-
" cos iudices factorum visione examinatione promptè exequatur,

" moneatis, & hortemini. Et si hoc facere neglexerint, vel recusa-
" uerint, vos eos per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris oppor-
" tuna remedia, appellatione postposita, compellatis. &c. Qua
constitutione satis apparet dispositum Venetorum Ducem & Senatum non posse de causis clericorum cognoscere.

28 Estque † in prædictorum confirmationem quod Gelasius Papa in Synodo.8.sub Adriano.2.cap.18.disposuit, vt res vel priui-
" legia quæ Dei Ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, siue à
" Diuæ recordationis Imperatoribus, siue ab alijs Dei cultoribus
" in scriptis donata, & ab eis per annos xxx. possessa sunt, nequa-
" quam à potestate Præsulum eorum quæcunque persona secula-
" ris per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet aufe-
" rat: sed sint omnia in potestate, ac iussu præsulis Ecclesiæ, quæ-
" cunque intra.xxx. annorũ spatia ab Ecclesijs possessa fuisse nos-
" cuntur. Quisquis ergo clericorum, vel secularium contra præsen-
" tem definitionem egerit, tanquam sacrilegus iudicetur, & donec
" se correxerit, & Ecclesiæ propria priuilegia, & res restituerit,
" anathema sit. Quod habetur in.c.placuit. 16.q.4. Et nõ absimi-
29 le est, † quod Pius.4. constitu. 69. de reformatione officij Pænitentiariæ Apostolicæ statuit, Prohibẽdo summo Pœnitentiario,
" ne absolutiones concedat, pro vsurpata iurisdictione, vel violata
" libertate ecclesiastica, etiam in foro conscientiæ, (nisi cum clau-
" sula) satisfacto prius de damnis, & expensis parti læsæ.

30 Quare † Concil. Tridenti. sess. 25. sub decreto de reformatione, cap. 20. innouans præfatas constitutiones, & alia, scilicet Concilij Ticinensis, versic. statuimus, & versic. sancimus. & Con-
" cil. Aquisgranen. cap. 9. & Concilij. Lateran. sub Leone, 10. sess.
" 9. &. 10. statuit. Et Cupiens ecclesiasticam disciplinam in Chri-
" stiano populo non solùm restitui, sed etiam perpetuo sartam, te-
" ctam à quibuscumque impedimentis conseruari; præter ea quæ
" de Ecclesiasticis personis constituit; seculares quoque Principes
" officij sui admonendos esse censuit, confidens eos, vt Catholi-
" cos, quos Deus sanctæ fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit,
" ius suum Ecclesiæ restitui, non tantùm esse concessuros, sed etiam
" subditos suos omnes, ad debitam erga Clerum, Parochos, & su-
" periores ordines reuerentiam reuocaturos, nec permissuros, vt
" officiales, aut inferiores magistratus, Ecclesiæ, & personarum
" Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis

sanctio-

« sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsi-
« deratione, aliqua violent, sed vnà cum ipsis Principibus debi-
« tam sacris summorum Pontificum, & Conciliorum constitutio-
« nibus obseruantiam præstent. Decernit itaque & præcipit, sa-
« cros canones, & Concilia generalia omnia, necnon Apostoli-
« cas sanctiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum, liber-
« tatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia
« præsenti decreto innouat, exactè ab omnibus obseruari de-
« bere. Prætereaque admonet Imperatorem, Reges, Respublicas,
« Principes, & omnes, & singulos, cuiuscunque status, & dig-
« nitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in
« alios potestate sunt ornati, eo sanctius, quæ Ecclesiastici iuris
« sunt, tanquam Dei præcipua, eiusque patrocinio tecta veneren-
« tur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijsve
« Dominis temporalibus, seu magistratibus, maximèque mini-
« stris ipsorum Principum lædi patiantur; sed seuerè in eos, qui
« illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impe-
« diunt, animaduertant: quibus etiam ipsimet exemplo ad pie-
« tatem, religionem, Ecclesiarumque protectionem existant;
« imitantes anteriores optimos, religiosissimosque Principes, qui
« res Ecclesiæ sua in primis auctoritate, ac munificentia auxe-
« runt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoque ea in re
« quisque officium suum sedulò præstet, quo cultus diuinus de-
« uotè exerceri, & Prælati, cæterique clerici in residentijs, & offi-
« cijs suis, quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & ædificatio-
« ne populi permanere valeant. Hactenus Concilium Tridenti-
31 num. † Cuius exempla, quæ in fine imitanda proponit, constant ex cap. Valentinianus. *63*. distinctione, cap. Ecclesiæ in fine. 87. distinctione. cap. Constantinus, & cap. vltimo. *96*. distinct. quasi denotet iniustos esse contraria facientes, & Ecclesijs concessa aboleri curantes, quod calumniæ speciem continere palam
32 est: nam teste Cassiadoro lib. 1. epist. 7. † *Grauissimum est, per calumniam subtrahi, quod collatum est munificentia principali.* Nec solùm in declaratione censurarum monitorium prædictum maximè iuri consonat, sed in alijs sui partibus: nam vltra quod ex dictis statutis ecclesiasticę libertati aduersis, & captura dictorum Scipionis Sarraceni Canonici, & Brando. Abbatis præfati Dux & Senatus excommunicationem ipso iure incurrerunt: potue-

runt excommunicati declarari, vel excommunicari per eundem
33 sanctissimum D.N.Paulum Papam, † virtute constitutionum su
pradictarum,maximè cap.grauem, & cap.nouerint,de sententia
excommunica.In primo enim excommunicantur Pisani Ciues,
& bonis ecclesiasticis priuantur; quia statuta in derogationem
Apostolicæ sedis, & subuersionem ecclesiasticæ libertatis edere
præsumpserunt: vt si quis clericus,vel laicus contra quemcunque
laicum Pisani districtus, ad iudicem ecclesiasticum literas Apostolicas
impetrauerit,in mille solidis condemnetur.In dicto cap. nouerint, anathemate feriuntur, qui seruari faciunt statuta edita, & introductas consuetudines contra Ecclesiæ libertatem; nisi ea de libris (quos Capitularia textus ille vocat) intra duos menses publicationis amoueri fecerint, & tam qui statuta fecerint, quàm scriptores, potestates, consules,ac illi, qui secundum ea statuta iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata præsumpserint. Imo contemptores, si qui fuerint huius constitutionis, bona eorum impunè ab omnibus occupari posse statuit Imperator Federicus. 2. in dicta authent. cassa, & irrita, vbi Albericus ait, eodem die, scilicet coronationis eius, factam fuisse dictam constitutionem ab ipso, & ab Honorio. 3. dictum cap. nouerint, anno. 1220. vt refert & sequitur Rebuf. in commentarijs ad leges Gallicas,titulo,vt laici non conueniantur coram iudicibus ecclesiasticis,num.4. &.5. Lapus allegatione.92. num.7. &.8. Beatus Antoninus tracta.de excommunica. cap.17.nu.6.Rebufus in concordata rubrica de firma & irreuocabili concordatorum stabilitate. glos. verbo & cum omnium. Cæsar de Petrinis in ritibus curiæ Siciliæ,rubrica,clericus citatus debet personaliter comparere, & curia cognoscit de clericatu. Abbas consilio.63.num.1.lib.1. Azeuedo in.l.11.titu.2.lib.1.recop.nu.10. Cosmas Gumier.in pragmatica sanctione, in proœmio. §.cum itaque, glo.libertatis.

34 Nam † nil importaret tot sanctorũ Patrum sanctiones,& Summorum Pontificum constitutiones,& Conciliorum decreta; nisi Summus Pontifex,& alij inferiores Prælati eadẽ exequtioni mandarent, ecclesiasticam immunitatem, & libertatem defendentes, cap.vbi periculum,de electione,lib.6.cap.vnico.§. & quoniã, de statu regularium,eodem lib.l.2.§.post originem.ff.de origine iuris.Lapus dict.n.8.in fine.Quintilia.Mandos.glos.facultat.super.

20. com-

" 20. commiſsione executo.in verbo,parum eſſet. Iuſtinianus no-
" uel. conſtitutio. 161. dicens. Non tantum decenter leges ferre
" ſummo bono eſt; ſed etiam ſancita accuratè cuſtodire, & ad ef-
" fectum deducere;tranſgreſſoreſque competentibus pœnis ſubij-
" cere. Diuus Cyrillus lib. 3. contra Iulianum. Neque naues ad
" ſuum ſcopum ibunt,ſi is qui ſcit dirigere,auferatur:neque ciuitas
" gubernabitur optimis legibus, ſi non præſideant iudices, qui eas
" ad effectum perducant. Simile dixit Ariſtoteles lib. 6. Politico-
" rum.Nil prodeſſe de rebus iuſtis iudicia dare, aut ſententias, niſi
" eſſent qui ea executioni mandarent. Simancas lib. 5. de Rep.c.1.

35 Nec † obſtabit dicere, debuiſſe dictam excommunicationem præcedere correctionem fraternam iuxta proceſſum, & ordinem Euangelicum, qui habetur Matth. cap. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* vt refertur in cap.ſi peccauerit.1.quæſt.1.& in cap.nouit,de iudicijs,vbi Nauarro notabili.4.&.5. Diuus Paulus. 1.ad Theſalonicenſes cap. 5. *Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes.* Anacletus Papa in cap.tam ſacerdotes.24. quæſt.3.cap.ipſa pietas.23.quæſt.4. cap.non putes.23.quæſt.5.

36 Nam † vltra quod certior, & genuinus ac literalis ſenſus dictę authoritatis eſt de propria iniuria in nos cōmiſſa; vt hunc ſenſum faciat, ſi peccauerit cōtra te, ſi te læſerit, aut iniuria, vel contumelia affecerit; aut ſi te in aliquo damnificauerit frater tuus, &c. vt interpretatur ex diuo Luca cap.17.dicente. *Attendite uobis: ſi peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi: & ſi ſepties peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens, Peccaui, pœnitet me: dimitte illi:* nam Chriſtus vbi loquitur de propria iniuria, & glo.ordinaria, tam ibi, quàm in dicto cap.18. Matthæi: hoc ita intelligit, & D.Hieron. Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Rabanus, Theophilactus, D.Baſilius, Gregor. Abulenſis, & alij quos referunt Bernardinus Areualus in tracta.de correctione fraterna, concluſ.2. Simancas de Catholicis inſtitutio. tit. 19. de denunciatione, num. 10. & tribus ſequentibus.

In noſtro caſu non ſolùm Veneti peccarunt in Pontificē Summum, verum etiam in Deum, & ipſius Sponſam, Eccleſiam ſcilicet.
37 † Quare etſi in his quæ tendunt ad animæ proximi ſubleuationē, & vitanda vitia, quilibet debeat promptius auxilium præſtare, vt poſt Ariſt.lib.9. Ethicorum, cap.3.ex Eccleſiaſt.cap.17. Deuterono.22. & D.Paul.1.ad Theſalo. cap.5. Ioann.cap.3.ibi

Non

« Non diligamus verbo,& lingua,sed opere,& veritate,dicto cap.
« tam sacerdotes. 24. q. 3. Diuus Augustinus de verbis Domini,
« sermone.16.dicens. Si neglixeris corrigere, peior effectus es eo
« qui peccauit:& D.Chrysostomus Homilia.2.ad populum Antio-
« chenum dicēs.Quisque proximū corrigat. Bernardinus Areualus
vbi suprà,conclusione.1.

38 Non tamen dissimulandum fuit, † nec parcendum vllo modo
ipsis Venetis in suo peccato Deū tangente:nā vt dicitur.1.Regū.
« c.2.Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus;si autem in
« Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? vbi glossa optimè ait.
« Non eo modo peccatur in virum, quo peccatur in Deum : quia
« peccare in virum,idest contra proximum,leuius est peccatum,&
« venialius: in Deum verò peccare, idest à cultu eius recedere, im-
« pietatis peccatum est,quod difficilius punitur,& tardius remitti-
tur.Hugo de sancto Victore in epistolam ad Corinth. 1.p.q.55.
Areualus dicta conclu.2.sed potuit summus Pontifex, præmissa
tantum Canonica,& Iudiciali monitione,de qua in præfato mo-
nitorio,procedere contra eosdem Ducem,& Senatum,ad decla-
rationem,& impositionem censurarum,& pœnarū in ipso com-
prehensarū;cum ipsorum peccatum publicum,& patens, omni-
busque notorium esset,tam ex statutorū promulgatione,& de-
scriptione eorum,in suis capitularibus facta, quàm ex iniqua ob-
seruatione eorū,& captura dictorū Scipionis Sarraceni,& Bran-
39 dolini Valdemarini.† Quare nō secretò,sed publicè talia debuisse
corrigi,cōstat ex Conci.Coloniensis decreto relato per Areual.
dicta conside.2.fol.38.vbi viri,& pietate ac Doctrina ornati,qui
« in ipso congregati fuere in expositione illius præcepti Exod. 20.
« Deute.cap.5. *Non falsum testimonium dices*, &c. dicunt,Publica pu-
« blicè sunt corrigenda;sed si priuatim in nos peccatū fuerit com-
« missum,modus iudicandi à Christo præscriptus seruandus est. *Si*
« *peccauerit in te frater tuus*, &c. Nam hoc opus est charitatis,quando
fratrem in te peccantem ita corrigis, vt saluetur. D. Augustinus
« dicto sermone.16.de verbis Domini,relatus in dicto.c.si pecca-
« uerit.2,quæst. 1. dicens. Ergo corripienda sunt ipsa coram om-
« nibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa verò corripienda
« sunt secretius,quæ peccantur secretius. Diuus Paulus ita intelli-
« gendus ad Timothe. cap. 5. Peccantes coram omnibus argue;vt
& cæteri timorem habeant. Areualus.vbi sup.conclus. 5. versic.
prima

" prima opinio. S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. in hęc verba: Circa publi-
" cam denuntiationē distinguēdum est; aut enim peccata sunt pu-
" blica, aut sunt occulta: si quidē publica, non est tantùm adhiben-
" dum remediū ei qui peccauit, vt melior fiat: sed etiā alijs, in quo-
" rum notitiam deuenit, vt non scandalizentur; ideo talia sunt pu-
" blicè arguenda secundum illud Apostoli, Peccantem coram om-
" nibus argue, vt ceteri timorem habeant. Si verò peccata sint oc-
" culta, hic videtur habere locum quod Dominus dicit: Si peccaue-
" rit in te frater tuus, &c. quando enim te offendit publicè coram
" alijs, iam non solùm in te peccat, sed in alios quos turbat.

Adhuc tamen summus Pontifex ex summa benignitate fraternè, imò & paternè corrigere voluit eosdem Ducem, & Senatū, antequam deueniret ad Iudicialis ordinis processum contra ip-
" sos; vt ipse testatur in dicto suo monitorio, dicens. Cumque etiā
" Dux & Senatus prædicti post plures paternas nostras monitio-
" nes à multis mensibus citrà eis factas, adhuc decreta, & edicta
" præfata non reuocauerint: ac eosdem Canonicum Sarracenū, &
40 Abbatem Brandolinum carceratos detineant, &c. † Cuius assertioni omnimodam fidem deberi, notissimum est. c. cum à nobis, de testibus. Clem. 1. de probatio. Imola in Clem. Pastoralis, num. 18. de re iudicata. Hippoly. de Marsil. singu. 440. Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. glo. 14. nu. 49. Decius consil. 341. nu. 4. & 6. Bartol. in. l. ambitiosa, num. 28. ff. de decretis ab ordine faciendis. Decisio Pedemonta. 88. num. 26.

41 Et in † hoc videtur imitasse Diuum Gregorium, qui in lib. 4. Registri, cap. 82. contra Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum loquitur, quia sibi nomen præsumpserat vniuersalis Episcopi vsurpare, in iniuriam Apostolicæ Sedis, in hæc verba:
" Et nos quidē in quos talis, tantaq. per ausum nefariū culpa com-
" mittitur, seruamus quod veritas præcipit, dicens. Si peccauerit
" in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solū, &c.
" Ego itaque per responsales meos semel & iterum, & his verbis
" humilibus, hoc quod in tota Ecclesia peccatur corripere studui.
" Nunc per me scribo. Quidquid facere humiliter debui, non om-
" misi. Sed quia in mea correctione despicior, restat, vt Ecclesiam
" debeam adhibere. Hæc ille, qui loquitur de propria iniuria, quæ
" in consequentiam etiam Ecclesiæ facta erat.

42 Ad iustificationem autem dictarū censurarum, † satis est dicta

statuta

statuta peccatum continere mortale ex parte facientiũ, & obseruantium ipsa. cap. nemo. cap. nullus. 11. q. 3. Nauarro cons. 9. incipiente. N. habens dignitatem. n. 1. de senten. excommu. Ioann. à Capistrano in speculo conscientiæ. §. restat vltimum. num. 252.

Et dictos Ducem, & Senatum Venetorum, aliosque culpabiles monitos canonicè esse pro reuocatione dictorum statutorũ; & remissione dictorum Scipionis Canonici, & Brandolini Ab-
43 batis; & noluisse obedire: † nam canonica monitio precedens iustificat prolationem excommunicationis sequentis. Innoc. in cap. mandato. de rescriptis. & in cap. finali, de officio delegati, cap. statutum, de senten. excommu. in. 6. Ioannes de Lignia. in tracta. de censuris ecclesiast. §. 24. nu. 4. B. Antoninus in tracta. de excommuni. cap. 74. nu. 3. Couarru. tomo. 2. in cap. alma mater, de sententia excommu. lib. 6. in priori parte relectionis. §. 9. nu. 4. & 7. Paul. Borgas. in tracta. de irregularitate. 6. parte, quæst. 8. num. 3. & 7. ex cap. omnes decimæ. 17. quæst. 8. cap. de presbyterorum 17. quæst. 3. cap. de illicita. 24. quæst. 3.

44 Quæ † monitio sufficit vt generaliter fiat ad totam communitatem, vel vniuersitatem, si ab ipsa sit factum aliquid peccatum continens. cap. constitutionem, de senten. excommu. lib. 6. Guilhermus Durandi super sexto, constitutione. 1. Concilij Lugdunensis, eodem titulo, num. 18.

Et hoc maximè procedit, quia dicti Dux, & Senatus Republi-
45 cæ Venetorum contumaces semper fuere: † quæ contumacia per se, excommunicationem meretur. cap. nemo. 11. quæst. 3. Borgasius dicta sexta parte, titulo pro quo peccato debeat ferri excõmunicatio, nu. 3. & 6. & titulo, in quo differant excommunicatio maior, & suspensio. n. 3. & titu. in quo conueniant suspensio, & interdictum. n. 10. Barbacia in tracta. de testibus. 3. par. n. 9. Cornel. Beninca. in tracta. de paupertate, speciali. 10. nu. 12. Ioann. de Lignano de censur. ecclesiast. §. 12. nu. 3. Lauren. Syluanus in tractat. de feudi recognitione, quæst. 110. num. 3. Ludouicus Montaltus de reprobatio. senten. Pilati, artic. 3. num. 25.

46 Nam contumacia † sola per se delictum continet, glos. in. l. si filius. ff. de interrogator. actionib. Ioann. Anto. Rub. Alexand. in tractatu de potestate procuratoris, num. 323. Antoni. Nicel. in tracta. de concordia glossarum, num. 53.

47 Et † quandocunque crescit, debet pœna crescere. l. relegati. ff.

de

de pœnis. cap.ſicut,de cohabitatio.clericor. & mulier. Ioann. à Capiſtrano in ſpeculo conſcientiæ.§.reſtat.nu.16.Nicolaus Moronus de fide, tregua,& pace,quæſt.182. nu.6.dicens, quòd vbi eſt maior contumacia,ibi & maior eſt pœna,authen.de exhibẽdis reis.§.ſi vero,collat.5.l.agrorum. C.de omni agro deſerto,li.11.

Quòd autem abſolutio à dicta excommunicatione nequeat ab alio, quàm à Romano Pontifice concedi, iuxta dicti monitorij ſeriem, conſtat ex eo, † quòd regulariter debet quis abſolui
48 ab eo,qui excommunicauit ipſum. Borgaſi.dicta ſexta parte,titulo de abſolutione ab excommunicatione,nu.3.cap.inferior.21. diſtinctio. cap.cum inferior de maio.& obed. Duran.ſuper ſexto in cap.ſciant.10.num.17.de electione.Couar.in dicto cap.alma mater, in priori parte relectionis.§.12. num.2.

49 Et ita excommunicatus à Pontifice,ab inferiori nequit abſolui.cap.nuper.vbi Hoſtienſis,& alii de ſenten.excommu. Borgaſ. dicta.6.parte,titulo de hæreticis,& hæreticorum pœnis,num.8. Villadie.de legato.quæſt.11. num.8.

50 Etſi ſecundum iura,vt monitorium permittit, excommunicati poſsint à quolibet aliàs poteſtatem habente abſolui in mortis articulo,argum. cap.ſi quis ſuadente.17.quæſt.4.cap.non dubiũ, de ſenten.excommu.& cap.de his,eod.titu. Tex in cap.Sanctum eſt,de cõſecra.diſtinct.4.cap.paſtoralis,de officio Ordinarij.cap. parochiano, de ſepulturis. Borgaſius dicto titu. de abſolutione ab excommunicatione,num.7.Couar.vbi proximè.§.11.num.8. Menochius lib.2.de arbitra.Iudicum,caſu.450. num.1.

51 Reincidunt † ipſo facto quòd cõualuerint. cap.quod pro neceſsitate.1.quæſt.1.cap.qui recedunt.16.quæſt.6. cap.de his verò ibidem,argum.l.final. C.qui bonis cedere poſſunt. cap.ex ratione,de appellatio. Borgaſius dicta ſexta parte.§.de abſolutione excommunicatorum ob violentam manuum iniectionem in perſonas eccleſiaſticas, num.13. &.15.

52 Sicut † abſolutus ad reincidentiam, elapſo termino,reincidit in excommunicationem ipſo iure,etiam ſine facto iudicis,vt poſt Decium conſil.145.tomo.1. Nauarro conſil.7.nu.1.de hæreticis. Idem Decius in cap.1. de iudicijs. 2.lectura, colum.4. vbi Ripa. nu.25. Francus in cap. præterea requiſiſti, num.6.de appellatio. Couar. dicto. §.11. nu.6. Antoni.Gomez in explicatione Bullæ cruciatæ, clauſula.10. num.21.

Nam

53 Nam † excõmunicati non debent absolui prius, quàm Ecclesiæ satisfecerint, vt optimè resoluit Simancas de cathol. institu-
54 tio.titu.27.nu.5.nam † peccati venia non datur nisi correcto.regula peccati, de regu.iuris in 6.c.legatur.24.q.2.c. quemadmodum.23.q.7. Abbas in cap. Apostolicæ, notabili.1. de exceptionibus. Bargas.dicto.§.de absolutione ab excommunicatione, nu.1.2.&.6.ponderans optima carmina Francisci Petrarchæ.

Assoluer non si puo chi non si pente,
Et pentir, & uoler insieme puosi
Per la contradittion, che nol consente.

55 Villadiego tracta.de legato.q.13.num.15.† dicens, quòd excommunicatus debet satisfacere de eo, pro quo excommunicatus est. B.Anton.de excommunicatione, cap.47.nu.7.Franciscus de Platea in eodem tractatu.§.59.num.4.&.§.5.num.18. Anto. Rosellus in tract.de indulgentijs, num.49. dicens. quòd satisfactio est pœnitentiæ pars; nec dicitur pœnitere, qui non satisfacit, vt de pœnit.distinctio. 1. cap. tres sunt. cap. non sufficit, &
56 cap.quamobrem. † Et qui non satisfacit cùm potest, non absoluitur à Deo.cap.si res aliqua.13.quæst.6.cap. fine pœnitentia, de consecratio.distinct.4.Idem Rosellus num. 70. &. 73. Nicolaus Moronus de fide tregua & pace, quæst.5. num.15. dicens, quòd
57 venia non est concedenda nisi offenso sit satisfactũ. † Vnde non mirum si deficiente satisfactione, reincidat in excommunicationem absolutus ob mortis articulum ab alio, quàm à Papa. Beatus Antoninus dicto cap.47.nu.3.& tribus seqq. Paulus Roman. in tracta.de pensionib.cap.9.num.30. Nicolaus Ploui. de sacramentis.4.parte, cap.13.num.3.

Nec mirum est, quòd taliter absolutus decedens, ecclesiastica carere sepultura iubeatur, donec mandatis Apostolicis paritum
58 fuerit: † nam inter alias pœnas excommunicatorum ea est, vt in loco sacro non sepeliantur.cap.sicut, de hæreticis. cap. finali, de sepulturis.cap.sanè quod super.24.q.2.Hierony. Gigas de pensionib.q.36.num.9.B.Antoninus dicto tracta.de excommunicatio.c.76.nu.26.Selua de beneficio.3.par.q.4.num.4. Ioann. Dilect.de arte testandi, cautela.7.nu.1.Ioann.Andre. de interdicto Ciuita.nu.45.Petrus Grego.Syntagmat. iuris vniuersi. 1. parte, lib. 2. cap. 13. num. 10. Borgasius dicta. 6. parte. §. de absolutio. mortuorum. num. 3. & de sententia interdicti, num. 39.

Quæ

59 Quę † pœna carēdi ecclesiastica sepultura multum est timē da.argum.l.quòd si nulla.ff.de religios. & sumpt.funerum.Rolan.à Valle consilio.20.num.27.cum seq.volum.3. Paul.Fuscus de visitatio.lib.1.cap.25.num.4.Selua de beneficio. 1. parte.q. 5.num.102. rationes assignans,quare debeant corpora in loco sacro sepeliri.

60 Et † ideo inter præcipuos ecclesiastici interdicti formidandos effectus est ille, quòd laici non debent in Ecclesia tempore interdicti sepeliri;nec in ecclesiastico cœmiterio.cap.vt priuilegia,de priuilegijs. B.Antoninus de interdicto.cap.4.n.26. & seq.Ioann.Andre.eodem tractatu,nu.148.Idem.B.Antoni. de excommunicatio. c.33.n.3.

Quare etiam iustißimè Summus Pontifex in casu quo dicti Dux & Senatus excommunicationis sententiam animo indurato sustinuerint ; potuit omne temporale Dominium ipsorum,loca,ciuitates, terras, & quæuis oppida ecclesiastico su-
61 bijcere interdicto,cum excōmunicationem despexerint:†nam licet finis excommunicationis sit medicinalis,vt si eam excommunicatus non contempserit , sed confusionem suam respiciens,se emendauerit, gratiam consequi mereatur, & absolu-
" tionis beneficiū,vt constat ex D.Paulo.1.ad Timoth.1.Tradi-
" di, inquit, eos Satanæ, vt discant non blasphemare. Et. 1.ad
" Corinth.cap.5.Iudicaui eum tradere Satanę in interitum car
" nis,vt spiritus eius saluus sit in die Domini.cap.audi denique.
" 11.q.3.cap.corripiantur.24.quęst.3.Origines in libro Iudicum,
" dicens,de Ecclesia per sacerdotem pellitur,vt notatus ab om-
" nibus erubescat,& conuerso eueniat ei illud quod sequitur,vt
" spiritus saluus fiat in die Domini. Couar. in dicto cap. alma mater,in prioris partis initio,num.9.

Nec solum respectu excōmunicati medicinalis est,sed respectu reliquorum membrorum Ecclesiæ;idq; ostendit D. Ambros. super psalmum.118. de excommunicatione,ita loquens.
" Rectè ergo & sacerdos vulnus,ne latius serpat,à toto corpo-
" re Ecclesiæ, quasi bonus medicus debet abscindere, & prode-
" re virus criminis,quod latet.Idem libro.2.de officijs, cap.27.
" Cum dolore amputatur,etiam quæ putruit pars corporis, &
" diu tractatur, si potest sanari medicamentis;si non potest,tūc
" à medico bono abscinditur.Sic Episcopi affectus bonus est,vt

R optet

« optet sanare infirmos, serpentia auferre, vlcera adurere, aliquã
« non abscindere: postremò, quod sanari non potest, cum dolo-
« re abscindere. Et Gratianus docuit in dicto cap. corripiantur.
« 24. q. 3. citans D. Augustinum in hæc verba. Pastoris tamen ne
« cessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare
« ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile, ip-
« sa forsitan separatione sanandam. Et ex D. Hieronym. Idem
« Gratianus tradit in cap. resecandæ, ead. causa, & quæstio. ait.
« Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosæ oues à caulis re-
« pellendæ, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, cor
« rumpantur, putrescant, & intereant. Facit lex congruit. ff. de officio Præsidis. Feuardentius super Ruth, cap. 2. sectione. 9. versic. secundo, cap. quia aliquanti, in fine. 82. distinct. Rojas de hæreticis. 2. parte. num. 221. Ripa in tracta. de remedijs ad curandam pestem, num. 3. & seqq. & hoc sentit Poëta dum. 3. lib. Georgicon, circa finem dixit.

Continuò ferro culpam compesce, priusquam
Dura per incautum serpant contagia uulnus.

Et Ouid. lib. 1. Metamorphose.

Cuncta prius tentanda; sed immedicabile uulnus
Ense rescindendum est, ne pars syncera trahatur.

62 Est † etiam pœna excommunicatio, & maior Ecclesiæ; vt ait glo. in dicto cap. corripiantur. 24. q. 3. Borgasius dicto tractatu de irregularitate, sexta parte. §. in quo conueniãt excom-
« municatio, & interdictum. num. 6. Diuus Augustinus tracta. 27.
« ad cap. 6. Ioannis, dicens. Nihil sic debet formidare Christia-
« nus, quàm separari à corpore Christi, si enim separatur à cor-
« pore Christi, non est membrum eius: si non est membrum eius,
« non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem (inquit Aposto. ad Romanos. cap. 8.) spiritum Dei non habet, non est eius, vt refertur in cap. nihil. 11. q. 3. D. Augustinus in episto. ad Vincen
« tium, relatus in cap. quemadmodum. 23. quæst. 7. dicens. Quem-
« admodum membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore,
« nõ potest tenere spiritum vitæ: sic homo, si præciditur de Chri
« sti iusti corpore, nullo modo potest tenere spiritum iustitiæ;
« etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit à corpore. Couar. in dicto. c. alma mater, in initio prioris partis. nu. 1.

63 Et † potissimum inducta ad castigandos contumaces, & inobe-

inobedientes prælatis; subrogata in locum mortis corporalis, quę imponebatur lege Mosayca ijs, qui per contumeliam refragabantur iussis sacerdotis. Deuteronomij. cap. 17. Sicque D. Cyprian. episto. 11. lib. 1. gladium hunc spiritualem, quo quis extra communionem Ecclesiæ eijcitur, subrogatum extimat in locum gladij temporalis, quo occidebantur corpore homines tempore legis Moysis. Petrus Greg. lib. 31. syntagmatum c. 9. n. 4. Stephan. Costa tract. de ludo, artic. 2. principali. n. 37.

† Et ita excommunicatus mortuo æquiparatur, vt ait Ioan.
64 Hugo in tractatu de officio quatuor prælatorum. 1. parte. §. de duplici potestate Papæ, num. 3. Bermon. Chouue. in tracta. de publicis concubinarijs, rubrica de adulterio. nu. 12. † dicens,
65 quòd excommunicatio habet duos principales effectus; vnum eijciendi extra Ecclesiam, alium detinendi extra: quia excommunicatus æquiparatur mortuo, & hęretico secundũ Abb. in cap. 2. de iudicijs.

66 Et † est membrum diaboli. cap. audi denique. 11. q. 3. glo. verbo suspendendum, in cap. dilectis. 55. de appellationib. quia trãsit de familia Dei in familiam Diaboli, vt tradunt Gigas in tracta. de pensionibus, quæstione. 36. nu. 3. Petrus Leuandier. tracta. de priuileg. Doctorum. q. 18. num. 67. & seq. Albericus tracta. de statutis. q. 146. num. 2. & 3.

67 Nam † qui segregantur, & ab ecclesiastico corpore separãtur, diabolus inuadit eos, gratia destitutos inueniens, vt ait Simancas de catholicis institutionibus, titu. 27. num. 2. & constat ex D. Chrysostomo homil. 5. ad Paul. 1. ad Timot. cap. 1. vbi Theophyla. D. Hierony. ad Heliodorum, episto. 1. c. absit. 11. q. 3. Lindanus lib. 4. Panopliæ euangelicæ, cap. 58. Dominicus Sotto in li. 4. Senten. distinctio. 22. confessio Polonica de fide, & symbolo, cap. 31. quare Paul. Diaconus libro. 23. rerum Romanarum refert, quòd Patriarcha Tharasius dixit. Pœna dira est anathema, procul à Regno cœlorum expelli, & à Deo emitti, ducens in tenebras exteriores, tãquam Diaboli seruus. cap. omnis Christianus. 11. q. 3. Borgasius de irregularitate, rubri. an qui semel fuit publicè excommunicatus. nu. 35. in sexta parte tractatus.

68 Nam † excõmunicatio ligat corpus, & animã, dicto. c. absit. cap. audi. & cap. omnis Christianus. Guillerm. Duran. super

ſexto in dicto.cap. præſenti,num.15.de ſenten.excommunica. Borgaſ.dicta.6.parte.quæſt.7. num. 8. & in rubrica de forma abſolutionis,nu.12.Ioannes de Ligniano de cenſura Eccleſia-
69 ſtica.§.9.num.19. † Et aduerſus hæreticum impium Lutherũ eſſe pœnam ſolummodo externam falſò aſſerentem: doctè,& piè reſoluunt Adrian.in.4.ſenten.tracta.de clauibus,cap.3.Albertus Pichius li.5.de Eccleſiaſt.Hierarch.cap.2.Couar.in dicto cap.alma mater in prioris partis initio,num 8.

Quare P.Gregorius dicto libro.31.ſyntagmat. cap.9. nu.7. poſt Angelum in ſumma verbo excommunicatio.7.† ait,quòd
70 excommunicatio maior vnum & viginti mala infert; & inter ipſa,vt priuet excommunicatum communione, Sacramentis, & Eccleſiæ ſuffragijs. cap.omnis,& ſeq.11.q.3. & diuinis officijs.cap.quicunque.11.q.1.cap.nihil.11.q.3.cap. de communione,cum ſeq.24.q.2.& regno cœlorum.c.quod inter,de pœnitent.& remiſsionibus fama.c.infames.6.q.1. & vita æterna. c.
71 nemo Epiſcoporum.11.q.3. c.quodcũque.24.q.1. † Quia etiã bona opera mortificat.cap.ſi quis.24.q.3.cap.quemadmodum
72 24.q.7. † & ſi cõtemnatur inducit æternæ mortis damnationem.cap.notandum.24.queſt.3.Nicolaus Plouius in tracta.de effectib. excommunicatio.num.5. Vnde Diuus Chryſoſtomus homilia.4.ad caput.2.epiſtolæ Pauli ad Hebræos ait.*Nemo contemnat Eccleſiaſtica uincula:non enim homo eſt qui ligat,ſed Christus, qui hanc poteſtatem dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris.* Et refertur in cap. nemo.11.q.3. Couarru. dicto num. 8. vbi proximè Borgaſ.dicta.6.parte.q.9.num.24.Menoch.lib.2.de arbitrar.
73 Iudicum,caſu.416.num.1. &.2.† dicens, quòd excommunicationis pœna non modo grauis,ſed & grauiſsima eſt ijs,qui de religione benè ſentiunt:nam ab Eccleſia, & communi hominum ſocietate excludit,ac ſeparat.cap. ad menſam.11.q.3. Satanæ, & Angelis eius tradit. dicto cap. omnis Chriſtianus. Origines homil.3.ad cap.2. Iudicum, dicens. Non ſolum per
" Apoſtolos ſuos Deus tradidit delinquentes in manus inimi
" corum: ſed & per eos qui Eccleſiæ præſident, & poteſtatem
" habent; non ſolùm ſoluendi,ſed & ligandi. Michaël Agia di-
" cto tracta.de exhiben. auxilijs fundam.8.&.11. Duarenus li.1. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs cap.3.

Quare non eſt mirandũ,ſi aduerſus dictos Ducem & Senatũ Reipu-

Reipublicæ Venetorum excommunicationem non timentes, Ecclesiasticum addatur interdictum, subijciendo ipsi omnem
74 terram eorum; † quia ob Domini temporalis delictum terra ipsius interdicto subijci potest, vt resoluunt Francisc. de Platea in tracta. de excomunicatione. §.37. nu.6. Conradus Brunus in tracta. de hæreticis, lib.5. cap.16. num.12. tex. in cap. non est vobis, de sponsalibus, cap. si sententia, de senten. excommunicatio. in.6. lex. 14. titulo.9. part.1. Couarr. in dicto cap. alma mater. 2. parte relectionis. §.1. nu.4. &. 5. Rebuf. responso.62. in fine, dicens, propter culpam locorum, si fortè locus sit rebellis Papæ, vel ipsius legatum non recipiat, interdicto supponi posse. Pro quo facit cap. miror. 17. q.4. cap.1. de postulā. cap. sanè, de officio delegati. cap. ex rescripto, de iure iurādo. Paul. Borgas. de irregularitate, dicta sexta parte, titulo de sentētia interdicti, num.11. Ioannes Calderinus in tracta. de interdicto ecclesiastico. 1. parte, num.22. Summa Armilla verbo interdictum, num.21. Rebufus in concordata, rubrica de interdictis non leuiter ponendis, versi. non habet. Abb. in cap. sicut, & in fra. n.3. de iure iurando.

75 Et † licet causa proxima immediata, & propinqua ad ponendum Ecclesiasticum interdictum sit excommunicationis contemptus, quæ causa attendenda est, vt argum. cap. de cætero, de homicidio, &. l. socium qui in eo. ff. pro socio. tradit Bartholo. Bellenci. de charitatiuo subsidio. q.25. nu.5.

76 Nulla † alia ex causa (casibus hæresis, & alijs grauibus exceptis) potest iustius imponi, quàm ob facta ecclesiasticę libertati contraria, vti est captura ecclesiasticorum per laicos iudices, & temporales Dominos facta, & ob eorundem ecclesiasticorum detentione in vinculis post requisitionem de ipsis suo iudici remittendis factam. c. decernimus, cap. si iudex laicus, de senten. excommu. lib.6. Tiberius Decianus in tractatu criminal. 1. tomo, lib.4. c.10. num.3. ver. sexto. Bouadilla in Politica, lib.2. cap.17. nu.157.

77 Et ideo † etiam à regularibus obseruari iubetur iustissimè in dicto monitorio, vt etiam dispositum est à Concilio Tridētino sess.25. sub decreto de regularibus, cap.12. in hæc verba. *Censuræ, & interdicta nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinarijs promulgata, mandante Episcopo à Regularibus in eorum Ecclesijs*

publicentur, atq; seruentur. Cuius simile habetur in cap. de his. 12. distinct.

78 Et † excommunicatos, & interdictos excludendos esse ab Ecclesijs, quando in eis diuina celebrantur officia, in casibus à iure permissis, iuri maxime consonum est: nam excommunicati maiori excommunicatione, vel interdicti, aut ab ingressu Ecclesiæ suspensi non debent Ecclesiam intrare. cap. cleros, in fine. 21. distinct. cap. vir cum propria vxore. 32. quæst. 4. Borgas. de irregularitate. 6. parte. q. 26. num. 52. & in dicta rubrica de sententia interdicti, num. 8. & 24. Villadiego de irregularitate, cap. 4. num. 2. Nauarro in manuali cap. 27. num. 166. Paul. Fuscus in tracta. de visitatio. lib. 1. cap. 29. num. 6. & 7. Couarr. in dicto cap. alma mater. 2. p. relectionis. §. 4. à num. 1. & seqq. vbi est tex. apertissimus. ibi. Adijcimus pręterea, quod singulis diebus in Ecclesijs, & monasterijs missę celebrentur, & alia dicātur diuina officia sicut prius, submissa tamen voce, & ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis, & campanis non pulsatis. l. 16. in fine, titulo. 9. partita. 1. Ioann. Calderinus in tract. de interdictis. nu. 61. B. Antoni. eodem tract. cap. 4. num. 5.

79 Et † in tantum procedit, quòd si publicè excommunicatus, vel interdictus propter culpam Ecclesiam intrat, omnes debēt exire, si commodè expelli non potest. cap. omnes qui. 24. quęst. 1. glo. in cap. sicut. 11. q. 3. Nicolaus Plouius in tracta. de interdicto, regula. 49. n. 28. Ioan. Franc. de Plat. tract. de excommu. §. 4. n. 9. 1. par.

Quare apparet grauissimè peccare eosdem Ducem, & Senatum Reipublicę Venetorum qui excommunicati pariter, & interdicti, cum alijs auxiliatoribus, & consiliarijs, ac sui delicti complicibus compellunt coram ipsis missas, & alia diuina offi-

80 cia celebrari: † Nam excommunicati sunt à iure compellentes celebrari in loco interdicto, vel ad audiendum aduocantes excommunicatos, vel interdictos, vel prohibentes ne moniti exeant. Clement. grauis, de senten. excommuni. Franciscus de Platea vbi proximè. §. 6. num. 4. & verbo excommunicatio. 2. num. 1 & 7. Anto. Gomezius in explicatio. bullæ Cruciatæ, in regulis quibusdam in fine positis, reg. 13. & 14. Et ita nouam excommunicationis maioris sententiam incurrunt, absolutione

tione Summo Pontifici reseruata, iuxta dictam Clem. grauis, in fine.

81 † Videntur enim ex eo iurisdictionem Ecclesiasticam impedire, & ipsius effectus tollere, & in nouam excommunicationem ex eadem causa incurrunt. cap. conquæstus, de foro competenti. cap. quoniam, de immunitate ecclesiarum lib. 6. optimè Rebufus. 3. tomo commentar. ad leges Gallicas, tractatu, vt laici non côueniantur coram iudicibus secularibus, num. 8. &. 10. dicens, plures magistratus fuisse depositos, iurisdictionē ecclesiasticam peruertere volentes, sequentes eorum patrem, & Magistrum Petrum de Cunerijs, se defecisse sicut fumus, & aruisse cor eorum, vt dicitur psalmo. 101.

82 † Nam laici nullo modo etiam per sua statuta possunt se intromittere de iurisdictione Ecclesiastica, nec legem ponere ecclesiastico iudici, vt doctè probat Abb. in cap. cum sit Romana, col. 3. num. 11. de Appellationibus, & consil. 71. num. 4. libro. 1. Iasso. in. l. 2. qui pro tribunali, num. 13. ff. de re iudicata.

Similiter etiam iuri maximè est côsona dicti monitorij pœna, quatenus priuat eosdem Ducem, & Senatum, & quemlibet eorum, non solùm Reipublicæ, sed etiam priuato nomine, si aliqua bona Ecclesiastica in feudum, siue aliàs quouis modo, à Romana, siue alijs Ecclesijs obtineant, eisdem bonis, aut feu-

83 dis; † nam statuentes contra libertatem Ecclesiasticam priuātur quocunque feudo ecclesiastico. dicto cap. grauem. 53. de sen

" ten. excommuni. ibi. Cæterum cum ijdem statutarij multa de
" bonis ecclesiasticis tenere dicantur in feudum, ipsos fore ni-
" hilominus priuatos feudis huiusmodi nunciare procures. Anto. de Butrio ibi. num. 14. Ioann. Andreas num. 8. Abbas num. 4. & in simili est bonus tex. in Clem. 1. de pœnis ibi. A feudis
" in super, locationibus officijs, & beneficijs spiritualibus, siue
" temporalibus, quæ ab Ecclesia, cui sic offensus Episcopus
" præest obtinet, cadat hoc ipso, ac ad eandem Ecclesiam
" liberè reuertantur. cap. fœlicis, eodem titulo. in. 6. ibi. Si
" qua verò feuda, locationes, officium, vel beneficium spiritua-
" le, vel temporale ab aliquibus Ecclesijs obtinet, sit eis ipso
" iure priuatus, quæ sic liberè ad Ecclesias reuertantur, quod
" Ecclesiarum Rectores de ipsis pro sua voluntate disponant.

R 4 Alu-

Aluarot.in dicto titulo de statutis, & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ.§.statuimus.1.nu.3.& est celebris constitutio Leonis Decimi,quæ incipit,Inter graues,& est duodecima in ordine suarum constitutionum,in versic. & generaliter,vbi contra inuadentes loca, & oppida Romanę Ecclesiæ, similes, & grauiores pœnas, quàm in nostro monitorio sunt impositæ, Leo Pontifex imponit.

84 Nec mirum hoc esse debet:cum in casu,in quo minor ratio videbatur inesse, idem fit constitutum:† quia etiam priuatur Ecclesiastico feudo qui offendit nedum Papam, verum ipsi cõfederatum Imperatorem.Bal.in.l.1.quæstione.42.ff.de rerum diuisione, quem sequitur Sigismundus Lofredus consil.5.incipi. omissa facti serie, col.8.num.33.& seq.Hieronym.Gigas in tracta.de crimine læsæ Maiestatis,lib.1.quæst.68.num.11.& circa finem eiusdem tractatus,rubrica de pluribus,& varijs quęstionibus,quæst.17. nu.3.

85 Pro † quo facit, quòd vassallus ex forma fidelitatis astringitur,fidem pollicitam consilij,& defensionis rerum,& personæ Domini obseruare;aduersus quam committens feudo priuatur. l.rem non nouam. 12.§. patroni autem. C. de iudicijs. Petrus Gregor.syntagma.iuris vniuersi.3.parte.lib.49.cap.6. num. 13.

86 Et† feudum reuertitur ad Dominum,non ad agnatos, quando vassallus Dominum offendit,cap.1.§.vltimo,quæ fuerit prima causa beneficium amittendi,& cap.1.§.si vassallus culpam, si de feudo defuncti fuerit cõtrouersia in vsibus feudorũ. Menoch.consil.99.num.144 consi.104.nu.32.tomo.1.&consi.226. num.207.& consi.223.n.5.lib.3.

87 Vlterius † quia Rebellis priuatur castro, & alijs quę habet à Domino.l.quisquis.C.ad.l.Iuliam maiestatis,cap.1.quæ fuerit prima causa beneficium amittendi. Menoch.consi.378.nu. 2. volum.4.

88 † Et hoc meretur ingratitudo vassalli, quæ est causa sufficiens amittendi beneficij.cap.de forma.22.q.5.cap.si miles,de feudo sine culpa non amittendi,lib.1.titu.21. §. 1. de vassallo qui contra constitutionem Regis Lotharij,&c. lib.2.titu.38. cap.finali,de capitulis Corradi.lib.2.titu.40. Petrus Gregor. syntagma.libro.6.cap.19.num.3.&.4. & cap.21.num.1.Iulius Clarus

Clarus lib.4.sententia.§.feudum. q.62. & 67.Ioan. Blanc. in epitome feudorum,lib.2.cap.3.nu.3. & seqq.Francis.Curtius de feudis.4.par.num.1.vt enim sapienter dixit Seneca libro.1. de beneficijs. *Inter plurima maximaq; uitia,nullum est frequentius,quã ingrati animi.* Et Quintilia.declamatione.9. *Maximum omnium ui tiorum signum est ingratitudo.*

89 Et † facit.l.1.C.de ingratis libertis,vbi propter in gratitudi
90 nem filius emancipatus reducitur in patriam potestatem:†sic etiam legitimatus reducitur ad illegitimitatem;& exemptus à Principe,vel à communitate,reuocatur ad pristinum statum propter ingratitudinem. Bald.in.l.finali.C.de libertis, & eorum liberis.Guillermus Benedictus verbo,in eodem testamento.n.3.&.4.in cap.Raynuntius,de testamentis.Ludouicus Valle conciuis noster, in suo discursu politico rerum status, ac belli, consideratione sexta:post Liuium libro.9.Histo.Roma.
91 referens,quòd cum † Fabius Maximus Aliphatibus pacem obtulisset,& ipsi non acquieuissent,sed superbirent suauitate Fabij; indignatus ipse exercitum aduersus eos mouit, & cum illicò obtulissent pacem illi,noluit eam acceptare,sed per vim ipsos subiugauit.

Et facit in simili alia resolutio Hieronymi Gigantis in tracta. de crimine læsæ Maiestatis,rubrica de rebellibus.q.7.nu. 1. &.2.vbi post Bald.in cap.sicut,de iure iurando.& Martin.de
92 Laude in tracta. de crimine læsæ Maiestatis. q.51. † resoluit; quòd qui libertatem ab Imperatore recognoscunt,siue ex priuilegio,siue ex patientia,si sint rebelles possunt libertate priuari:idemque esse,si eam à Papa fuerint consequuti,vel ab Ecclesia.argu.l.1.C.vbi senatores vel clarissimi.cap.qui cótra.4. quæstio. 1.

Et in nostris ferè terminis.Restaurus Castall.in tractatu de Imperatore,quæst.55.num.13.resoluit. post Martin.Laudens.
93 dicta.q.si † quod Veneti,vel alij si sint rebelles imperio possunt priuari libertate sua,cum habeant eam vel ex priuilegijs Imperatoris,vel per patientiam eius,vel secundum Bald.in dicto cap.sicut,de iure iurando,fortè habent à Papa, & erit idem si sint rebelles ei,ex ratione Baldi.& argumen.cap.& si Iudæos, de Iudæis:tradit Antonius Corset.in tracta.de potestate Regia.5. & vltima parte, num. 18. Vnde Summus Pontifex non

solùm poteſt Venetos priuare, vt in monitorio priuat, quibuſcunque priuilegijs, & indultis in genere vel in ſpecie, in quibuſdam caſibus, & delictis cõtra clericos procedendi, illorũq; cauſas certa forma præſcripta cognoſcendi, ſed alijs quibuſcunque priuilegijs ab eadem Romana Eccleſia, ſummiſq; Pon-
94 tificibus ſuper alijs rebus cõceſsis; † tanquã ex ſuo grauiſsimo exceſſu, de quo nunc agitur, in omnibus deliquerint, & rei effecti fuerint, iuxta cap. fratres. c. dolendum, de pœniten. diſtinctio. 5. c. defleat, de regulis iuris, in antiquis.

Quòd autem Summus Pontifex legitimus ſit iudex ad decernendum monitorium prædictum, & executioni mandandũ, omni prorſus dubitatione caret; cum agatur de correctione peccati per eoſdem Ducem, & Senatum Venetorum, & ſuos complices commiſſo in ſuarum animarũ ruinam, & plurimo-
95 rum ſcandalum. † Vnde Innocen. 3. in c. nouit, de iudicijs, ait, quòd decernere de peccato, & cenſura aduerſus peccantes ſpectat ad Summum Pontificem, eamque exercere poſſe, & debere in quemlibet. Et in ipſius textus integra id docet clarius, vt
« refert Antonius Contius in hæc verba. Quod enim debeamus
« corripere, & poſsimus, ex vtriuſq; patet pagina teſtamenti; cũ
« clamet Dominus per prophetã Iſaiam. c. 58. Clama ne ceſſes,
« quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcele-
« ra eorum. Et Ezechielis cap. 3. Si dicente me ad impium mor-
« te morieris non anunciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auerta
« tur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua mo-
« rietur; ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Apoſto
« lus quoque. 1. ad Theſal. 5. nos monet corripere inquietos. Et
« 2. ad Timothe. 4. Argue, obſecra in omni patientia, & doctri-
« na. Quòd autem poſsimus, & debeamus coërcere, patet ex eo
« quod dicit Dominus ad prophetam, qui fuit de ſacerdotibus
« Anathot, Hieremię. 1. Ecce conſtitui te ſuper gẽtes, & Regna,
« vt euellas, & deſtruas, & diſsipes, & ædifices, & plantes. Con-
« ſtat verò, quòd euellendum, deſtruendum, & diſsipandum eſt
« omne mortale peccatum. Præterea cum Dominus claues Reg
« ni cœlorum Beato Petro Apoſtolo tradidit, dixit ei Matthæi
« cap. 16. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in
« cœlis; & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum &
« in cœlis. Verùm nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccãs

apud

" apud Deum sit ligatus. Vt ergo Petrus diuinum iudicium
" imitetur, ligare debet in terris, quos ligatos constat in cœlis.
" Hactenus Pontifex.

Vnde Zoanetus in tractatu de Romano imperio, num. 221.
96 † asserit Pontificem Romanum iudicem esse, vbicunque ani-
mæ periculum vertitur. cap. possessor malæ fidei. vbi glo. 1. com
muniter recepta hoc tradit de regulis iuris, in 6. Ioan. Quint.
Hedui. in tractatu de Aristocratia Christianæ Ciuitatis, fol.
94. versic. sed intendimus, cum seqq. c. causam, qui filij sint le-
gitimi.

97 Quia † Papæ omnes sunt animæ à Deo cōmissæ, vt ex Ioan
ne cap. 21. ibi. *Pasce oues meas*, resoluit Ioann. Hugo in tractatu
de officio quatuor prælatorum, in versicu. quòd Papæ sunt om
nes animæ commissæ, num. 1. Abbas in cap. quoniam, num. 1.
&. 5. de constitutionibus, dicens, quòd Papa habet subditas
omnes creaturas, & nemo potest à sua iurisdictione declina-
re. Nam cum sit Dei vicarius, cap. 2. de translatio. Episcopi,
& per Felin. in rubrica de constitutioni. & quilibet sit Deo
subiectus, ita ipsius vicario. Optimè Paris de Puteo in tracta
tu de re militari. §. an prælatus possit prohibere pugnam, nu.
98 2. dicens. † Quòd Ecclesia iudicat laicos in his omnibus, quæ
tangunt conscientiam cap. 1. & 2. de torneamentis, iunctis no-
tatis in cap. 2. de noui operis nunciatione; etiam si Princi-
99 pes sint, & quacunque temporali fungantur potestate: † est
enim Papa constitutus super Reges, & Regna, iuxta illud
Hieremiæ cap. 1. *Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ecce constitui te ho-
die super gentes, & super Regna: ut euellas, & destruas, & disperdas, &
dissipes, & ædifices, & plantes.* cap. solitæ, de maiorita. & obedien.
Bartholomeus de Capua lib. 1. commentariorum ad constitu-
tiones Siciliæ. titu. 9. de his qui in Regno guerram mouerint,
super verbo, pacis cultum, & titulo. 31. de obseruatione iusti-
tiæ, & est bonus tex. pro eo in cap. omnes. 22. distinctio. Ioan-
nes. XXII. in extrauaganti. 1. de consuetudine. Gregor. Lopez
in. l. 4. titu. 5. part. 1. glo. 2. Franciscus Hottomanus disputatio-
ne de feudis, cap. 8. Ioseph. Ste. de adoratione pedum Summi
Pontificis. c. 7. Ioann. Garcia in tracta. de nobilitate glo. 48. §.
3. num. 6. & seqq.

Est

100 † Est etiam Papa super omnes iurisdictiones, dicto cap. so litæ, de maiorita. & obed. Paul. Fuscus de visitatio. lib. 2. cap. 20. nu. 1. & eius potestas etiam maxima est, & suprema, extrauaganti vnam sanctam, de maioritate, & obedien. Idem Paul. Fuscus lib. 1. cap. 2. num. 2. & lib. 2. cap. 1. num. 6. & cap. 4. num. 9. & dicitur Dominus Dominantium. Cassaneus in cathalogo gloriæ mundi. 4. parte, consider. 7. Paulus Fuscus dicto lib. 1.
101 cap. 2. num. 21. † Et dicitur omnium supremum culmen dignitatum, cap. venerabilis, de præbendis. Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in cap. in generali, num. 19. de regulis iuris libro. 6. Petrus Grego. in. 1. parte syntagmat. iuris vniuersi, libro. 15. c. 3. n. 1. 4. 9. & 26. Hierony. Albanus in tract. de potestate Papæ. 1. parte. n. 4.
102 Vnde † Summus Pontifex habet pre alijs maiorem maiestatem, vt ait Hierony. Gigas in tracta. de crimine læsæ Maiestatis, rubri. quotuplex sit maiestas, num. 3. & seqq. quia caput est, & vniuersalis Episcopus orbis, cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. Cataldinus de Boncompag. in tracta. de potestate Papæ, versic. his ita, num. 86. & habet vt prouinciam propriam vniuersum orbem, cap. in nomine Domini. 23. distinctione, cap. sacrosancta, cum seq. 32. distinctio. tex. in. l. nos reddentes. C. de summa Trinitate, & Fide Catholica. Iacobatius in tracta. de concilijs, lib. 1. art. 2. num. 79. & sequenti. Don Gonsalus Põce in libro aduersus Leonarth. Vuaramundum, cap. 3. cap. duo 96. dist. Ioann. Garc. de nobil. glo. 48. §. 3. Et est mundi totius monarcha. Clemẽtina vnica, vbi glossa de hæreticis. Bald. con sil. 333. col. 1. volum. 1. Paul. Castrens. consilio. 66. incip. dubia suprascripta, num. 37. parte. 1. Barbacia in cap. 1. nu. 10. de probationibus. Iacobus Nouellus in tracta. de iure prothomiseos §. 8. &. 9. nu. 37.
103 Vnde † Papæ potestas præeminet Imperatoris potestati. cap. cum ad verum. cap. si imperator. 96. distinctio. dicto cap. solitæ, de maio. & obedien. Martinus Laudensis in tracta. de legitimat. nu. 2. & ita Inno. 3. in cap. venerabilem, de electione, scribit ius eligendi Imperatoris ad Principes Germaniæ, ab Apostolica Sede peruenisse: iusq́. & potestatẽ examinandi personam electam in Regem, & promouendam ad imperium, ad se spectare qui eum iniungit, consecrat, & coronat. Blanchus in epi-

104 in epitome feudorum, libro.1.cap.7.num.16. † dicens. Quòd
" Imperator ex eo colligitur subditus Papę, quia ipsum appro-
" bare, & improbare potest, & de Imperio remouere. Quia Papa potest deponere, tam Imperatorem, quàm Reges. dicto cap. venerabilem, de electione. cap. 2. de re iudicata, libro. 6. Bartolus num. 4. in. l. si imperialis. C. de legibus. Ioannes Monachus in dicto cap. 2. ad apostolicæ, de re iudica. in. 6. num. 9. & in cap. grandi, num. 5. de supplenda negligen. prælato. eodẽ libro. Ioannes Igneus in tracta. an Rex Francię Imperatorem recognoscat, num. 79. Andreas Siculus consil. 1. num. 26. vol. 1. Abbas in cap. sicut, & infra num. 12. de iure iurando. Restaur. Castal. in tracta. de Imperato. q. 81. Arias in tractatu de bello, & eius iustitia, num. 201. Gregor. Lopez in prooemio partitæ. 2. glo. 6. Mar. Anto. Cucus de morator. præsc. nu. 220.

105 Atque † ita Doctores communiter resoluunt, Papam esse iudicem Principum aliàs non recognoscentium superiorem, vt resoluit & probat Felinus in dicto cap. nouit, num. 4. de iudicijs. Guido Papæ in tracta. de appellationibus, num. 7. & 81. tomo. 5. tractatuum. Lælius Iordanus in tracta. de Romanæ Sedis origine, cap. 12. num. 21. Ex quo Bal. in. l. 1. versic. 3. nota. ff. de officio Procurato. Cæsaris, ait; quòd Papa est præcipuus Cæsar. Et in. l. cùm in antiquioribus, col. 7. num. 19. C. de iure deliberandi, dicit: Quòd Papa non est sicut homines terreni; & quòd est Princeps Regum terræ. Gregor. Lopez in dicta l. 4. titu. 5. part. 1. glossa. 2. P. Gregor. libro. 47. syntagma. cap. 4. num. 11.

106 Ideo † in Lateranensi basilica Lotharius Cæsar depictus habetur quasi Vassallus ad Põtificis pedes prostratus, imperij coronam ab ipso accipiens: cuius rei memoria habetur in Chronico Hirsang. in vita Abbatis Hartuingi. & apud Radeuic. lib. 1. num. 9. & 10. Hottomanus vbi proximè, dicto cap. 8. referens ex cap. vnico, ne sede vacante aliquid innouetur.

107 † Papam vacante Imperio Imperatorem esse, & posse Imperium de gente in gẽtem transferre, dicto cap. venerabilem, de electione. De quo extat apud Ioannem Auentinum lib. 6. pagina. 636. Adriani Papæ epistola ad Archiepiscopos Treue-
" riensem, Moguntinum, & Colonienſem, his verbis. Romanum
" Imperium à Græcis translatum est ad Alemannos: vt Rex Theu-

" Theutonicorum non antequam ab Apostolico coronaretur;
" Imperator vocaretur; ante consecrationem Rex; post Imperator. Vnde igitur habet imperium, nisi à nobis? ex electione
" Principum suorum habet nomen Regis; ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris, Augusti, & Cæsaris. Ergo per
" nos imperat. Recolite antiqua. Zacharias promouit Carolū:
" fecit ei nomen grande, vt esset Imperator: & vt posthac perpetuò Rex Theutonicus esset Imperator, & aduocatus Sedis
" Apostolicæ: vt Romano Episcopo Apulia per eum pacata esset subiecta; quæ nostra cum Vrbe Romana est: non Imperatoris Romæ nostra sedes est. Imperatoris est Aquis in Arduenna, quæ est sylua Galliæ. Imperator quod habet, totum habet
" à nobis. Sicut Zacharias trāstulit Imperium à Græcis ad Theutonicos: ita nos possumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in potestate nostra est, vt demus illud cui volumus.
" Propterea constituti à Deo super gentes, & Regna; vt destruamus, & euellamus, & ædificemus, & plantemus. Hactenus
" Adrianus Papa.

Et hæc Summi Pontificis maioritas nullo modo negari potest per Venetos, maximè quoad causam, quæ contra ipsos vertitur, cùm & animarum correctionem respiciat, & res Ecclesiasticas, & spirituales, & Pontificiæ, sedisque Apostolicæ iurisdictionem, & potestatem. Siquidem † Papa supremus iu
108 dex est non solùm in causis fidei, sed in rebus ecclesiasticis, & spiritualibus, & in ordine ad hæc habet superioritatem in omnes, vt ex dicto cap. nouit de iudicijs, cap. per venerabilē, qui filij sint legitimi, c. si duo, c. si Imperator. 96. distinctione. tradunt Inno, & alij in c. 1. de constitutionibus. Hostiens. in summa eiusdem tituli, qui filij sint legitimi. §. qualiter, & à quo. Martianesius consil. 9. num. 5. &. 6. libro. 1. Simancas de catholicis institutionibus, titulo. 45. num. 25. & seqq. Augustin. de Ancon. in libro de Eccles. potesta, q. 1. artic. 1. & quatuor sequentibus, &. q. 45. & sequenti. Fortunius Garsias in tracta. de vltimo fine iuris canonici, & ciuilis, versic. iustitiæ. nu. 385. Cardinalis Iacobatius in tracta. de Concilio, lib. 7. art. 7. n. 50.
109 & 51. † dicentes, Errorem esse nō credere, Romanum Pontificem vniuersalis Ecclesiæ esse pastorem, Petri successorem, & Christi legitimum vicarium; supraq; spiritualia, & temporalia;

lia, vniuersalem non habere potestatem. Nam vt refert Ioannes Monachus in cap. grandi. num. 4. de supplenda negligen. prælato. in. 6. & Nauarro consil. 1. de foro competenti, iurisdictio Ecclesiastica superioritatem habet, tâquam à Christo instituta, & ratione peccati contra laicos exerceri potest, dicto
310 cap. nouit, de iudicijs. † Et quia sicut Domini est terra, & plenitudo eius: sic eius vicarij potestas, non est limitata territorio, vel certis personis; nec est dictum Petro Principi Apostolorum Pasce has oues, vel illas; sed omnes indistinctè. Ioannis cap. vltimo. Paul. Fuscus tracta. de visitatione, lib. 1. cap. 2. num. 2. Et ita non eximuntur magistratus ciuiles, Reges, Imperatores, & omnes temporales Domini. Petrus Gregor. 2. parte syntagmatis libro. 15. cap. 1. nume. 11. 12. & cap. 3. num. 9.

Nec possunt negare Veneti grauissima peccata commisisse, tam in faciendo, quàm obseruando prædicta statuta, & in detinendo dictos canonicum, & Abbatem; ac in despectione cen
311 surarum ecclesiasticarum, authoritatisq; Pontificiæ: † quia grauissimum sacrilegium est immunitates Ecclesiæ violare. cap.
« placuit. 16. q. 4. ibi. Quisquis ergo secularium contra præsen-
« tem definitionem egerit, tanquam sacrilegus iudicetur, & do-
« nec se correxerit, & Ecclesiæ propria priuilegia, seu res resti-
« tuerit, anathema sit. l. placet. vbi Bal. nu. 14. C. de sacrosanctis Ecclesijs.

312 Et simile sacrilegium committunt dispositionem, & Dominationem in rebus Ecclesiæ vsurpantes. cap. nulli liceat. 12. quæst. 2. cap. 25. si quis. 16. q. 7. cap. sacrilegium. 17. quæst. 4. vel qui Ecclesiasticos insequuntur. cap. sicut, eadem causa & quæstione.

Nec ex eo quod ab Imperio se iactêt liberos & exemptos,
313 possunt dicti Veneti à Deo, & eius Vicario eximi; † nam nulla consuetudo valet quantocunqua tempore obtenta, vt quis non sit Papæ subiectus: quia nemo potest præscribere contra potestatem Papę secundum Innocentium in cap. bonæ, el. 2. de postulatio. prælatorum, & in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutionib. Abb. in cap. quoniam. 13. num. 1. eod. titulo. etsi contra Imperatorem præscribi posit, secûdum eosdem. Abb. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Nec decuisset vllo

vllo modo, Summum, & sanctissimum Pontificem sub dissimulatione transire per facta tam illicita dictorum Ducis, & Senatus Reipublicæ Venetorum ipsos impunitos relinquendo, ac prauum exemplum in Ecclesia Dei, ad ipsius opprobriũ

114 permittendo: † Nam vt ait Ludouicus Valle vbi supra, consideratione. 12. contra libertatem Ecclesiæ nullus potest inire pacta, nec violare ecclesiastica priuilegia, nec dissimulatione paruipendere. l. priuilegia. C. de sacrosanct. Eccles. nec friuolas excusationes, & subterfugia Venetorum audire: nam vt
" Demosthenes ait in oratione aduersus Midiam. Rei, & sontis
" est, præsentem iudicij modum quominus pœnas det detre-
" ctando dictitare, eum fuisse modum vsurpãdum qui nullus est.
" At sapientes iudices decet, & hæc non audire, & quemcun-
" que petulanter delinquentem deprehenderint supplicio coer-
" cere.

115 † Multa enim mala oriuntur ex impunitate teste Liuio libro. 8. Decadis primæ, & Demosthene vbi proximè dicente,
" Quòd est maxima peccandi illecebra impunitas. B. Augustinus
" sermone. 15. de verbis Domini, dicens. Si seueritas disciplinæ
" dormiat, repressa disciplina, sæuit impunita nequitia. D. Ber-
" nard. lib. 3. de consid. ad Eugenium. Impunitas incuriæ sobo-
" les, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nu-
" trix. Diuus Chrysostomus in sermone de Absalon. Semper sce
" lera dum non resecantur, increscunt; & in augmenta facinorũ
" prosilitur, quoties secura impunitate peccatur. Simancas lib.
9. de Republica, cap. 22. num. 14. & seqq. Ciceroq; in oratione
" pro Milone ait. Magna est illecebra peccãdi impunitatis spes.
" Et lib. 3. officiorum. Quotus quisque reperitur, qui impunita-
" te postposita, abstinere possit iniuria? impunitas enim est ma-
" xima peccandi illecebra. Anto. Massa. ad formam Cameralis
obligationis, titulo reliqua de processu, num. 17.

116 Quare † Leo Papa. 1. episto. 3. Aquilejensi Episcopo, dicens: Quòd inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides negligentesq; Rectores; qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. cap. 2. distinctio. 86.

117 Et † quia veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi, cap. vt clericorum, de vita & honestate clericorum, cap. 33. est iniu-

iniusta.23.quæst.4. Paulus Grilland. lib.5.de relaxatione carceratorum. cap.de pœnarum compositio. num.10. Ioann. Neuisanis lib.1. Syluæ nuptialis, num.101.in fine.

218 Nec † pati debet impunitum relinqui factũ, quod iura noluerunt esse permissum, vt Casiado.ait lib.4.variarum, Epist.10.in « fine. Ne scelerati valeant ad illusionem iustitiæ fraudum suarũ « compendia vendicare. Nimis enim absurdum est, vt quos pœna meruit consumere, etiam sibi valeant lucrum vendicare. teste eodem Casiadoro lib.2. Epist.10. quia Veneti talia statuta facientes, omnem statum ecclesiasticum, nituntur in nihilum reducere voluisse, & in Ecclesia confusionem generari: nam vt idem Cas-« siadoro dixit Episto.33. lib.5. confundi sine dubio desiderauer-« runt omnia, qui tentarunt legibus inimica, & ideo melius esse, « vt paucorum damno, malorum corrigatur intentio. Cicero lib. « 3.actione.2. in C.Verrem, vtilius asserit, vnius improbi suppli-« cio multorum improbitatem coërcere, quàm dum paucis scele-« ratis parcitur, boni omnes perditum eant, vt ait Salust. de coniura. Catilinæ. Redin. in tractatu de maiestate Principis, verbo ad Clementiam pronum.

219 Cum † enim vni indulgetur indigno, plurimi ad prolapsionis contagium prouocantur. dicto cap.est iniusta, in fine. 23.quæst.4. Abbas in cap.nouit, num.35.de iudiciis.

220 Quare † nulli peccatori impunitas relaxanda est. cap.duo ista. 23.quæst.4.cap.super eo, de hæreticis, lib.6. Couarru.lib.2.varia. « cap.9. nu.2. dicens post Arnobium lib.7.aduersus gentes, quòd « crescit multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur.

221 Quia † malo exemplo multos in casum trahunt prædicti Veneti. Semper enim mala exempla nocẽt; & ad malos mores prouocant alios, vt ait Concilium Tridenti. sessio.24. de reformat. gen.cap.8. Gabriel Prat. lib.4. calamita. nostri tempo. fol.171.

222 Paul. Fuscus lib.1. de visitatione, cap.3. num.13. † Vnde nihil pessimi exempli faciendum, nec permittendum est. argum. l.exemplo. C.de probationibus, cum similibus. Cepola consilio criminali. 26. numero. 11. † imò grauius puniri. l. omne deli-

223 ctum. §. in acie. ff. de re militari. maximè quando exemplum præstantis maiestas malitiæ ipsius incrementum præstat: nam vt dixit Petrarcha libro. 1. de prospera fortuna, Dialogo. 40. « Omne malum exemplum, tunc fit pessimum, quando illi, vel

" auctorum pondus, adiungitur, vel annorum: est enim fallax esca vulgi, quod plebeia ingenia exemplo, magis quàm ratione capiantur. Vnde prudenter Paul. Aemilius in vita D. Ludouici, folio. 151. non pie formabitur cæterorum pectus, nisi sanctitate imbutis magistris morum: ijsque qui vitæ mortalium præsunt. Non parebunt ex animo alij legibus, lege soluentibus alios ijs qui leges moderantur, seque legum immunes volunt, in animis tenuiorum regendis, exemplo magnorum, Antistitumque potius quàm imperio est opus.

124 Quare † Diuus Thomas. 1. 2. quæst. 73. arti. vlti. quem refert, & sequitur Tiraquel. in tracta. de pœnis temperandis, causa. 31. nu. 20. quatuor de causis augetur dignitate crimen. Primũ propter specialem repugnantiam actus peccati, aut magnitudinem: veluti si Princeps iustitiam violet, qui ponitur iustitiæ custos: & si Sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. de quo vltimo. glo. ver bo, vel ordine, in cap. qui viderit. 32. quæst. 5. Itẽ propter exemplum, siue scandalum: quia vt Gregorius ait in Pastorali. in exem plum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. Ad plurium autem notitiam veniunt peccata magnorum, & magis homines indignè ferũt. Tertio propter ingratitudinem. Quia omne bonum, quo quis magnificatur, est Dei beneficium, cum homo sit ingratus peccando. & quantum ad hoc quælibet maioritas, etiam in temporalibus bonis peccatum aggrauat. Secundum illud Sapient. 6. Potentes potenter tormenta patientur. Quarto, quia facilius possunt resistere peccato maiores, vt qui excedunt scientia, & virtute. Simanc. de cath. inst. titu. 23. num. 12.

125 Vnde † vel vitandi exempli causa conuenientissimũ fuit, Summum Pontificem Catholicæ Ecclesię pastorẽ medicas manus adhibere sine aliqua dilatione, ad vulnera huius Reipublicę Venetę, vt tollerentur dicta statuta; & libertas ac immunitas ecclesiastica in suo robore seruaretur: nam vt Demosthenes dixit in oratione " aduersus Aristocratem. Si nemo esset alius istius exemplo neglecta vtilitate vestra scripturus, minus fortasse graue foret, nunc quia tales non pauci sunt. Vestri officij non est decretum istud tolerare, quis enim non securo animo denuo scribet? si hoc fuerit absolutum, quis non approbabit, quis verò accusabit?

126 Vnde † Paulus Aemilius in vita Caroli Pulchri scitè dixit. Humi-

" Humilium supplicia necessaria esse vbi res postulet: sed de nobili-
" bus sontibus illustres pœnas propalam sumptas, oculos ani-
" mosque mortalium magis mouere, splendioreque exemplo af-
" ficere. Magnorum virorum peccata vulgo proposita esse ad imi-
" tandum: & vt publico fœdere, communique causa, idem cæte-
" ris, quod illis ius, fasque videri. Necesse igitur, & monumenta
" plectendorum scelerum, terroresque in clarissimis ceruicibus sta-
" tui: vt quod vindicatum in summis sit, id in se dissimulatum mi-
" nimè iri vulgus sentiat: & qui metus malis sit, bonis, salutique
" publicæ sit fiducia: quibus duabus rebus communis vita con-
" stet.

127 Quo tendit † celebris illa Diui Chrysostomi sentia lib. 3. de
" Sacerdotio, dum ait. Vulgarium hominum delicta velut in te-
" nebris commissa auctores suos solos perdunt. Cæterum homi-
" nis illustris, & vulgo cogniti delictum commune omnibus dam-
num affert. Simancas libro. 6. de Republica, cap. 18. num. 5.
& Summus noster Pontifex imitatus est prudentissimum Con-
silium Ciceronis, oratione Philippica. 9. in curanda Republica
" Veneta. inquit enim: In corpore si quid eiusmodi est, quod re-
" liquo corpori noceat, vri, aut secari patimur, vt membrorum ali-
" quod potius, quàm totum corpus intereat; sic in Reipublicæ
" corpore, vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum ampute-
" tur: & hoc non conuenit differri, nec per dissimulationem par-
128 uipendi: † quia in morbis nihil magis periculosum est, quàm im-
matura medicina, vt ait Seneca in libro vnico, de consolatione,
ad Elbiam, cap. 1. Iustus Lipsius lib. 4. politicorum, cap. 3. vnde:
Poeta Ouid. dixit.

Principijs obsta: sero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

Cuius meminit glos. verbo, ceteri in cap. ad audientiam. 11. de re-
scriptis. Ioannes Neuicanis lib. 4. Syluæ nuptialis verbo, est no-
bendum, num. 51. & 58.

129 Nec hoc † solū procedit in corporis morbis, sed in animis ma-
le affectis, quibus aliquando indulgētiæ gratia, maiora discrimina
operatur: vt enim docuit omnis prudentiæ Magister Polybius
" lib. 1. historia. Animis interdum morbi, ac tabes accidunt, vt nul-
" lum ex reliquis animalibus homine atrocius, atque efferacius
" fiat: cui si interdum veniam, aut impunitatem concesseris, aut

" aliter benignitate eum fueris prosecutus, id omne dolum, frau-
" demque existimans deterior fit; & ergà beneficum longè ma-
" gis infidus: si verò te contra opposueris, nihil est adeò durum,
" crudele, nefarium, quod non facile aggrediatur: laudem si-
" bi eam temeritatem existimans, donec ad extremum omnino
" efferatus animus humanam naturam exuit. Quarum rerum ini-
" tium, ac sanè maiorem partem mali mores afferunt, & depra-
" uata à teneris annis educatio. Additamenta multa sunt; sed in
" primis auaritia Ducum, atque crudelitas: hæc enim fortassis cau-
" sæ sunt infirmitatis Venetæ Reipublicæ, & cadentis ipsius recti
130 Aristocratici regiminis: nam † etsi Aristocraticum regimen
naturale sit, & monarchico æquiparetur: corrumpitur quan-
do sapientes ex continua administratione Reipublicæ diuites ef-
fecti, voluptatibus vacantes, iudicium peruertunt, & pauperes
opprimunt, vt ait Cardinal. Iacobatius in tracta. de concilio, lib.
6. art. 2. nu. 3. Aristote. lib. 3. politicorum, cap. 5. Aymarus Riual.
in historia iuris ciuilis, lib. 3. nu. 1. Polybius lib. 6. versic. vbi verò
Regnum. Patricius lib. 1. de Regno. titu. 1. & .4. Cermenatus in
131 rapsodia, cap. 5. Biesius lib. 1. de Republica, cap. 5. † & tunc fit
transitus in Olygarchiam, vt constat ex Aristote. dicto lib. 3. cap.
7. Hermogene in compendio Rhetorices, cap. de politijs. Siman-
cas lib. 2. de Republica, cap. 3. nu. 4. & 5. Oldendorpius tracta. de
verborum significatione, verbo Politia. Bouadilla plures allegās
lib. 1. Politicorum, cap. 1. nu. 13. Conradus Brunus tracta. de se-
ditiosis, lib. 3. cap. 7. num. 15. & duobus sequentibus.

Quòd autem non debuerit Summus Pontifex dissimulare, nec
conniuere sine graui sua culpa omissionis, quòd dicta statuta ob-
seruarentur, & dictus Scipio Sarracenus Canonicus, & Brando-
linus Abbas detinerentur, cōstat, quia esset particeps errorū, &
iniustitiarum dictorum Ducis, & Senatus Reipublicæ Venetorū;
& fortassè, imò absque dubio, Dei indignationem in semetipsum
concitaret; & iustitiæ præsumptionem, illicitis eorum factis acco
132 modaret. † Erroribus enim consentit, qui non resistit. cap. error,
133 & cap. consentire. 83. dist. Iuli. Ferre. tract. de duello, nu. 40. † Et
faceret cōtra charitatē, secundū quā debemus erroribus obuiare.
134 c. proximos de pœnit. dist. 2. Et † qui patitur quod poterat prohi
bere, id ipsū videtur facere, vt notat glo. in l. adigere. ff. de iure pa
tronatus, per illū tex. vbi adigere libertam iure iurādo ne nubat,

intel-

intelligitur etiam is, qui eam iurare patitur. Et l. quid ergo. § certè, vers. certè. ff. de his qui notantur infamia, vbi qui filium, vel filiam prostituere patitur, ipse quodammodo fecisse videtur, vbi glos. idem notat, concordantes adducens, & est bonus tex. in l. penultima. C. de canone largitio. lib. 10. vbi pari pœna punitur officialis, qui non prohibet illicitas exactiones, & sic in omittendo delinquit, atque is qui eas facit, & notat ibi Bald. ad hoc est etiam textus in cap. sicut dignum. §. illi etiam de homicidio. vbi qui potuit à morte hominem liberare, & non fecit, illum occidit. Andreas Tiraquel. de pœnis temperan. causa. 44. num. 13. Vnde Salomon Prouerbio. 24. dicit. *Eripe eum, qui ducitur ad mortem.* Diuus Ambrosius lib. 1. de officijs, cap. 36. relatus in cap. 7. non
" inferenda. 23. quæst. 3. dicens. Non inferenda, sed in depellenda
" iniuria lex virtutis est: qui enim non repellit à socio iniuriam,
135. si potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit. † Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus, est tentamenta imbecillis fortitudinis: nam cum vidisset Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem defendit, ita vt Aegyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Exodi cap. 2. Damasus Papa Epistol. 3. ad Stephanum, relatus in cap. qui potest, eadem causa, & quæstio-
" ne, ait. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non
" facit, nihil est aliud, quàm fauere impietati eorum. Nec ca-
" ret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit
" obuiare. cap. finali ibidem, & in cap. præterea. 23. quæstione
" 8. dicitur. Qui crimina quæ potest emendare non corrigit, ipse
" committit. Agapetus in libello admonitorio, quem ad Iustinia-
" num Imperatorem scripsit, dicit. Iuxta peccare, & peccantes
" non cohibere, æstima: & inde Seneca tragœdiographus in Troade actu. 2. Scena. 2. ait.

Qui non uetat peccare, cùm possit, iubet.

136. Vnde † Plutarchus in apophthegmat. Laconicis refert Lacedæmoniorum legibus qui se præsente delinquentem non obiurgasset, simili castigationi obnoxius erat ac ipse delinquens. Et Plato
" in suis legibus, ad finem lib. 9. æquè puniri vult, qui aliorum in-
" iurias, cum prohibere posset, non prohibet, ac is qui fecit. Tiraq.
" vbi proximè, num. 14. cap. qui consentit. 11. quæst. 3. vbi suo erro-
" re polluitur, qui consentit alieno.

137. Quare vt Cassiodorus ait lib. 2. variarum, Episto. 36. † cauen-

S 3. dum.

138 dum est, ne transeat in vsum, quod constat esse prohibitū: † quia error cui non resistitur pro veritate reputatur. cap. error. 83. distinctione. Cardinal. Iacobatius tracta. de concilio, lib. 4. artic. 4. num. 175. & lib. 9. arti. 12. num. 136. Guillerm. Durandi in tract. de generali concilio. 2. parte, rubrica. 57. num. 3. Ioann. Neuicanis libro. 4. Syluæ nuptialis super verbo est nubendum, num. 125.

139 Pro quibus † facit D. Gregor. in Regest. lib. 2. Episto. 27. relatus in cap. si ea. 50. 23. quæstione. 4. dicens. Si ea de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus, ad irascendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. Nonne Achor filius Zare præterijt mandatum Domini, & super omnem populum Israëliticum ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo; atque vtinam solus perijsset in scelere suo: de quo habetur Iosue cap. 22. Et facit in idem bonus tex. in cap. 2. de hæreticis, vbi dicitur, quòd qui alios cum potest ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. Iacobatius dicto num. 136. cap. dilecto de sentent. excommunicat. in. 6. Hoc idem disertè probat Stephanus Papa. V. in cap. loci nostri. 35. quæstione. 9. dicens. Loci nostri consideratio nos admonet rationis authoritate, quę à prædecessoribus nostris vtiliter decisa fuerint roborare; & quæ à temerarijs præsumpta fuerint in promptu nihilominus vlcisci. Reum quippe ante conspectum Diuini iudicis se nouerit esse, qui nititur vtiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippe vigoris ordo confunditur, si aut temerè illicita præsumantur, aut non concessa impunè tenentur. Proinde si negligenter ea, quæ mala vsurpantur omittimus, excessus viam proculdubio alijs aperimus. Vnde Statius Papinius lib. 5. Syluarum, Sylua. 2. protrepticon ad Crispinum, ait,

——— Mortalia quisquis
Pectora sero uidet: nec primo in limine sistit
Conatus scelerum, atque animos infanda parantes
Excitat illa die saeuo.

Decentíssimum enim fuit, Sūmum Pōtificem in causa tam graui, & magna, vniuersalem Ecclesiam tangente, magno animo sua Pontificia authoritate vti contra eosdem Ducem, & Senatum

140 Venetorum. † Nam vt ait Seneca lib. 10. Epist. 72. Magno animo de

" de rebus magnis iudicandum est, alioqui videbitur illarũ vitium
" esse, quod nostrum est: sic quædam rectissima, cum in aquam de-
" missa sunt, speciem curui, prefractiq. visentibus reddunt. Ludouic.
141 Valle. vbi sup. conside. 21. Nec † pati vt in Ecclesia Dei, factiones, & diuisiones vnitatis eius inducerentur in perniciem animarum: nam sicut Domini vestimentum scissum non fuit. Psalmo 21. Matthæi cap. 27. Ioannnis cap. 19. ita nec Ecclesia Dei scindi debet. cap. sicut. 16. quæst. 7. Cataldinus in tracta. de celebratio. Concilij Basileæ, in præludio. nu. 1. & 2. Ioann. Salisberiensis in Policrati. lib. 8. cap. 23. dicens. Non enim conuenit, vt di-
" uidatur vnitas, integritas scindatur, sinceritas corrumpatur,
" maculetur & sanctitas, mundi nouum iudicium celebretur; &
" Princeps eius qui in passione Christi eiectus est, rediens scan-
" dala spargat. Quod quantum timeri debeat docet tex. in cap.
" quicunque. 11. quæstione. 1. dicens. Quicunque ab vnitate fi-
" dei, vel societatis Petri Apostoli quolibet modo semetipsos se-
" gregauerunt, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam
" possunt Regni cœlestis ingredi. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 3. cap. 37.

142 Quod autem † Veneti in hoc grauissimè peccent, & Ecclesiæ vnitatem dissoluere nitantur patet: quia de censuris ecclesiasticis, & de ipsarum validitate, temerè ausi sunt iudicare, cẽsores se facientes Pontificiæ potestatis supremæ: quod quantũ sacris canonibus, & Concilijs aduersetur, satis ostendit sacrũ Concil. Tridẽti. session. 25. sub decreto de reformatio. ibi. *Ne fas autem sit seculari cuilibet magistratui prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet; aut mandare, ut latam excommunicationem reuocet; cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.* Cap. rogo cum seqq. 11. q. 3. cap. nulli. cap. cum desideres. cap. concubinæ, de sententia excommunicationis. Greg. XIII. in Bulla cœnæ, num. 15.

143 Nec † ad subditos spectat examinare, aut decidere quid Papa potest, aut quid non potest, quo ve modo debet ipsi obediri, aut quo non: quia est species sacrilegij, hoc in disputationem adducere. cap. si quis suadente, versic. licet. 17. quæst. 4. dicens. *Similiter de iudicio Summi Pontificis alicui disputare non licet.* Et Nicolaus Papa. I. ad Michaëlem Imperatorem scribens, dicit. *Nemini est, de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare, permissum.* Iacobus Menochius consil. 208. numer. 38. & consil. 250.

S 4 num.

146 Et ita † non potest interrogari Papæ aliquid facienti, cur ita facit, vt ex dicto cap. in memoriam. 19. distinctione tradunt Antonius de Butrio in cap. 2. num. 60. de translatione prælatorum. Franciscus de Curte inter consilia Martianensij, consil. 10. num. 6. Michaël de Aninio in tractatu de vnitate ouilis, & pastoris. cap. 23. num. 7. Bonagui. de Aretio. tracta. de dispensatio. versicul. attendens, num. 85. Redoanus de simonia mentali. 2. parte. cap. 19. num. 9.

147 Vnde † Tex. in allegato cap. inferior. 21. distinctione ait, ex Isaia propheta, cap. 10. *Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur?* Concluditq. Textus, non posse quenquam qui minoris authoritatis est, eum qui maioris potestatis est, iudicijs suis addicere, aut proprijs diffini-
148 tionibus subiugare. † Et quia ouile non debet pascere, sed pasci, nec occupare officium pastoris. cap. pro humani, de homicidio in. 6. cap. in Sancta. 2. quæst. 7. Cardinalis Iacobatius in tracta. de concilio, lib. 6. artic. 4. nu. 46.

149 Quare † Franciscus Vargas dicta confirmatione. 13. hæc præcipuè vera, & attendenda esse asserit in hac temporum calamitate, quibus hæretici summa imis confundere nituntur, nullum non mouentes lapidem, vt Romanum Pontificem, & Apostolicam Sedem euertant; Occeanum illud de causa præsumenda, vel non præsumenda, mouentes, in quo DD. diuersimode se habent, vt est videre per eos in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus, & alij quorum meminit idem Fran. Vargas & tutior est obedientia. cap. quid culpatur. 23. q. 1. glo. verbo. formidat. in cap. nerui. 13. distinct. cap. quid ergo. 11. q. 3. dicens. Quid ergo mirum si peccator homo obedientiæ in præsentis vitæ breuitate se subijcit, quando hanc mediator Dei & hominum tenuit, & tenendā præcepit, & cum obedientes remunerant non relinquit. Sciendum tamen est, nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam bonum debet quod agitur intermitti, &c. nam secus facta non aliò tendunt, quàm vt monarchico Ecclesiæ regimine inuoluto, membra à capite facillimè discederent, con-
150 tra cap. cum non liceat de præscriptionibus, † & eidem rebellarent, in interitum salutis suæ, de cuius necessitate obediendum est ei, vti Bonifacius. 8. ait in Extrauaganti vnam sanctam, de maiorita, & obedientia. & Greg. Pontifex in cap. si qui sunt. 81. di-

ſtinctione, dicens. *Peccatũ ariolan di, eſt non obedire, & ſcelus idololatriæ non acquieſcere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quiſquis, dum Christianum ſe eſſe aſſerit, ſed Apoſtolicæ non obedire contendit.* Et conſonãt plura alia iura. cap. hoc veſtrę. 11. diſtinctio. cap. præceptis, diſtin. 12. cap. non decet, eadem diſtinctione. cap. omnes. 22. diſtinctio. capite Sacerdotes. 2. q. 7. dicens. Sacerdotes, & reliqui Eccleſiæ miniſtri, omneſque plebes, Epiſcopos ſuos diligere debent, & eorum præceptis obedire; etiam ſi ipſi aliter (quod abſit) quàm debent agant; niſi in fide errauerint. Tex. in cap. obedientiam. 93. diſt. cap. ſcire debes. 7. quæſt. 1. cap. ſciendum. 8. quæſtione. 1. Tex. in cap. per principalem. 9. quæſt. 3. cap. ſi quis dogmata. 22. quæſt. 2. cap. hæc eſt fides. 24. quæſt. 1. Vnde D. Cyrillus in libro Theſauri meritò adnotandus, ait. Vt nos membra maneamus in capite noſtro, Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quærere, quid credere, & quid tenere debeamus ipſum venerantes, ipſum rogantes pro omnibus; quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, & loco illius ligare, qui ipſum ædificauit, & nulli alij, quod ſuum eſt, plenum, ſed ipſi ſoli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi, tanquam ipſi Domino Ieſu Chriſto obediunt. Hæc ille. Cuius etiam meminit, Diuus Thomas, tractatu contra errores Græcorum, & tractatu contra impugnantes religionem, cap. 3. in fine. Vargas, vbi proximè.

151 Facit † in confirmationem, quòd nemo detrahere poteſt Pontificiæ poteſtati, vt ait Hieronymus Albanus tracta. de poteſtate Papæ. 1. parte, num. 123. & 2. parte. num. 237. & 249. Lælius Iordanus in tracta. de Romanæ Sedis origine, cap. 12. num. 23. dicens. Poteſtati non eſſe reſiſtendum, nec de dignitate Eccleſiaſtica iudicandum: hi enim qui talia faciunt præ ambitione, & ſuperbia Pontifici ſummo non obedientes, Luciferani appellari merentur: de quibus Diuus Iſidorus lib. 8. etymologiarum, cap. 5. & habetur in cap. quidam. §. Luciferani. 24. quæſt. 3. quaſi tentantes cœlum conſcendere, & ſuper aſtra Dei ſuum ipſorum efferre ſolium, & ad infinitam veluti nubium altitudinem confidere, ſimileſque ac pares altiſsimo fieri, vt colligitur ex dicto. §. & ex Iſaia. cap. 14. † qui merito etiam acephali merentur opprobrioſè vocari, vt ſunt plures canones. 12. diſtinctione.
152

ctione, cap. contra morem distinctione. 100. cap. alienus, 25. quæst. 1. cap. 1. distinctione. 22. cap. qui cathedram. 93. distinct. Gaspar de Perusio de reseruatio. beneficiorum, verbo de reseruatione, nu. 9. & 10.

153 Opus † enim est, vt Sanctam Romanam Ecclesiam, & per consequens Summum Pontificem superponat quilibet capiti suo, si vult videre scalam Iacob, & Angelos descendentes, & ascendentes in cœlum, & Dominum innixum scalæ, & dicere hic non est aliud nisi domus Dei, & Porta Cœli. Genesis cap. 28. Michaël de Aninio in tractatu de vnitate ouilis, & pastoris, cap. 29. num. 9.

154 Nam qui † Apostolicæ Sedis honori, & authoritati derogare præsumunt, incurrunt pœnam maledictionis, qua Chanaan patris sui derisor fuit prostratus Genesis cap. 9. Vnde Diuus Augu-
" stinus ibi ait. Nihil ita Deo placet sicut obedientia; Cham ideo
" maledictus fuit, & post multa secula manet, quia Patri non est
" obsequutus. Cæterum Sem, qui obsequutus est patri benedictio-
" nem habuit in omnia secula. Hoc quare dico? vt obedientiam
" exhibeamus patribus nostris. Qui patribus non obsequitur, Deo non obsequitur. Hæc ille. Cuius meminit Cardinal. Turrecrema. in summa de Ecclesia, lib. 1. cap. 37.

155 Et si † lumen eius qui maledicit patri, aut matri, vt Salomon scribit Prouerbiorum cap. 20. in medijs tenebris extinguetur; quem errorem, quas illis tenebras fore arbitrabimur, qui probris, & maledictis insurgere non formidarunt, aduersus Eccle-
156 siam, † quæ pia mater est ratione principij, institutionis, & prælationis. cap. quamuis. 21. distinct. & ratione baptismi, per quem in ea renascimur. capite qui abstulit. 12. quæst. 2. Paulus Fuscus lib. 1. de visitatione. cap. 16. num. 5. & lib. 2. cap. 32. num. 10. Rolan. à Valle. tracta. de confect. inuentarij, verbo, homo magnæ
157 sanctimoniæ, num. 10. & sequentibus: vel aduersus Papam † qui pater est vniuersalis. Imperator autem, & cæteri Principes temporales filij. cap. si imperator. 96. distinctio. Ioannes Igneus in tractatu an Rex Franciæ, num. 60. Rebuf. in proœmio concordatorum pag. mihi. 34. Cassiado. lib. 11. variarum epistola. 2.
" Ioanni Papæ dicens. Vos enim speculatores Christiano popu-
" lo præsidetis: vos patris nomine vniuersa diligitis: securitas
" ergo plebis ad vestram respicit famam, cui diuinitus est commissa custo-

« custodia, & quem apud nos Deus obtinere voluit, locum, vim, &
« auctoritatem suam.
158 Non† mirum si diras imprecationes incurrant, de quibus Deu-
« teronomij cap. 17. Maledictus qui inhonorat patrem, & Thobiæ
« cap. 13. Maledicti erunt, qui contempserint te: & condemnati
« erunt omnes qui blasphemauerint te; benedictiq. erunt qui ædi-
« ficauerint te: nam benedicti erunt omnes qui Ecclesiã suscipiunt,
« & eius præpositum Pontificem maximum venerantur: nam sicut
« qui Thesaurizat, vt ait Ecclesiasticus cap. 3. ita qui honorificat
« matrem suam; & qui timet Dominum honorat parentes, & quasi
« Dominis seruiet eis qui se genuerunt: ab istis enim benedictio, &
« maledictio; cum suis precibus nobis Deum concilient; & impre-
« cationibus auertant. Benedictio enim Patris firmat domos filio-
« rum; maledictio autem matris eradicat fundamenta, vt merito
« Esaias contemnentibus Ecclesiam metum incutere volens cap.
« 60. dixerit. Gens, & Regnum quod non seruierit tibi, peribit; &
« gentes solitudine vastabuntur. Quem locum D. Hieronymus de
« apostolica dignitate interpretatus, ait: Gentes, & Reges earum
« qui seruire Ecclesiæ noluerint bonam, & vtilem seruitutem, vt
« in Apostolicam transferatur dignitatem, peribunt ea perditione,
« quæ impijs præparata est. Et quicquid in eis fuerit, redigetur
« in solitudinem; quia habere noluerunt hospitem Deum. Ioseph.
Stephan. de adoratio. pedum summi Pontificis. cap. 7.

Et hæc reuerẽtia & obedientia debet præstari Apostolico pa-
renti, non solùm in mandatis tam iustis, & rationi consonis ab
eius sanctitate emissis; verum in alijs, quorum non esset talis,
159 tamq. perspicua iustificatio. Id enim disertè ostendit † Agellius
lib. 2. noctium Atticarum, cap. 7. eam proponens quæstionem;
« quando sit parenti parendum, & ait. Si rectè imperat, non quia
« imperat parendum, sed quoniam id fieri ius est, faciendum est: sed
« ea quæ obsequi non oportet, leniter & verecundè, ac sine dete-
« statione nimia, sine opprobratione acerba reprehensionis decli-
« nanda sensim & relinquenda magis quàm respuenda: in his au-
« tem quæ sua vi recta aut honesta sunt, vt fidem colere, ea fieri
« oportet, siue imperet pater, siue non imperet. Quæ vero in medio
« sunt, & à Græcis indifferentia appellantur, patri parendum esse
Agellius concludit: quod confirmat prudentissima sententia De-
160 mosthenis oratione. 3. de Lycurgi liberis, dum in fine ait. † Ea
debet.

" debet esse liberorum erga parentes conditio, vt quam æquissimos experiri optet, sed qualescunque fuerint ferat æquo animo: ita enim vinci præclarum est; & à prudentibus victoria conueniens existimatur. Optimè Tiraquel. de pœn. temp. causa. 34. num. 2.

161 Et † indignissima res est, quòd Veneti qui aliàs filij amantissimi erant Sanctę Romanæ Ecclesiæ, & Summorum Pontificum, à quibus specialibus fauoribus, & honoribus fuerunt semper affecti, & prosequuti: quique gratitudinis ergò Ecclesiam ipsam defensarunt, & defensuri erant aduersus talia admittentes, & perpetrantes, ipsi sui immemores, ac degeneres eadem efficere

162 non sint veriti: hæc enim causa fuit, † vt Iulius Cæsar Suetonio teste in ipsius vita cap. 82. cùm videret Brutum, quem filij loco habuerat, in necem eius irruentem, exclamaret dicens græcis verbis. Et tu fili! quasi miratus, quod ille quem filij loco habebat, eius amoris oblitus aduersus eum coniurasset, & irrueret. Vnde " Cassiado. lib. 4. variarũ cap. 27. ait. Detestabilis quidem est omnis " iniuria, & quidquid contra leges admittitur, iusta execratione " damnatur, sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, vnde credebantur auxilia prouenire. Et lib. " 9. cap. 2. quanto grauius plectendus est; si ille cui delegatur auxilium, probetur inferre detrimentum.

163 Et † quia si temporum memoriam repetimus, ex historijs constat tempore Sebastiani Ciani Ducis quadragesimi primi Venetorum, qui electus fuit anno Domini. 1170. Alexander Tertius Romanus Pontifex secretò Venetias iuit, timore Federici Imperatoris Aenobarbæ nuncupati; qui cum exercitu Romam occupauerat: contra quē pro Pontifice, & Romana Ecclesia, sedeq. Apostolica & ipsius libertate strenuè bellarunt Veneti, & classicam Victoriam obtinuerunt capto Otthone filio Federici prædicti Imperatoris; ita vt ex hoc pax fuerit sequuta. Et Alexander Summus Pontifex multa priuilegia Venetis, vt constat ex eodem Platina in vita Alexandri. 3. Albertus Crantzius in historia Saxoniæ, libro. 6. cap. 37. Beatus Antoninus. 2. parte histo. titulo. 17. cap. 1. §. 10. Sabellicus lib. 7. decadis primæ rerum Venetarum. Petrus Mexia in vita eiusdem Federici, cap. 3. & Paulus Iouius lib. 1. de viris Illustribus in elogio Frederici primi. Ioannes Nauclerus Chronographiæ. 2. parte, generatione

40. Pineda libro. 20. Monarchiæ ecclesiasticæ, capite. 30. §. 15. Iulius Ferretus libro. 12. de re nauali, num. 70. Raphaël Volaterranus libro. 22. antropologiæ, pagina mihi. 663. Thomas Facellus de rebus siculis, decade posteriori, libro. 7. cap. 5. Pandulphus
164 Colenucius in histo. Regni Neapoli. lib. 3. vt † ita meruerit dicta Respublica de religione & iustitia, & legum obseruantia laudari, appellarique decus, & ornamentum Christianitatis, vt per Hierouy. Gigantem in tracta. de crimine læsæ Maiestatis, quæstione. 61. num. 4. 5. & sequenti.

Vnde Dux & Senatus qui nunc eidem Reipublicæ præsunt erubescere debebant, ac præ rubore confundi; qui cum maiores suos imitari deberent in obseruanda, & colenda Pontificia maiestate, ac libertate Ecclesiastica, nedum conseruanda, sed acriter defendenda; eandem sint ausi temerè violare, & pro viribus im-
165 pugnare. † Et quia acerbũ nimis est nostris temporibus antiquorum facta decrescere, vt dixit Cassiodorus lib. 2. variarum epist. 35. & ipsos Venetos sibi ipsis dissimiles fieri, vt ait Idẽ Cassiad. lib. 6. variarum formulã. 3. præfecti præto. Ioann. Bodinus lib. 6. de Republica, cap. vltimo.

Debuissent enim aduertere, quot crimina admisserint aduersus Ecclesiam rebellantes: incurrunt enim læsæ maiestatis crimen,
166 pro eo quòd vniuersalis Ecclesiæ Principem, & Rectorem, † atque in eo Regem Regum, & Dominum Dominantium, cuius vicarius est, inhonorant, eius primatui resistentes. Cum Dominus dicat Lucæ cap. 10. *Qui vos contemnit me contemnit.* Ioannes Salisberiensis lib. 5. in policraticum, cap. 5. Ioanees de Roa in apologia de iuribus Principalibus defendendis, & iuste moderandis, quæst. 2. num. 4. Card. TurreCremata libro. 3. summæ de Ecclesia, cap. 37. Albertus Brunus in tractatu de seditiosis, cap. 5. nu.
167 21. † dicens. Rebelles esse contra Deum eos, qui Romanæ Ecclesiæ primatum audent negare, vel qui dignitatem, honorem, vitã, membra Pontificis lædunt: aut quid aliud faciunt, quo Sancta Romana Ecclesia, vel qui illi præest Romanus Pontifex, iniuriã, aut damnum in persona, vel rebus accipiant, vt ait Idem Albertus Brunus vbi proximè, nu. 28.
167 Incurrunt † etiam scælus schismatis, Ecclesiarum omnium fundamentum deferentes. Nam vt Beatus Cyprianus ait in cap. qui cathedram, distinctio. 93. Qui cathedram super qua Ecclesia funda-

" fundata est, deserit, in Ecclesia se esse non confidat. Cardin. Turre Cremata vbi proximè. Albertus Brunus dicto cap. 5. num. " 4. & 10. dicens. Quòd in Ecclesiæ vnitate non manet, nisi qui " Romanæ Ecclesiæ, & eius capiti Pontifici obtemperat Roma- " no: nam si humano more illos vereri solemus, quorum iudi- " cio nunc erigi, nunc deprimi possumus; & in primis sacerdo- " tes, quibus, tametsi malis & sacrilegis, honorem exhiben- " dum Christus & verbo docuit, & re ipsa exhibuit. Matthæi " cap. 8. cap. nonne. 1. quæstione. 1. quanto magis omnes reue- " reri debent eum sacerdotem, cui omnium animarum cura à Christo commissa est? dicente Petro. *Pasce oues meas.* Matthæi cap. 16. Et qui ligare, & soluere animas in cœlo, & terra potest, iuxta verbum Domini, eodem capite. *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cœlis. Et quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis.* Antonius Rosell. de indulgentijs, num. 60.

168 Nec liberi † sunt ab hæresis labe: imò eam incurrunt, quippe apostolicæ Sedis priuilegia violare præsumunt, vt enim ait Nicolaus Papa in cap. omnes. 22. distinctione. Qui Romanæ Ec- " clesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite " traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labi- " tur; fidem quidem violat, qui aduersus illam agit, quæ mater " est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesijs prætulisse cognoscit. Ioannes à Capistrano in tractatu de auctoritate Papæ, parte. 1. 2. partis principalis, num. 5. Turre Cremata dicto cap. 37. versiculo quarto. Et Idem Ioann. à Capistrano in speculo conscientiæ, num. 133. allegans. cap. violatores canonum. 25. quæstione. 1. cap. si quis dogmata. 25. quæst. 2. Idem allegato tracta. de auctoritate Papæ. 3. parte. 2. partis principalis. num. 41. & 46. & 87. Hieronym. Albanus tracta. de potestate Papæ. 1. parte, num. 123. Zanchinus Hugo. in tracta. de hæreticis, cap. 2. num. 16. Et ita hac etiam de causa excommunicati sunt dicti Dux, & Senatus Venetorum cap. nulli fas. 19. distinct. Ioan. Fran. de Platea in tractatu de excommunicatione. §. 4. num. 1.

169 Quare Cardina. Turre Cremata vbi proximè, versicul. quinto † ait. quòd inobedientes Papæ excluduntur à Regno cœlesti. Quoniam, vt patres Concilij occidentalis scripsere in quadā epistola

ftola ad Papam Adrianum, quæ lecta fuit in octaua Synodo.
« Nemo fidelium iniuriam Beati Petri principatus impunè prorrumpit; in cuius videlicet contumeliam, vt Sanctus Bonifacius Papa fcribit; quifquis infurgit, habitator cœleftium non poterit effe Regnorum. Tibi inquit, dabo claues regni cœlorum, in quod nullus abfque gratia ianitoris introibit. Cardinal. Iacobatius in tractatu de concilio lib. 10. articulo 1. num. 47. & verficul. in contrarium num. 88. Platin. in Bonifa. 3.

170 Quare † contumacibus, & rebellibus Ecclefiæ, ac Pontifici inobedientibus, aut excommunicatis nil poteft euenire fœliciter. Teftis eft Polydo. Virgilius libro. 15. hiftoriæ Angliæ, in vita « Regis Ioannis dicens. Ex huiufmodi rerum euentis difcant Chriftianę religionis homines illud Pfalm. 1. prou. cap. 9. carmen, apud omnes prouerbiale, longè verifsimum effe: Initium fapientiæ, timor Domini: hoc eft, fapientiæ eft timere Deum: quando qui contra agunt; eos dubio procul cita manet pœna. Porrò ne longe exempla quæramus, creditum eft, Otthonem Imperatorem, Ferdinandum Flandriæ, Reginaldum Bononiæ, & Gulielmum Sarisberienfem Comites apud Bouinum pontem eò infeliciter dimicaffe, quod ab Innocentio Pontifice iam pridem vt Dei, ac legum nihil metuentes, impij iudicati, & ex Chriftianorum cœtu eiecti fuiffent: fed & ipfe Ioannes in primis documento eft, qui ob iram Dei, cuius religionem non magni omnino faciebat, & durifsimam vitam vixit, & mifertimam mortem obijt. Albertus Crantzius in libro. 7. hiftoriæ Saxoniæ. cap. 35. vbi ea Regis Francorum Philippi ad fuos verba « refert. Ottho contumax Ecclefiæ iram Dei fupra fe meritò contremifcit: nos etfi peccatores, Ecclefiæ tamen paremus: Quo circa auxilium eius ab alto bene fperantes præftolamur: in cuius nomine prodeat Diui Dionyfij fœlix fignum: vbi cum Otthonem, & eius affeclas victos, & contritos retuliffet, concludit dicens. Otthoni hoc contigiffe infortunatum bellum, quis non videt, ob contumaciam in Romanam Ecclefiam? Comes Flandriæ tum captus. xij. continuos annos egit in carcere; cum interim Ioanna coniux prudentifsimè Flandriam adminiftraret; effecitque poftremum, vt maritum poft multa eductum vinculis reciperet in terram. Ottho autem Imperator

in

" in Saxoniam reuersus, sibi sæpe indignatus, quòd consiliũ sum
" pserit oppugnandæ Romanæ Ecclesiæ. Paulus Aemilius in vita eiusdem Philippi Augusti, vbi à versiculo antequam totam narrationem belli contexens, ea verba ad suos fecisse refert.
" Bono fortiq; animo simus; integri ab omni dedecore, numen-
" que piè ac fidem colentes pugnabimus aduersus hostem, iu-
" dicio sacræ Ecclesiæ damnatum, & grege piorum ob scelera
" motum. Ioannes Pineda libro. 21. Monarchiæ Ecclesiasticæ, cap. 25. §. 2. & sequenti. vsque ad finem capitis, & aliquid Pandulphus Colenutius libro. 4. & Onuphius Panuinus libro. 3. Romanorum Principum, in Otthone. 4. pagina mihi. 207.

171 Nec mirandum est, † quòd excommunicatis infeliciter omnia succedant: nam vt D. Chrysostomus, & Theophyla. in explicatione epistolæ Pauli ad Titum cap. 3. quos refert Siman-
" cas de catholicis institutionibus, titulo. 27. num. 2. Qui contu-
" max erat, & minus obediẽs, extra Ecclesiam emittebatur, eij-
" ciebaturq́. à cętero grege; & nudus mox, & desertus lupis de-
" debatur in prædam. Nam quemadmodum olim nubes tabernaculum obducebat, Exodi cap. 40. Numero. cap. 9. & 16. sic Christi Ecclesiam Spiritus sanctus. Conrradus Brunus tracta. de hæreticis, cap. 4. num. 4. Quicunque ergo ex Ecclesia fuerit eiectus, & Spiritu sancto priuatus, erit hic miser perfacilis in capturam: tantique est ab aliorum consortio, & communione repelli istiusmodi censura, quòd mox Deus & peccatis obnoxios, castigandi gratia morbis afficit, & malis vrgebit. Ribadeneyra libro. 1. de Principe Christ. cap. 32.

172 Nec hoc † ab ipsis Venetis malo suo expertum obliuisci debuerant: cum Clemens. 5. cognita ipsorum contumacia, & regnãdi cupiditate, eis anathemate notatis sacra interdixit, pro seruisq́. direptis eorum bonis, vbicunque locorum reperirentur, haberi iussit. Quam ob rem gens ipsa mercaturæ admodum dedita, & in Anglia, & in Gallia maxima incommoda perpessa est, vt ait Platina in vita eiusdem Clementis quinti,
173 & Xisti quarti, † ac Iulij secundi; vbi authoritatem, & ciuitates, & oppida sui temporalis dominij amisisse refert, quoties ab Ecclesia excommunicati fuerunt; & ipsius mandatis distu-

lerunt obedire. Ioannes Pineda libro.25.Monarchiæ Ecclesiasticæ, cap.11. §.4.

Neque obstabit dicere præfata statuta fecisse ob suam tuedam libertatem,& conseruandum statum, & potestatem temporalem ipsis à Deo tributam. † Quia non possunt libertatis temporalis prætextu, aduersus Deum, & Ecclesiam,ac Summum Pontificem,conscienciarum libertati vti:cum etiam Reges Dei serui sint. Dauid Psalm.118.quia seruus tuus ego sum, & Psalmo.131.propter Dauid seruum tuum, & psalmo. 101. & Reges vt seruiant Domino. Et quia vt D. Paul.ait.1.ad Corinthios,cap.7. Qui in Domino vocatus est seruus libertus est Domini:similiter qui liber vocatus est,seruus est Christi:quare B. Ambrosius lib. 1. de sancto Iob,& vita beata cap. 3. inquit. Seruire iustitiæ libertas est. Qui enim vocatus est in Domino seruus,libertus est Domini: Similiter qui liber vocatus est,seruus est Christi. Vtraque conditio optima est sub Christo,quo & preciosa seruitus,& gloriosa libertas:preciosa seruitus quasi tanti sanguinis precio comparata:gloriosa autem libertas, quam nulla seruitus culpæ,nulla peccatorum vincula constringunt;nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia degeneris nexui seruitutis addicāt:disce humilitatem ô homo, Apostolicum cognosce; magisterij seruum te dicis, libertus es; si liberum te iactas seruus es. Nam & ille qui quasi seruus libertus est, libertatem habet, & iste qui quasi liber vocatus est,bonum est illi vt seruum Christi se esse cognoscat, sub quo seruitus tuta est,& libertas secura. Quis quasi idiota Paulum vel in ipso iure asserit? scimus enim discernere inter libertum & liberum,& ideo non perfunctoriè,sed propriè dixit.Qui enim vocatus est in Domino seruus libertus est Domini, similiter qui liber vocatus est seruus est Christi. Re vera enim omnes Christi liberti sumus,nemo liber;omnes enim in seruitute generati. Quid seruili conditione arrogantiam libertatis assumis? Quid titulos nobilitatis vsurpas seruilis hæreditas? Nescis quod te Adæ,& Euæ culpa mancipauerit seruituti? Nescis quòd redemerit te Christus,& etiam emerit? Nō auro, non argento redempti estis de vana vestra conditione, sed precioso sanguine agni. Clamant Apostolus Petrus.1.canonica.cap.1.Paul.1.ad Timoth.cap.2. Vnus enim Deus,vnus & me-

" & mediator Dei, & hominum Christus Iesus, qui dedit redem
" ptionem semetipsum pro nobis. Et ad Romanos, cap. 3. per
" redemptionem quæ est in Iesu Christo. Et ad Ephes. cap. 1. in
" quo habemus redemptionem per sanguinem eius. Et 1. Corin
" thio. cap. 6. empti enim estis precio magno. & cap. 7. precio
" empti estis, &c. Ergo redemptus à Domino es, seruus es, qui
" creatus es, seruus es, qui redemptus es, & quasi Domino ser-
" uitutem debes, & quasi Redemptori. Nec inferiorem putes li
" bertinitatem sub Christo, quam libertatem esse ad dignita-
" tem æqualis, ad tuitionem præstantior est, ad gratiam par, ad-
" uersus lapsum cautior; ita libertatem accepisti, vt meminisse
" manumissoris tui debeas, vt patrono tuo noueris legitimum
" obsequium deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas:
" quid te beatius, qui cum Domino regnas, sub patrono militas.

175 Hactenus Ambros. Imò † seculares, & temporales Principes duplicis seruitij sunt Deo debitores; vno in quantum homines viuendo fideliter; & vt Reges leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti rigore sanciendo vt. 4. Regum, cap. 18. sic seruiuit Ezechias, lucos, & templa idolorum, & illa excelsa quæ contra præcepta Dei fuerant constructa destruendo. 4. Regum, cap. 22. sic seruiuit Iosias talia ipse faciendo. Ionæ. 3. sicut etiam seruiuit Rex Niniuitarum, vniuersam ciuitatem ad placandum Dominum compellendo. Sic etiam fecit Darius Esdræ. 1. capite. 6. Et seruiuit Nabuchdonosor, idolum frangendum in potestatem Danieli dando; & inimicos eius leonibus mittendo; & subditos eius à blasphemando Deo acriter prohibendo. Danielis cap. 3. Conrrad. Brunus in tractatu de hæreticis, libro. 4. cap. 14. num. 3. & 4. Anto. Corsetus in tracta. de potestate Règia. 4. parte. quæst. 51. num. 17. allegans bonum tex. in cap. si Ecclesia. 23. quæstio. 4. vbi glossa finalis colligit, quòd aliud facit quis in eo quod Rex, & aliud in eo quod homo, & allegat pro eo cap. quod sicut, de electio. in fine. l. 3. §. item aduersus. ff. quod quisque iuris. l. 1. ff. quando appellandum sit. Vnde Psalmo. 2. his verbis admonentur.

" Et nunc Reges intelligite, erudimi-
" ni, qui iudicatis terram: seruite Domino in timore, &
" exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne
" quando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta: nam

verum Regnare est, seruire Deo; & è contra, non regnat, sed seruit qui malus est. Diuus Augustinus lib. 4. de Ciuita. Dei.

176 Si † politicorum regulas attēdimus, status ratio dupliciter accipitur, teste Girelamo Frachetta discursu primo post ideā status: prima est prudentia ciuilis, quæ non seiungitur à socie
177 tate virtutum moralium: † quia prudentia præit, & ducit ad rectè faciendum, vt ait Plato in Menone; & sine prudentia nō potest fieri, vt quisquam verè probus sit, vt Aristoteles dixit. 6. libro. Ethico. cap. 5. & retulit Lipsius lib. 1. ciuilis doctrinæ, " cap. 7. Idem Aristo. lib. 3. politicor. cap. 3. dicens; quòd virtu- " tum sola prudentia est proprior obtinentis imperium; quia " cæteræ necessariò communes esse videntur imperantibus, cum " ijs, quibus imperatur. Et Plato in Alcibiade perspicuum esse " dixit, & apud Deum, & apud homines sanæ mentis iustitiam, " & prudentiam præcipuè honorari: prudentes autem, iustique " sunt, qui sciunt quæ erga Deum, & homines agere, atque di- " cere deceat. Quare Diuus Chrysostomus in Psalmo. 13. dixit. " Prudentiam esse lucernam animæ, cogitationum Reginam, " magistram eorum quæ bona sunt, & honesta. Idem Diuus li- " bro. 3. de sacerdotio, dicens. Si quis magnam perpetua vita re- " ligionem, pietatemque præstiterit, ne hunc quidem adlegere " statim audeam, nisi magnam etiam animi prudentiam religio " ne huiusmodi coniunctam habeat. Et clarius sermone. 15. in " epistolam ad Ephesios, asserens. Nihil ad rerum administra- " tionem ita necessarium esse, & accomodum, ac prudentia. Et " Isidorus lib. 2. de summo bono, cap. 1. dicens. Quòd iudex sine " iustitia, nec vlla iustitia sine prudentia esse potest. Quod etiam Beatus Ambrosius tenuit libro. 1. officiorum, cap. 27. " dicens. Non potest iustitia sine prudentia esse: cùm examinare " quid iustum, quidve iniustum sit, non mediocris prudētiæ sit. Diuus Basilius Magnus in constitutio. monast. cap. 25. dicens. " In omni quæ suscipitur actione, antecedere prudentia debet: " nam prudentia remota, nihil cuiusuis generis est, quod, licet " bonum videatur non in vitium recidat. Et melius idem sanctus oratione. 20. diffiniens veram prudentiam, quæ nihil aliud est, quàm rerum faciendarū, omittēdarumque cognitio; quam qui sequitur nullo tēpore à virtutis operibus deflectet; nec vnquā praui-

prauitatis ſpiculo configetur. Franciſcus Patricius lib. 6. de regno titulo.8. Simancas libro.5.de republica,cap. 10. Petrus
178 Grego.etiam lib. 10.de republica,cap.4.num.3.&.4.† Et hæc ciuilis ſiue politica prudentia, eſt norma vera gubernationis: quia ſemper virtuti,& religioni adiungitur:& ita accepta diffinitur, vt ſit quædam notitia, & electio earum rerum,quæ in ſtatu debent fugi,vel deſiderari: quia politico,& iuſtitiæ cultori viro ſcopus,& finis proponitur; vt communem vtilitatē procuret. Nam duo ſunt fundamenta iuſtitiæ: primum ne cui noceatur: ſecundum vt commune vtilitati ſeruiatur, vt ait Cicero.1.lib.officior.dicens etiam,quòd officia iuſtitiæ pertinēt ad hominum vtilitatem, qua nihil homini debet eſſe antiquius. Quare Plato lib.5.politicorum ſcribit. Iuſtitia bonum
179 alienum eſt. † ita vt ſubditus commodo proprio ſpreto,magiſtratus,& Principis vtilitatem ſequatur; & verſa vice magiſtratus,aut Princeps verus,nō quod ſibi expedit,ſed quod ſubditis vtile eſt quęrere,& propemodum captare debeat.Petrus Faber in.l.1.ff.de iuſtitia,& iure,verſic.quo autem,dicens. Ex eo politicum quemlibet iuſtitiæ beneficio, & idoneum imperio,& alijs hominibus principaliter ac pręcipue vtilem,& ſibi quoq; per conſequentias fieri, vt apud Xenophontem lib. 4. de dictis,& factis Socratis clarè habetur; & ex Diogene tradit Ioann.Stobæus ſermo.9.& Platon.in dialogo de iuſto ſiue de Republica.

180 Verum † hæc prudentia ciuilis ita regulari,ac moderari debet,vt ad recta, & licita omnes ſuas dirigat actiones, & conſilia:quia vt ait Macrob.lib.1. in ſomnium Scipionis.Propriū requiſitum politicæ prudentiæ ad rationis normam, quæ cogitat quæq; agit,vniuerſa dirigere,ac nihil præter rectum velle, vel facere. Patricius dicto titulo.8.dicens.Prudentis viri officium eſt quæcūque cogitat,aut agit,recta quadam ratione metiri,nihil præter rectum agere,aut vlla ex parte optare humanas actiones; putare ſemper diuinis arbitris præſentibus agi, diuiniſq; conſilijs gubernari.

Quare Diuus Hieronymus ſuper Oſeam ait. Eſtote pruden-
181 tes,ſicut ſerpentes:† quia prudentia abſque bonitate malitia eſt. D.Auguſtinus de Ciuitate Dei, relatus in cap.qui ſine ſaluatore.26. quæſtio. 3. dicens. Qui ſine ſaluatore ſalutem vult

" habere, & fine vera sapientia æstimat se prudentem fieri pos-
" se: non sanus, sed æger, non prudens, sed stultus in ægritudine
" assidua laborabit; & in ciuitate noxia demens, & stultus per-
" manebit. Marcell. Fortunatus in tractatu de veritate, & erro-
182 re. 1. parte, nu. 60. † Prudentia enim nō est perfecta sine aliis virtutibus, sicut nec aliæ virtutes sine prudentia, vt ait Aristotel. 2. magnor. moral. cap. 3. quare eodem teste. 6. ethicorum cap. 12. prudens esse nullus potest, nisi sit vir bonus. Cælius Calcagninus in disquisitionibus in librum Officiorum Ciceronis,
" cap. 22. dicens. Quòd prudentiæ opposita est versutia scientiæ;
" talis enim prudentia praua, & reproba est, quia in malum ten
" dens; de qua loquitur Christus Dominus Lucæ cap. 16. Filij
" enim huius seculi prudentiores filij lucis in generatione sua
" sunt. Et Paul. ad Roman. cap. 8. Prudentia carnis mors est.
" Seneca in libro de quatuor virtutibus. Prudens si terminos
" suos excedat, callidus inuestigator latentium, & scrutator qua
" liscunque noxarum ostenditur: malus digito fastu plenus, ver-
" sipellis, & simplicitatis inimicus, commendator est culparum;
" & postremò vno nomine à cunctis malus homo vocabitur. In
183 has ergo maculas prudentia immensurata perducet: quare †, vera prudentia non potest esse comes iniusti, vt Aristot. ait dicto lib. 2. magno. moral. cap. 3. Et ideo teste Cicero. 2. libro of-
" ficior. iustitia sine prudentia plurimum potest, prudentia autē
" sine iustitia nihil valet: itaque Diuus Ambrosius libro. 2. of-
" ficio. cap. 8. dixit. Promptius nos iusto viro quàm prudenti
" committimus.

184 Hoc vitio merito veniunt notandi † Veneti, qui se in tantum sapientes & prudentes sibi videntur, quòd sub legibus viuere nolint. Secundum Raphael. Cuman. consil. 140. quem re-
185 fert Iasso in. l. creditor. 18. num. 3. ff. si certum petatur. † Hæc est reproba. & iniqua prudentia, qua vtendum non esse Salo-
" mon docet Prouerbio. cap. 3. Fili mi habe fiduciam in Domi-
" no ex toto corde tuo, ne innitaris prudentiæ tuę: ne sis sapiens
" apud te metipsum. cap. pura. 3. q. 9. cap. sciendum. 8. q. 1. Diuus
" Hierony. in parabolis, cap. 3. dicens. Ne innitaris prudentiæ
" tuæ. Prudentiæ suæ innititur, qui ea quæ sibi agenda, vel dicen
" da videntur, patrum decretis præponit. vt habetur in cap. ne
innitaris. 5. vbi Abbas num. 2. de constitutionib. & dixerat. c. 1.

eodem

eodem titulo. Canonum statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus, vel iudicijs ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

Quòd autem abutantur prudentia, patet ex inconsiderata dictorum statutorum confectione, & peruicaci ipsorum, & proterua defensione; cum vtrunque capesserint pro animi libidine, & sine debita finis præuidentia: quod & prudentiæ re-
186 gulis aduersatur: † quia prudentia vera, & perfecta est, qua consiliamur, iudicamus, & præcipimus, quæ ad bonum finem totius vitæ humanæ pertinent, & solis bonis conuenit. ex B. Thoma.2.2.quæstio.47. artic. 13. Quare Aristoteles libro. 6.
" Ethicorum, cap. 5. ait. Prudentis esse bene consulere posse
" circa ea quæ sibi sunt bona, ac prosunt, nō aliqua ex parte, sed
" quæ ad bene viuendū omnino conducant. Cęlius Calcagninus vbi proximè, cap. 18. Et ideo Franciscus Petrarcha lib.3. epi-
" stolar. familiarum, epistola.33. ad T.M. Regium ait. Prudētis
" est, non tam quod delectet, quàm quod expediat aduertere;
" inque hoc ipso, non principia rerum, sed exitus contemplari.
" Ex quo Salustius in Iugurthin. parum sibi placuisse refert eas literas, quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. Iustus Lipsius dicto li.1. ciuilis doctrinæ, cap.10.

187 Altera † species rationis status, teste Frachetta vbi supra, fol.38. pagina.1. non est realis, & vera, sed simulata, & apparens: quia solùm respicit temporalem vtilitatem eius, qui vtitur ipsa, absque eo quod Deum, & rectum attēdat nec iustum: & hęc siue id causauerit hominum malitia curantium palliare prauas suas operationes decoris titulis, siue quæuis alia causa, vsurpauit in se nomen rationis status, & eam sortitur definitionem: vt sit regula, secundum quam gubernantur, & diriguntur res omnes, vt postulat vtilitas eius, ad quem pertinēt. Quòd autem hæc non sit ratio status, sed diaboli, progressa ab eius filio Machiauello, & alijs Atheis sequacibus eius: ostendit nobis Renatus Choppinus lib.3. de sacra politia, titulo.7.
188 num.12. dicens. Nostra ætate nonnulli, † dum politicæ Magi-
" stratus functioni miscerent religionis negotia, & specioso po
" liticorum titulo pugnantes de religione, sententias confusim
" admitterent, communem populi tranquillitatem, publicumq;
" Regni statum omnino conturbarunt. Politici quidem voca-

« bulum per se præclarum, ac illustre est, cùmque significat, qui
« in Ciuili Prouinciç administratione prudenter se gerit, consi-
« liaque sua omnia ad communem vtilitatem dirigit. Quoniam
« tamen primores aliquot togati, pro eo quod Ecclesiæ incolu-
« mitatem, & quietem, velut cynosuram propositam ante ocu-
« los habere debebãt, contra, regendæ Ecclesiæ rationem infle-
« ctere ad temporariam Politiam studuerunt, atque interim, vt
« honesto in speciem nomine turpissimum fucarent institutum,
« Politici haberi voluerunt. Idcirco factum est, vt apud multos
« infamiam sibi vox ista conflarit. Hinc enim velut quædam
« adiaphoria exurgit, per quam eo tandem homines adducũtur;
« vt de Orthodoxa fide tantum dumtaxat suscipiendum sibi pu
« tent, quantum cum publica pace, ac sine vllo dissidiorum, no-
« uarùmque rerum discrimine suscipi possit.

189 Nec in rebus † religionem tangentibus humanæ obtentu politiæ quidquam nouandum est, vt satis indicat Sozomenus lib. 1. cap. 4. tripart. historiæ; vbi Alexander Constantinopolitanus, cum Philosophi quidam in Christiana dogmata disputarent, persuasionem suam ethnicam mordaciter asserentes coram Imperatore, in nomine Christi operatus est virtutem coram eodem Cæsare, imperauitque maximo eorum philosopho tanta spiritus virtute, ne loqueretur, vt subito os illius obstructum sit, vt retulit Renatus Choppinus vbi proximè, in annot. marginali. Nec solum vt idem refert hodie, sed priscis etiam seculis huiusmodi se iactantes Politicos, in optimos sacrorum præfectos, vereque antipoliticos varias concitarunt turbas, ipsis ex probrantes, peruicacia, & rixandi libidine, diuina peruertere & humana; & quod de fidei articulis ab politicis praue in controuersiam adductis, ne tantillum quidem sibi extorqueri paterentur, nihil publicæ concordiæ dare sustinerent. Sed quum in negotio fidei nulla iusta esset ciuilis potestatis cognitio ac disceptatio, (vt Ambrosius ad Cæsarem scripsit) antiqui Hierarchæ non cesserunt Politicorum illorũ obtrectationi, nec literulam quidem vnam concessere, quæ ad comprimenda religionis dissidia ab ipsis petebatur: quia vt rectè Basilius in colloquio cum Modesto Valentis Cæsaris Præ-
« fecto, dixit apud Theodoritum lib. 4. histo. cap. 17. Qui sacra
« doctrina sunt imbuti, nullam vel syllabã diuinorum dogmatũ

prodi

prodi sinunt; sed in eorum defensionem, si opus sit, quodlibet mortis genus libenter amplectuntur.

190 Nec † me latet quod Machiauellus furcifer, & sacrilegus, ac politicorum perniciosissimus, conatus fuerit suadere Principibus sine Dei timore, & sanctæ Sedis Apostolicæ reuerentia, vt abominabili exemplo, & malo Reipublicæ, temporalia videntes & curantes, posthaberent cœlestia; quo nomine iustissimè carpit ipsum Petrus Gregorius libro.13. de Republica, cap.12. num. 21. & Thomas Bozius in libro quem de antiquo, & nouo statu Italiæ aduersus ipsum scripsit: & omnes istius pessimi magistri Machiauelli discipuli, & imitatores in tyrannidem lapsi sunt, & in Atheismi peccatum inciderunt, Dei iram in suum caput venire sentientes.

191 † vt Cæsari Borgiæ Duci Valentino euenisse omnes historiæ referunt. Maxime Stephanus Forcatulus li.4. de Gallorum imperio, & philosophia. Francisc. Guicchiardinus lib.5. & 6. historiarum sui temporis: nec mirum cum habuerit in Magistrum, & Consiliarium, eundem Machiauellum, qui ruinam ipsi causatus est in omnibus progressibus, & actionibus suis, vt benè aduertit Iustus Lipsius in notis ad librum.3. politico. cap.4. dicens: caput consilij consistere, non in acumine, aut sermonum, rationumq; copia, sed in directa quadam iudicij norma. Ea autem plerunque his acriculis abest. Machiauellum vide. Quid eo acutius? at parum bonus aut felix ille Cæsari Borgiæ Consiliarius.

192 Multa † enim Politici admittunt, quæ à Christiana pietate abhorrent. Orbatos enim, & mutilos nutriri non permittit Aristotelis politia, vt per ipsum lib.7. Ethicorum, cap.16. tamen lex Christiana alendos esse præcipit. Diuus Augustinus ad Fratres in Eremo sermone.35. Iudices duces populi esse debent, orphanorum patres, viduarum mariti, iustitiæ zelatores, & Reipublicæ amatores. D. Thom. lib.2. de regimine Principum, cap.15. dicens. Ad bonum regimen pertinet, vt de communi ærario prouideatur indigentiæ pauperum, pupillorum, & viduarum. Simancas lib.8. de Republica cap.30. & sequēti. Hieronymus de Luca in tractatu de cambijs, versic. sequitur alius terminus. lo.2. nu.11.

193 Debuerant † enim dicti Dux & Senatus Venetorum suæ Reipublicæ temporales Domini, cauere quod in Dei, & Eccle

siæ eius præiudicium, & offensam tenderet; ne de ipsis intelli-
" gi posset, quod dicitur Daniel. cap. 13. Egressa est iniquitas de
" Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere popu-
lum. Ludouicus Torres li. 4. Philosophiæ moralis, cap. 5. imò
præ oculis debebant habere quod Deus iussit Deuteronomij
17. vt Rex maximè curaret obseruare sanctam ipsius legem:
" per hæc verba. Postquam autem sederit in solio Regni sui, de-
" scribet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiēs
" exemplum à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum,
" legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Domi-
" num Deum suum, & custodire verba eius, & ceremonias, quæ
" in lege præcepta sunt, ne eleuetur cor eius in superbiam super
" fratres suos, neque decliner in partem dexteram, neq; in sini-
" stram; vt longo tēpore regnet ipse, & filius suus super Israël.
† vt etiam retulit Ioannes Boterus vir prudens lib. 2. de ra-
394 tione status, cap. penultimo de religione, vbi concludit, neces-
sarium esse, Principem non prius facere aliquid decidi in con-
silio status, quàm perspectum, visum, & consideratum foret in
alio Consilio conscientiæ, cui adessent excellentes Doctores
Theologi, & Iurisperiti; quia alias suam conscientiam graua-
ret, efficeretq. res quas opus esset postea rescindere, nisi mallet
suam, & suorum animas condemnare.

395 Non †enim per iniustitias, & iniqua conseruatio status, sed
" ipsi ruina paratur: nec ob aliud Sapientię cap. 1. in principio di-
" citur; Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, & Sapiētię cap.
" 6. Audite Reges, & intelligite: discite Reges finium terrę: præ-
" bete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis
" in turbis nationum: quoniam data est à Domino potestas vo-
" bis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & co-
" gitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri Regni
" illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitię, neque
" secundum voluntatem Dei ambulastis. Simancas libro. 3. de
" Republica. cap. 9. & psalmo. 36. dicitur. Quia Dominus amat
" iudicium: & non derelinquet sanctos suos: in æternum con-
" seruabuntur: iniusti punientur, & semen impiorum peri-
" bit: iusti autem hæreditabunt terram; & inhabitabunt in se-
" culum seculi super eam. Ludoui. Torres vbi supra. libro. 7. c.
" 2. Ribadeney, lib. 2. de Principe Christiano. c. 5. & li. 1. cap. 16.
E con-

196 E contrario † autem Ecclesiastici cap.10.dicitur, quod Re-
« gnum à gēte in gentem transfertur propter iniustitias, & in-
« iurias, & contumelias, & diuersos dolos. Ioannes Salisberien-
« sis in policraticum, lib.4.cap.12.dicens, Quod si recolatur hi-
« storiarum memoria, constabit ex eis, quot, & quam magna
« regna ruinam fuerint ea de causa perpessa. Quare Demosthe-
« nes in oratione Olynthiaca.2.dixit. Non enim fieri non fieri
« potest Athenienses, vt per iniurias, & periuria, & mendacia
« stabilis potentia comparetur. Nam talia semel, & ad breue
« tempus consistunt; & spem de se fortasse magnam præbēt; sed
« tandem patefiunt, & vltro collabuntur; vt nauis & aliarum re
« rum eius generis infimas partes firmissimas esse oportet, sic
« etiam actionum initia & fundamenta vera, ac iusta esse conue-
« nit. Ex quo Seneca in Thyeste, actu.2.scena.1.

——— Vbi non est pudor,
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

Iustus Lipsius lib.2. politicorum, siue ciuilis doctrinæ, cap.7:
« & ita Xenophon. libro.7. de expeditione Cyri: Nullas opes vi
« ro præsertim Principi, pulchriores, honestioresq. censuit, quā
« virtutem, & iustitiam; qua remota Regna fiunt latrocinia ma-
gna. D. Augustinus lib.4. de Ciuitate Dei. cap.4. Simancas di-
cto lib.3. de repub. cap.9. nu.11. Lipsius dicto lib.2. cap.10. qui
post Cassiado. lib.10. variarum refert boni Principis esse cre-
dere, sibi solum licere laudanda.

197 Nec † audiri debet illud malitiosū dogma Euphemi apud
Thucydid. libro.6. dicentis. Viro, aut vrbi, Principi nihil iniu
stum, quod fructuosum: quia hoc aduersatur iustitiæ, vt enim
rectè Claudianus cecinit in panegyrico. 2. in laudem Stili-
conis.

Iustitia vtilibus rectum præponere suadet.

Quod in proposito ponderauit Petrus Faber in dicta.l.1.ff. de
198 iust. & iure. quia † vtilitatem non potest dici continere quod
iniustum est. Idque Atheniensis populus confirmauit eo exem
plo, cuius meminit Ioan. Salisberiensis in policraticum lib.8.
cap.14. quod cum Themistocles dixisset in concione, se habere
rem deliberatione sua dignam, & prouisam, quæ si fortiretur
effectum, nihil maius, aut potētius populo Atheniēsi futurum
fuisset;

fuisset: sed eam vulgari non oportere: & ideo postulasset, aliquem sibi dari cui tacitè exponeretur. Et cum datus sibi fuisset Aristides: postquam is cognouit, Themistoclem velle incendere classem Lacedemoniorum, quæ subducta erat apud Gitteum; vt ea consumpta dominatio maris ipsis cederet: & cum Aristides retulisset ad ciues, Themistoclem, vt vtile consilium ita minimè iustum animo voluere. Tunc vniuersa concio clamauit, quod iustum non est, minimè expedit, Themistoclemq; iussere ab incœpto desistere. Et sic edicto ciuium ante lata est iustitia prudentiæ: immò declaratum, non esse prudentiam, sed potius calliditatem, cui iustitia aduersatur.

199 Nec vbi peccatum, † & Dei offensa interuenit, huiusmodi ratio status potest excusare: cuius rei nobis præstat exemplũ scriptura sacra. 1. Regum, cap. 28. vbi cum vidisset Saul exercitum Filistheorum aduersus ipsum veniẽtem, timuissetq; maximè se victum euasurum, & ad sciendum quid esset facturus ad Regni conseruationem, & gentis sibi commissæ, consuluisset Pythonissam, reprehensus fuit acriter à Samuele, qui annunciauit ipsi ruinam, & perditionem suam. Petrus Gregor. in syntaxi artis mirabilis, tomo. 4. parte posteriori. cap. 17. num. 5. cap. nec mirum. 26. quæst. 5. dicens de Saule. Tanta hebetudine demens effectus est Saul, vt ad Pythonissam confugeret, deprauatus enim causa peccati, ad hoc se contulit, quod damnauerat.

200 Quare † nulla de causa etiam pro salute hominum peccandum est: quia vt refert D. Augustinus libro cõtra mendacium, " cap. 17. Faciat homo etiam pro temporali salute hominum " quod potest: cum autèm ad hoc ventum fuerit, vt tali saluti ni " si peccando consulere non possit, iam se existimet non habere " quid faciat, vt habetur in cap. 15. faciat. 22. q. 2. Nec mirãdum

201 est, cum nec pro augmento gratiæ Dei, † possit peccatum fieri; cum sit medium contrarium ipsi gratiæ. Hæc est doctrina " Apostoli in epistola ad Romanos, cap. 6. dicentis. Nunquid

202 manebimus sub peccato, vt gratia Dei abundet? absit. † dicta " pessima status ratione, se tueri voluerunt Iudæi, ad Christum " Dominum crucifigendum, vt Ioannes testatur in suo Euange. " cap. 11. dixerunt enim Pontifices, & Pharisæi. Quid facimus! " quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes

credeat

" credent in eum,& venient Romani,& tollent locum nostrum
203 & gentem:nam eo ipso † quòd ipsi ob suam ambitionem, & conseruandum temporale Dominium, Christum occiderunt: venerunt Romani,& debellarunt ipsos ad internecionem ipsorum, & suæ gentis, & tulere ab ipsis locum, Christi necem vindicantes:ita vt sua status ratio vt merebantur ipsis accideret,vt latè scribunt Flauius Iosephus, & Aegesippus,de bello Iudaico,& excidio Hierosolymitano. Iõanes Nauclerus chronographiæ parte.2. generatione.3. Pineda lib. 11. Monarchiæ Ecclesiasticæ,à capite.10. vsque ad.24. supplementum chronicarum lib.8. Suetonius in vita Titi,cap.8.& Baptista Egnatius in ipsius vita. Philostratus lib. 6. de vita Apollonij Thyanei,
204 † referens,gentes finitimas ob victoriam Iudaicam à Tito cõ sequutam coronare ipsum voluisse; qui tali honore indignum se esse respondit: non enim se esse talium operum authorem; sed Deo iracundiam contra Iudæos demonstranti, suas manus præbuisse. Et timere debent Veneti,ne idem ipsis eueniat,cum diris deuoti, & Deo inuisi talia spectare mereantur, & patitutius ipsis fuisset,libertatem, & immunitatem ecclesiasticam non frangere,sed tueri, Dei timorem præ oculis habentes, vt omnia eis prosperè cederent; suaque Respublica maiora incrementa authoritatis,& Dominij consequeretur. Nam vt ait D.
205 Paulus ad Ephes.cap.2. † Quilibet Christianus Princeps plan
" tare debet in suo corde reuerentiam,& timorem Domini: in
" quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum
" in Domino. D. Augustinus in psalm.111. dicens. Erit enim ædi
" ficij perfectio ineffabilis pax illa sapientiæ, cuius est initium
" timor Domini: vt merito dixerit Sapiens filius Sirach Eccle-
" siast.cap.27. si non in timore Domini tenueris te, instanter ci-
" to subuertetur domus tua: vt euenit insipienti, qui ædificauit
" in solo instabili,cuius ædificium primis fluctibus hybernis corruit. Matth.cap.7. Et diuersum ædificanti in petra, & timoris Dei firmitate. S. Lucas. cap. 6. Inundatione facta illisum est flumen domui illi,& non potuit commouere. Hęc est vera prudentia, hæc vera sapientia, verumque Dominium, potentia, atque Diuitiæ. Timor Domini principium sapientiæ dicitur,
" Prouerb.cap.1. Iob cap.28. Timor Domini ipsa est sapientia,
" & recedere à malo intelligentia: & hoc in præceptis tradidit

Tobias

" Tobias filio suo. Tobiæ cap. 4. Omnibus diebus vitæ tuæ in
" mente habeto Deum. Et caue ne aliquando peccato consen-
" tias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri; noli time-
" re fili mi, pauperem vitam quidem agerimus, sed multa bona
" habebimus si timuerimus Deũ,& recesserimus ab omni pecca
to. Ludouicus Torres vbi suprà libro.2. cap.1. quin & Aristo.
206 Rhetori. ad Alexand.† hoc sentit dicens. Deos proniores es-
" se in eos, qui maximè illos colunt. Et Lactantius Firmianus
" de ira, cap. 12. dixit. quòd religio, & timor Dei solus est qui
" custodit hominum inter se societatem. Iustus Lipsius lib. 4.
ciuilis Doctrinæ, cap.2.

Et ideo Ioannes Boterus dicto lib.2. cap. penultimo, de re
207 ligione concludit, † non esse rationem cur Princeps Christia
nus claudat portam sui secreti Consilij Christo,& euangelio,
& suscitet rationem status contrariam legi Dei, nec prosperè
res sibi obuenturas sperare posse, si ipsas cõsultauerit, sine res-
pectu authoris omnis prosperæ sortis,& fortunæ: idque exem
plis Constantini Magni, Theodosij, Augusti, Rodulphij, Pij ac
Religiosi Comittis Aspurg.,& Carlescorum,& aliorum Prin
cipum, qui omnia prospera in se,& successoribus sunt fortiti,
ob Dei timorem, quem obseruarunt; & reuerentiam, quam
Ecclesiæ,& Christi vicario præstiterunt. Ribadeney.lib.1.de
Principe Christiano, cap.16. Optarem etiam, vt quod pro sua
parte adducere non dubitarunt Veneti, *reddite quæ sunt Cæ-
saris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Matthæi. 22. id attenderent,
208 & obseruarent. † Quia tunc omnis Respublica rectè guberna
ta erit: si in ea quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari
tribuantur:& tunc Reges, & ij qui in dignitate cõstituti sunt,
quietam,& tranquilam vitam agent; si ipsi curauerint vt Deo
quæ sua sunt reddantur à suis subditis; quia tunc Deus ipse
faciet vt sui subditi illis reddant quæ iure prælationis illis de-
209 bentur. † Atsi ipsi Reges, & Præpositi tyrannicè ad subditos
se habent, quærentes quæ sua sunt,& nõ quæ Iesu Christi: imò
quærentes quæ sua non sunt, sed quæ Iesu Christi: expoliato-
res Ecclesiarum facti, sacerdotum oppressores, pauperum præ
dones: non mirentur si continuis bellis,& innumeris calamita
tibus infestentur, ò vtinam Deus reuelet Principum oculos,
vt videant suarum calamitatum,& perniciei causam esse, quo

niam

niam poteſtas temporalis in Eccleſias, & clerum de facto exer centur: vt reſipiſcentes Dominiorum ſuorum conſequantur in columitatem. vt fecit Francorum Rex Clottharius, de quo Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 2. vt citatur à Claudio de Sanctes in epiſtola nuncupatoria ſuæ bibliothecæ; qui referunt in concione publica dixiſſe. Qualiter hoc tempore victoriam obtinere poſſumus: cum ea quæ patres noſtri conſecrarunt, nõ cuſtodimus: illi verò eccleſias ædificantes, in Deum ſpem om- nẽ ponentes, martyres honorantes, ſacerdotes venerantes, vi- ctorias obtinuerunt, gentesque aduerſas, diuino opitulante adiutorio in enſe ſæpius ſubdiderunt. Nos vero Deum non ſo lùm nõ metuimus, verum etiam ſacra eius vaſtamus, miniſtros interficimus, ipſa quoque ſanctorum pignora diſcerpimus, ac vaſtamus, &c. hoc eſt, quod dixit Daniel. cap. 13. in veritate dierum malorum, nunc venerũt peccata, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, dimittens no- xios. Ludouicus Torres dicto lib. 8. c. 4.

Et formidare debent dictus Senatus Venetorum, & ipſius
210 Reipublicæ Senatores, † diuinam iram, & cœleſtes pœnas pro talis conſilij præſtatione: nam vt dicitur Iob cap. 5. comprehen dit ſapientes in actu eorum, & conſilia prauorum diſsipat. Et Eccleſiaſtici cap. 27. Facienti nequiſsimum conſilium ſuper ip ſum deuoluetur. Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. gloſ. 18. num. 20. Ludouicus Torres vbi ſupra lib. 8. cap. 5. Plutarchus in moralib. libro de ſera numinis vindicta dicens. Conſilium prauũ eſt autori maximè noxiũ. Hæſiodusque dixerat.

Conſultum male conſultori peſsima res eſt.

Pauſanias lib. 2. de Regno chori, & Agellius libro. 4. noctium Atticarum, cap. 5. dicens. Malum conſilium conſultori peſsimum. Marian. in repetitio. cap. ad audientiam. 77. quæſtione. 7. quæſtionis principalis de homicidio, & in Clem. 1. de fo ro compet. Saluſt. lib. 1. hiſtoriæ dicens. Praua incepta conſultoribus noxæ eſſe. Galiau. de ſtatu. quæſt. 1. num. 89. Vnde Ariſt. 1. Rhetorico, argumentũ citat, quo vſus eſt orator Leodamas aduerſus Calliſtratum, dicebat enim, eum qui conſilium dediſſet, magis in culpa eſſe, quàm qui ſcelus cõmiſiſſet; quia ſcelus admiſſũ nõ eſſet, niſi eius auctor, & cõſultor aliquis extitiſſet. Claudius Minois in cõmẽtarijs ad Alciatũ, emblem. 173. Ioan. à Ca-

à Capistrano in Speculo conscientię, versi. restat vltimum, nū.
211 93. dicens. quòd † mali consiliarij magis puniuntur, quàm fa-
cientes. cap. duo. 26. distinctio. cap. tanta. 86. distinctione. cap.
qui consentit. 11. q. 3. cap. qui aliorum. 24. q. 3. Constantius Ro-
gerius in tracta. de legis potentia. 1. parte. §. restat, num. 7. &
“ seqq. vnde psalmo. 7. dicitur. Lacum aperuit, & effodit eum;
“ & incidit in foueam, quam fecit. Conuertetur dolor eius in ca
“ put eius; & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Et Spi
“ ritus sanctus Ecclesiast. c. 27. Qui in altum mittit lapidē, super
“ caput eius cadet; & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. Qui
“ statuit lapidem proximo suo, offendetur in eo: & qui laqueum
“ alij ponit, peribit in illo. Clarius D. Basilius oratione. 21. de fœ
“ licitate, & prudentia. Consilia enim (ait) quæ cōtra bonos mo
“ res dantur, in propria capita eorum, qui consulunt redundant,
“ perinde ac tela iacta, à corporibus solidis, in eos qui ea emise
“ re, resilire solent. Ludo. Torres dicto cap. 5. qui alia doctè con-
gessit, & Ribadeneyra li. 2. de virtutibus Principis Christiani,
212 cap. 28. eruditè probans, † omne cōsilium, cui Deus non adest,
vanum esse, & fragile. Iuxta illud Dauidicum Psalmo. 32. Do-
“ minus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitatio-
“ nes populorum, & reprobat consilia Principum. Consilium
“ autem Domini in ęternum manet. Et Salomon Prouerbiorum
“ cap. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium
“ contra Dominum. Et Isaias cap. 8. Congregamini populi, &
“ vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confortamini, &
“ vincimini, accingite vos & vincimini; inite consilium, & dis-
“ sipabitur, loquimini verbum, & non fiet; quia nobiscum Deus.
“ Idem Propheta cap. 29. Peribit enim sapientia à sapienti-
“ bus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Væ
“ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consi-
“ lium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt. Quis videt
“ nos? & quis nouit nos? peruersa est hęc vestra cogitatio: quasi
“ si lutum cōtra figulum cogitet, & dicat opus factori suo. Nō
“ fecisti me; & figmentum dicat fictori suo. Non intelligis. Et
“ cap. 30. idem propheta incipit. Væ filij desertores, dicit Domi
“ nus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam,
“ & non per spiritum meū, & adderetis peccatum super peccatū
“ qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meum, non
inter-

" interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, &
" habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo
" Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ig-
" nominiam. Vtinam Veneti ad hæc attenderent, & iniquis auxi-
lijs non sperarent; sed à via errante in salutis viam reuerte-
rentur; & obedientiam Ecclesiæ subtractam, resipiscentes
tribuerent eidem: non ipsis accideret quod alijs nationibus
eandem viam ingressis euenit, vt in profundum malorum inci-
derent.

Quare Nicolaus. 1. in Epistolis ad Michaëlem Imperatorē di-
213 xit. Quod † Græcia, & Asia quondam florentissimæ triumphis,
& cæterarum gentium Imperio, ac Christiana pietate, & sancto-
rum, ac Pontificum cateruis florentiores prouinciæ; in miseram
Turcarum seruitutem, & tyrannidem deuenere: non alia de cau
sa, nisi apostasiæ, qua nunc etiam sunt infectæ, & aduersus Ec-
clesiam, & Romanos Pontifices erectæ ceruicis vitio. Et idem
malum virtutibus quondam, & Imperijs diuites, Germaniam,
Flandriam, & Galliam idem vitium dissipauit, & perdidit, &
in tot hæreses distendit. Vuiclephi, & Hussitarum erroribus ad-
uersus Ecclesiæ Pontifices in Constantiensi generali Synodo: &
à Martino papa. V. in prima suarum constitutionum damnatis:
& postea Lutheri, aliorumque somnijs, & technis, vt assenti-
rent, fuit causa. Nec dissimilis fuit miserrimi casus Anglorum,
vt in immanes hæreses & Religionis Christianę communem per-
secutionem, quæ & nunc viget, Regnū illum inciderit: hoc enim
initium sumpsit, ex illa aduersus Ecclesiasticam iurisdictioné re-
214 bellione inuenta ab illo secundo Henrrico, † tēpore Sanctissimi
Martyris Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, qui impiorum
gladijs occubuit; eo quod constanter obstitit Regiæ cupiditati,
qui leges pronuntiauerat vtilitati, ac dignitati Ecclesiasticæ repu
gnātes, vt canit Ecclesia in festo ipsius, & tradit cap. sicut dignū,
de homicidio: & referunt Polydorus Virgilius lib. 13. historia-
rum Angliæ, pag. mihi. 218. Ioannes Nauclerus Chronographiæ
2. tomo, generatione. 40. folio. 205. Paulus Aemilius in vita Lu-
douici Iunioris, fol. 110. Paulus Fuscus lib. 1. de visitatio. cap. 26.
num. 10. Cosmas Gumier. in pragmatica sanctione, tomo. 1. in
procemio. §. inscrutabilis, glos. fundatum, & tomo. 2. titulo de
conclusione Ecclesiæ Gallicanæ, glos. liberè. Ioann. Maior lib. 3.

de Scottorum gestis, cap. 16. Guillermus Benedictus In tractatu de Ducatu Normaniæ, num. 26. Nicolaus Sande, lib. 1. Schismatis Angliæ. Ribadeneyra in historia Angliæ, lib. 1. cap. 38. Ludouicus Torres in Philosophia morali Principum, libro. 11. cap. 5. Ioann. Pineda in Monarchia ecclesiastica, lib. 20. cap. 27. §. 3. & 4. & libro. 28. cap. 22. §. 2. & sequentibus.

215 Et dicti † Regni perditionem consumauit sacrilegum decretum Henrrici octaui, vt se caput Ecclesiæ in suo Regno esse iactaret. Pineda in Monarchia ecclesiastica, libro. 29. cap. 24. & sequentibus. Genebrardus & Pontacus Burdegalensis in chronographijs, & Georgius Lilius in chronica Anglorum. Paulus. 3. in sua constitutione. 20. ædicta contra Henrricum Angliæ Re-
216 gem. Fautores, & complices errorum eius. † Quare has nationes & alias videmus Dæmonis vi conflictas sub ipsius Dominio: non ob aliam causam, quàm propter inobedientiam ergà Romanum Pontificem, & ob violationem ecclesiasticorum priuilegiorum, & immunitatum, ac libertatum ecclesiasticarum, vt tradunt Ribadeneira lib. 1. de virtutibus Principis Christiani, cap. 15. Ioann. de Roa in tractatu de iuribus Principalibus defendendis, & iustè moderandis, quæst. 2. pagina. 94. nu. 5. & 61. Nec debent Veneti tantum suo visui fidere, aut prudentiæ inniti, vt non timere debeant incidere in profundum malorum, vti reliquæ aliæ nationes, quarum meminimus: nam Alemanos, vt alios taceam, Ecclesiæ filios, & Papæ obedientes fuisse in propinqua memoria habetur: & si aliqua Venetis remansit Dei cura, aut ipsius timor, debuissent alieno damno cautiores fieri, ad id non imitandum, fœlicesque se possent nominare, nouissima prę-
217 uidentes, nisi in tempore resipuerint: † nam similium ruina stantium metus esse debet, cap. si enim in vltimis verbis, de pœniten. distinct. 2. quia vt ait Seneca relatus per glos. verbo lapsum in cap. 44. citius, eadem distinctione. Ruina præcedentium solet esse doctrina sequentium. Ioannes Neuicanis lib. 1. Syluæ nuptialis, verbo, non est nubendum, num. 21. Aurelius Symmachus lib. 10. Epistola. 54. dicens. Corrigit enim sequentem lapsus prio-
« ris; & de reprehensione antecedentis exemplum nascitur emen-
« dationis.

Vnde glos. dicto verbo lapsum dixit. † Fœlix quę faciunt aliena
218 pericula cautum, cap. 1. 27. quæst. 1. cap. hi duo, de cōsecratio. distin-

distinct.1. glos. verbo exemplum in authen.de mandatis Principum. §.titulos, collatione.2. Plautus in Mercatore, actu.4. scena.7. dicens; Fœliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Et Tibullus lib.3. eleg.7. dixit.

——— Fœlix quicunque dolore
Alterius disces posse carere tuo.

Et cum propter peccata populorum dictæ nationes contra Papam, imò & contra ipsum Deum; cuius est Vicarius, insurrexerint, faciendo in Ecclesia Dei, quoddam genus communitatis, & rebellionis; non potest haberi sanum Consilium à Venetis inceptum, mouere scilicet in sua Republica, & temporali dominio, seditiones, & rebelliones aduersus suum, & omnium superiorem Pontificem Summum, etiam si iustiori, & moderatiori modo se gesissent: nec ipsius Reipublicæ reputationi conuenit, quod perduelles, & qui in Ecclesia mouent, moueruntque seditiones, suo se iuuent exemplo dicentes. Venetos cum eis conuenire, vnamque & communem eorum esse causam, eo quod omnes contra Papam, & quòd si Papæ maledicunt illi ad colorandas suas hæreses, Veneti faciant idem, ad defendenda sua statuta, aliaque facta peiora in eorundem consequentiam nouata, in Religionis opprobrium & offensam: nam etsi causæ essent diuersæ, idem effectus videtur earum, & inter se non parum assimilantur: & cum hæreticis non possumus, nec debemus conuenire, in factis, nec dictis, nec similitudinibus; nam vltra peccatum
219 quod hoc continet in se, † gaudebunt hostes Religionis: & iuxta prudentiæ regulas, semper curandum est, ne hostes gaudeant, vt dixit Demosthenes in oratione de falsa legatione: & generabitur scandalum grauissimum, vt generatum est inter pios & fideles; cui scandalo nullus Christianus debet causam dare; cum
220 † sit in damnum animarum, quod nullo terreno bono valet compensari, vt habetur in Concilio Cabilonensi relato in cap. cauendum.10. quæst.3. cap.ille.93. distinct. cap.peruenit.95.distinct.cap.vxor.24. quæst.1. cap.illud.24.quæst.3. cap.2.de noui operis nunciatione. Guillermus Durandi in tracta.de modo generalis concilij celebrandi, rubrica.4. 1.partis, nu.74. Octauianus Vulpellus in tracta.de tregua, & pace.q.11.nu.7. Petrus Albinianus in tracta.de potestate Papæ, in principio. n.11. Cardin. Iacobatius tracta. de concilio, lib.9. articulo.12. nu.22. & seq.

V. 2. & num.

& num. 29. Gambara de auctorita. Legati de latere, lib. 9. num. 119. Ioannes à Capistrano tracta. de aucto. Papæ, titulo super quos Papæ potestas extendatur, num. 181. Ioannes Lupus de consede. Principum, membro. 1. num. 14. Thomas Actiachus in tractatu de ludo sch achorum. 12. quæstio. principali, num. 14. & Matthæi cap. 18. *Væ homini illi, per quem scandalum uenit.* Guillel. Redoanus in tractatu de simonia mentali. 1. parte, cap. 3. numero. 16.

Melius enim foret illis, suorum maiorum Religionem, & ergà Summos Pontifices præstitam obseruantiam, & reuerentiam
221 imitari, nec eius terminos transgredi † contra præcepta Dei, & Sanctorum Patrum instituta; iuxta illud Salomonis Prouerbiorum, cap. 22. "Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt tibi patres tui. Symma. lib. 10. Epistola. 54. dicens. Iam si longa ætas auctoritatem Religionis faciat, seruanda est tot sæculis fides; & sequendi sunt nobis parentes, qui sequuti sunt fœliciter suos. Cæcilius apud Minutium Felicem in Octau. Quanto venerabilius (ait,) ac melius maiorum excipere disciplinam, Religiones traditas colere, Deos quos à parentibus imbutus sis, ante existimare, quàm nosse, familius adorare: nec de numinibus ferre sententiam: sed prioribus credere, &c. Franciscus Turettus in notis ad Symma. libro. 1. Epistol. 57. Imò nec inspecta ratione politica, & status cuius peritiores se iactant, viderique volunt Veneti; ipsis conuenit rumpere cum
222 Ecclesia, † cuius fundamenta in Petram firmissimam artifici manu iacta, nulla vi possunt conuelli, nec subrui, non aërea, non terrena, non aquatili; nam ne operis quidem compages diuina illa quidem manu coagmentata vllo disturbari machinamento potest, vt ait Budæus libro. 5. de asse, pagina mihi. 703.

223 Et nauicula Petri † etsi fluctuet, submergi nō potest, nec Ecclesia expugnari, licet impugnetur. cap. non turbatur. 20. quæst. 1. Cataldin. de Boncompa. tracta. de potestate Papæ. §. his ita pro prælludijs, num. 19. & 20. dicens post Chrysostom. "Ecclesia impugnari potest; expugnari non potest: tela mittuntur; sed eius murus non perforatur. Machinæ præparantur: sed turris Dauidica non eliditur. Ioann. Hieronym. Albanus tracta. de potestate Papæ. 1. part. nu. 205. Et constat Lucæ cap. 22. cap. si enim. §. &

5.& beatus, de pœniten.dist.2. Marcus Mantua.tracta.de concilio in principio, num.1.

224 Quare † Ioannes Botterus lib.2.de ratione status, cap.de prudentia, inter alia ait. Non conuenire Principi, rebellionem aduersus Ecclesiam facere, aut obedientiæ rupturam: quia difficile habetur, vt id iustum esse posit; semperque praui exempli erit taliter factum; nec aliquid lucri ex eo consequetur: idque docere exempla Ducum Mediolanensium, & Florentinorum, & Venetorum, Regumque Neapolitanorum, quorum bella aduersus Ecclesiam, semper fuerunt maximarum impensarum, & nullius vtilitatis; quia nunquam Ecclesia amittit sua iura: & licet aliquis Pontifex conniueat, & dissimulet; alter eleuat, & viuificat rem, iura Ecclesiæ nedum tuendo, sed recuperando, vt nostri Pontificis Summi exemplum sanctissimum demonstrat.

Nec audiendi sunt, qui ad stabiliendam secularem potestatem in præiudicium ecclesiasticæ, dicunt: temporalem potestatem etiam

225 procedere à Deo; † eo quod omnis potestas est à Deo, iuxta illud Pauli ad Romanos cap.13. *Non est potestas nisi a Deo.* authen. quomodo oporteat Episcopos in principio, cap.nouit, de iudicijs, cap.quoniam.10.distinctio. cap. cum ad verum, & cap. si Imperator.96.distinct. Ioann.à Capistrano tracta. de auctor. Papæ.2.parte, numero.14. Hieronym. Alban. tracta. eodem.1. parte, num.95. Petrus à Monte de potestate Pontificis, rubrica de Imperatoriæ maiesta. origine, num. 2. Speculat. de generali concilio.1.parte, rubrica.3. num.1.

226 Nam † respondetur, quòd temporalis potestas, etiam si Imperatoria sit, procedit à Deo mediatè. Antonius de Butrio, & Cardin. Florentinus in cap.1. de translatione Prælatorum, quos refert, & sequitur Cardinalis Iacobatius in tracta. de concilio, libro.6.artic.1.num.4. allegans cap.nouit de iudicijs. cap.per venerabilem, qui filij sint legitimi, & vtrobique notata. Antonius Corset.in tractatu de potestate Regia. 5.parte, num.69. &.72. Abbas in dicto cap.1.de translatione Prælato. nu.3.quia à Deo, id est, per Deum in Petrum; & per Petrum in Imperatorem, vt ait Corsetus vbi proximè: vel intelligitur D. Paul. quòd non est potestas nisi à Deo iubente, vel sinente. cap.nec mirum.26.q.5. Petrus Bertrandus tracta. de origine iurisdictionum.1.par.q.1.

num.18. &.q.2. nu.10. Bologni.in additio.ad Cataldi.de concilio Basileæ.§.his ita,nu.3. Potestas autem Papæ,& sic ecclesiastica immediatè à Christo habet originem,qui eam concessit Petro pro se,& successoribus suis,allegato cap.16.Matthæi,vbi hoc illi promisit, dicens. *Et tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.* Et opere compleuit Ioannis cap.vltimo, dicendo. *Pasce oues meas.* Ioann. Andreas in cap.Bonæ memoriæ, nu.23.de postulatione Prælatorum. Anton.de Buttrio in dicto cap.1. de translatione Episcopi, nu.2. & in dicto cap.nouit.nu.18.de iudicijs, decisio Rotæ.1.titu. de bigamis in nouis. Marcus Mantua in dialogo de Concilio,nu.171. Ioann.à Capistrano tracta. de auctorit. Papæ.1. parte partis.2. principalis, num.1.&.13. Cardinal.Iacobatius tracta.de concilio libro.7. articulo.7. numero.49. & libro.9.articulo.12.num. 109. Petrus Rebufus tractat. de priuilegijs scholarium,priuileg. 160. numero. 5. Petrus à Monte de primatu Papæ, numero. 1. Idem Iacobatius libro.6. articulo. 1. numero. 2. &.6. eam addentes rationem.Quòd sicut Deus generaliter est in omnibus rebus creatis per essentiam, præsentiam,& potentiam:in suis fidelibus est speciali quodam modo per gratiam, & charitatem : ita licet in electione omnium potestatum Deus operetur, quodam tamen singulari modo operatur in electione Summi Pontificis; vt ita ab illo deriuetur omnis alia potestas, & status, qui est in Ecclesia quantum ad dationem iurisdictionis, vt bene prosequitur Augustinus de Ancona in libro de ecclesiast.potesta. quæst.1. artica.1.& quatuor seqq. Marsil.de reddit.Eccles.2.par. cap.11. num. 21.

227 Quare † potestas ecclesiastica supereminet temporali: non solùm ratione originis; sed alijs de causis. Prima ratione finis: Quia ecclesiastica potestas est accōmodata ad gubernandum,ad finem supernaturalem, & animarum salutem: propter quam acquirendam, & ne perderemus ipsam, Christus talem potestatem dedit Ecclesiæ in Petro, & successoribus eius, vt resoluunt Couarru. in practicis quæstio. cap. 1. nume. 2. conclusio. 2. Molina tomo.1. de iustitia, in tracta.2. disputatione.21. versiculo, cum verò homo. Petrus Bertrandus de iurisdictione eccles. & secula. quæst. 3. num. 33. Victoria relectione. 1. de potestate Ecclesiæ,sectio.4. num.1. & sectio.5. num.8. & sectio.6.

num.

num. 1. Oeconomia canonica.3. classi. cap.4. §.1.

228 Iurisdictio autem temporalis secularium Principum solùm se extendit ad ea, quæ tangunt præsentem vitam ciuilem; etsi inter Christianos debeant ea omnia ordinari ad futuram vitam sicut ad finem, vt tradit Petrus Bertrandus vbi proximè. Couarru. & alij proximè allegati. Victoria relectione. 3. de potestate ciuili, num.3. † Et ita potestas spiritualis iurisdictionis Ecclesiæ se habet ad iurisdictionem secularem; sicut ars, quæ considerat finem, se habet ad artem quæ attendit illud, quod ordinatur ad finem, & teste Aristotele lib. 1. Ethicorum. *Ars, quæ considerat finem imperat arti, quæ considerat illud quod est medium ad finem.* Petrus Bertrandus dicta quæst.3. nu.34. Quare idem Aristo. vbi proximè, cap. 1. ait. *Quod finis ille est magis expetibilis, qui non est propter alium; & ille minus, qui est propter alium.* Et cap.2. ait. *Finis ille quem volumus propter seipsum, & non propter aliud, non solum est bonus, sed etiam optimus.*

229

230 Et quia † finis nobilior est his quæ sunt ad finem. l. & si non sunt. §. perueniamus. ff. de auro, & argento legato. Aymon Crauetta consil. 137. incip. Magister Robertus, num. 14. & cons. 281. incip. in hac causa, num. 2. Nicolaus Moronus tracta. de tregua, & pace, quæst. 1. num. 11. Amode. de Syndicatu in exordio, nu. 1. Albert. Brun. de rebus dubijs, col. 3. num. 60. Aristo. 3. Ethico. dicens. *Quod finis est magis eligendus, quam ea quæ sunt ad finem.* Simãcas de Cathol. insti. titu. 45. num. 26.

231 Quare † spiritualis & ecclesiastica iurisdictio respicit animã, temporalis corpus, & alia exteriora: ideo notissima est ea de causa prælatio. Vt enim inquit Innocentius in cap. solitæ, de maiorit. & obedien. *Spiritualia tantò temporalibus sunt digniora, quanto anima præfertur corpori.* cap. suscipitis. 10. distinct. cap. cum ad verum. 96. distinct. Victoria relectione. 1. de potestate Ecclesiæ, secti. 6. num. 1.

232 Quare † potestas spiritualis debet dominari omni creaturæ, vt per plures rationes probat Hostiensis in summa, qui filij sint legitimi. §. qualiter, & à quo. Petrus Bertrandus vbi proximè, quæst. 4. num. 5. *Et Principes quicunque sint in spiritualibus, & his quæ sunt in ordine ad ea, Pontifici subijciuntur.* dicto cap. nouit, de iudicijs. Fortunius Garcia in tractatu de vltimo fine iuris canonici, & ciuilis, versiculo iustitiæ, num. 385. Iacobatius in tractatu de-

de concilio, lib. 7. arti. 7. nu. 50. & seq. Michaël Vlcurrun dè regimine mundi, quæst. 5. principali, parte. 1. nu. 22. Bermondus Chouer. in tracta. de publicis concubinarijs, super verbo etiam si regali præfulgeant dignitate, num. 8. & 11. & num. 30. Naua. in dicto cap. nouit, notabi. 6. à num. 1.

233 Et ista † superioritas non posset per ipsum Summum Pontificem renunciari in decolorationem publici status ecclesiastici, vt resoluit Guiller. Benedictus in tractatu de Ducatu Normaniæ, num. 125.

234 Quinimo † potestas spiritualis, & ecclesiastica ex dictæ superioritatis præeminentia dominatur temporali potestati, vt bene concludit Petrus Bertrandus in tracta. de origine iurisdictionum, quæst. 4. num. 1. & tracta. de iurisdictione ecclesiastica, & seculari, quæst. 2. nu. 12. Paulus de Castro in l. iudicium, num. 9. ff. de iudicijs, optimè Albertus Brunus in tracta. de seditiosis, cap. 6. num. 27. Et semper ista prælatio sacris aduersus temporalia viguit. Quare Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. §. de L. Fuluio, dixit. Non dubitauerunt sacris Imperia seruire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si Diuinæ potentiæ, bene, atque constanter essent famulata. vt meminit Iustus Lipsius aduersus Dialogistam, pagina mihi. 17. Et confirmat Innocent. 3. in integra dicti cap. solitæ, de maiori. & obedien. relata per Anton. Contium, & clarius extrauagans, vnam sanctam, eodem titu. inter communes, dicens. Oportet autem gladium esse sub gladio; & temporalem auctoritatem spiritali subijci potestati. Nam cum dicat Apostolus. Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt: non autem ordinatæ essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam secundum Beatũ Dionysium, Lex diuinitatis est, infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem vniuersi omnia æquè, ac immediatè; sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem, & dignitate, & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, tanto clarius nos fateri oportet, quantò spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerũ gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate testante, spiri-

" spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet, & iu-
" dicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia, & Ecclesiastica potesta-
" te verificatur vaticinium Hieremiæ.cap.1. Ecce constitui te ho-
" die super gentes, & Regna, & cætera quæ sequuntur. Ergo si
" deuiat terrena potestas, iudicabitur ab spirituali. Si deuiat spiri-
" talis minor, à suo superiori. Si verò suprema à solo Deo, non
" ab homine poterit iudicari, testante Apostolo.1.ad Corint.cap.
" 2. Spiritalis homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Ha-
" ctenus Textus.

Quare apparet sanctissimum Dominum nostrum Papam legitimo iure processisse contra dictos Ducem, & Senatum Venetorum: tum ratione peccati: tum vt reducat ipsorum temporalem iurisdictionem à vero deuiantem, ad suos limites, & metam rationis: tum vt suam Apostolicam iurisdictionem, & eius exercitium non impediant. Plura enim in hoc sunt exempla, quibus
235 Ecclesiasticæ iurisdictionis maioritas † fulcitur aduersus quoscunque temporales Principes. Valentinianus Imperator, vt refertur in historia tripartita, li.7.cap.8.& cap. Valentinianus. 63. distinctio. cum ageretur de eligendo Mediolanensi Episcopo, dixit: *Talem itaque in Pontificali constituite sede, cui & nos qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita dum tanquam homines deliquerimus, necessario veluti curantis medicinam suscipiamus.*

236 Et Paulus.1.Pontifex Imperatorem Constantinum, vt imagi-
" nes sublatas restitueret monuit, ac iussit; id si facere recusaret,
" Anathematis censuram minatus, vt refert Platina in ipsius vita: qui in vita Gelasij primi asserit, ipsum excommunicasse Anastasium Imperatorem Constantinopolitanum Zenonis successorē, quod hæreticis & Acchatio faueret: & eadem auctoritate vsus fuit contra Vandalos, & eorum Regem; eo quod Arriana infecti
237 hæresi Catholicos persequebantur. Et † Gregorius.7.Imperatorem Henricum.3. excommunicauit, & ab Imperio deiecit, subditos ab eius fidelitate, & iuramento absoluendo, vt recenset Platina in vita Gregorij eiusdem. Similiter Clemens sextus Carolū Cæsarē fecit designari ab electoribus Barbaro excluso. Et Martinus.4. Petrum Aragoniæ Regem anathemate ferijt; & subditos à iuramento absoluit, vt retulit idem Platina. Facellus lib. 9. posterioris decadis de rebus Siculis, cap.1. Illescas libro. 5. capite

44.in fine in vita Nicolai.3. & cap.45. in Martino.4. Martinus Polonus in eiusdem vita. Ioannes Rioche. libro. 3. parte. 3. de Imperatoribus.cap.72. & seq. Pandulfus Colennucius libro. 5. Ioannes de Pineda lib.22.Monarchiæ Ecclesf.cap.6.Ioa.Lupi.de regno Naua.2.p.§.7.

238 Et † ante ipsos Pontifices Gregorius.3.communione fideliũ, & Imperio priuauit Leonem. 3. Imperatorem, vt ait Platina in vita Gregorij.Petrus Mexia in eiusdem Leonis vita. Aurel. Victor in epitome eius vitæ. Et præfatus Grego. 7. Nicephorum etiam Imperatorem Constantinopo. excommunicauit, vt idem Platina

239 in eius vita retulit.† Et nouiori memoria. Inno.8. Ferdinandum Regem Neapolitanorum excommunicauit, & Regno priuauit, vsqueque obedientiam præstitit Romano Pontifici;ac soluit cẽsum pro Regno eodem Ecclesiæ debito,vt refert Platina in vita Innoc. & Colennucius lib.8.histo.Regni Neapoli.

240 Ex † quibus Stephanus Aufrerius in tracta. de potestate Ecclesiasf.num.45.&.52.concludit.quòd Episcopus potest excommunicare Principem laicum suæ diœcesis. glossa vnica in cap. 11.si autem.11.quæst.3.& in cap.omnes, vbi bonus Tex. de maio.& obed.cap.quoniã quidam.18.distinct.glo.in cap.duo sunt. 96. distinctione dicto cap. Valentinianus. 63. distinctione, cap. dilecto,de sententia excommu.lib.6.

241 Et † multo magis Papa poterit Principem iudicare,& punire. cap. Imperator in fine.96.distinct.cap.sacerdotibus. 11.quæst.1. glossa in cap.nullus eadem causa,& quæstione. & cap. si quis deinceps.17.quæstio.4. & cap. Adrianus.63. distinctione. Aufrer. dicto num.52.Tex.in cap.nos si incompetenter,post medium.1. quæst.7.ibi sic.

242 Et † Beatus Ambrosius Theodosium, & Beatus Innocentius Imperatorẽ Arcadium excommunicauit; & ab Ecclesiæ ingressu prohibuit,quod & Fabianus Papa aduersus Philippum Cæsarem fecit, vt de his referunt Michaël Agia dicto tracta. de exhibendis auxilijs,fundamento. 27. in fine. Petrus Gregorius Syntagma.iuris vniuersi.1.parte,lib.15.cap.1.num.12. & Simancas de Catholicis institutionibus,titulo. 45. de Papa, num. 25. dicens, quòd in ordine ad finem spiritualem habet Pontifex Maximus amplissimam potestatem in omnes Principes orthodoxos: & ideo si Princeps aliquis inutilis esset, aut iniquas leges contra religio-

religionem, aut bonos mores conderet: aut quippiam simile faceret in detrimentum spiritualium rerum; posset Papa seruatis iustis circunstantijs congruum remedium adhibere: priuando etiam talem Principem administratione, & iurisdictione, si id

243 res ipsa postularet, vt Zacharias † Pontifex aduersus Childericum Francorum Regem fecisse traditur, & Pipinum patrem Caroli Imperatoris substituisse. cap. alius. 15. quæstione. 6. Restaurus Castal. in tractatu de Imperatore. quæst. 81. num. 3. Bermond. Chouer. in tractatu de publicis concubinarijs, versiculo apparet ergo. num. 4. Paulus Aemilius lib. 2. de gestis Francorum, in vita Childerici. 3. Petrus Gregorius Syntagma. iuris vniuersi. 1. part. lib. 6. cap. 20. num. 13. & lib. 15. cap. 1. num. 11. & libro. 41. cap. 7. num. 24. Ioannes Lup. de Regno Nauarræ. 2. par. §. 7.

244 Et † Innocentius. 4. idem fecit aduersus Sanctium. 2. Portugaliæ Regem; cui Vicarium propter incapacitatem eius ad Regni gubernationem concessit ac instituit Alphonsum fratrem Boloniæ Comitem, vt dicitur in cap. grandi, de supplen. neglig. præla. in. 6. Simancas dicto titu. 45. num. 25. etsi reseruatum fuerit ius filio legitimo eiusdem Regis, si quem haberet: nec ipse Rex in totum priuatus fuerit, vt ait ille Tex. & docte aduertit Duardus Nonius censura. 26. in libellum Iosephi Texeira; de Regibus Portugal. Cronicon Regis Sanctij. cap. 4. Palac. Rub. dicto. §. 7.

245 Stephanus † autem. 2. Papa priuauit Imperio Constantinum, & eius filium Leonem cùm non subuenissent Ecclesiæ contra Astulphum Regem Longobardorum: & transtulit in Carolum Magnum. cap. venerabilem. 34. de electione. Petrus Greg. 1. par. Syntag. dicto. cap. 20. num. 13. lib 6. & dicto lib. 15. cap. 1. num. 11. & ita à Græcis in Germanos Imperium transtulit. Quod etiam firmauit maiori priuilegio Greg. 5. Summus Pontifex circa annum. 995. vt tradit Platina in eius vita. Blondus lib. 3. decadis. 2. Albertus Crantzius in libro. 4. histo. Saxoniæ, cap. 25. Ioann. Lup. dicto. §. 7.

246 Similiter † etiam Liberius Summus Pontifex restitit conuenticulis à Cæsare indictis contra Athanasium, vt ipsemet testatur, & tradit Ammian. Marcellin. lib. 15. Petrus Gregorius dicto cap. 1. num. 12. in fine,

247 Et † Adrianus Summus Pontifex, cuius mentionem fecimus, priuauit Regno Desiderium Longobardorum Regem vltimum; quia sibi promissa non adimplebat; sed Ecclesiam persequebatur: ad cuius deiectionem Caroli fuit vsus auxilio, vt habetur in cap. Adrianus.63.distinct.cap.hortatu. 23.q. 8.Platina in vita Zachariç.Ioannes Boccatius lib.9.de Principum casu.cap.10.Pineda li. 18.Monarchiæ Ecclesf.cap. 9. §. 4. &. 5.Carolus Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ, in vita Desiderij. Paulus Aemilius in Carolo Magno. Ioannes Lupus de Regno Nauarræ.2.parte.§.7.

248 Et † Inno.3. Otthonem Imperatorem ab Imperio deposuit; & Imperij titulis priuauit: quia monitus vt desisteret à persequutione, qua Fredericum secundum Siciliæ Regem impuberem prosequebatur: & vt illi restitueret Apuliæ Regnum, quod Frederico contra Papæ voluntatem abstulerat; noluit assentire, vt tradunt Platina, & Illescas in vita Innocentij. Franciscus Mau-
249 rolycus lib.3.Sicanicarum historiarum,fol.mihi.115.† Et si postea ipsemet Fredericus, tam per Honorium. 3. quàm Innocen. 4.& Gregorium.9. eo quod ab ipsorum, & Ecclesiæ obedientia se subtraxerat, ipsum excommunicarunt, ac priuarunt Imperio, Regnisque Siciliæ, & Apuliæ, vt recensent vltra Tex.in. cap. ad apostolicæ,de re iudica. in.6. Archiepiescopus Florentinus. 3.p. historiali.titu.19.cap.5. in princ. Petrus Mexia & Aurel. Victor. in vita eiusdem Frederici.& Martinus Polonus in chronico Cæsarum,& Pontificum. Maurolycus vbi proximè. Thomas Fazellus posteriori decade, de rebus Siculis,lib.8.cap.2. Ioannes Lupi vbi proximè. Carolus Sigonius lib. 14. de Regno Italiæ, in vita Frederici.Pineda lib.21. cap. 26. Crantzius in historia Saxoniæ lib. 7. cap. 38. Genebrard. lib. 2. Chronographiæ, pagina mihi. 194. Onuphius Panuinius lib. 3. de Romanis Imperatoribus in eodem Frederico folio.210. Bermon. Chouer. de publi. concubina.super verbo,etiam si regali præfulgeant dignitate,num.28. Restaur. Castal.in tracta.de Imperatore.quæst.81.num. 6.Ioannes à Capistrano in tracta.de aucto.Papæ.2.parte.2.partis principalis,num. 137. Hierony. Gigas in tracta.de crimine læsæ Maiestatis,quæst.65.num. 12.& si errauerit,intelligendo dictum.c. ad apostolicæ, de Federico Barbarussa, de quo superius meminimus. optimè Iosephus Stephanus dicto tracta. de adoratione pedum Summi Pontificis.cap.15.

Et

250 Et † Gregorij septimi facta contra Henricum Imperat. 3. cuius supra memini, referunt Archiepiscopus Florentinus. 2. part. historiali, titulo. 16. cap. 1. §. 21. Colenuncius. lib. 3. histo. Regni Neapolita. Pineda in Monarchia Eccles. lib. 19. cap. 29. §. 6. & lib. 20. cap. 1. qui referunt, Robertum Guiscardi Apuliæ Ducem Pontifici inseruisse aduersus Imperatorem, & ipsum ab eo liberasse, vt asserit Facellus dicta decade posteriori, lib. 7. cap. 1.

251 Et † Vrbanus Papa, & Clemens, vterque eius nominis quartus, Carolum Andegauensem contra Manfredum Siciliæ Regem suscitarunt: eo quod Apostolicam Sedem inquietabat; cuius fauore Manfredus fuit Regno, & vita priuatus per Carolum. glo. verbo vrbano, in Clem. 1. de reliqui. & veneratio. sanctorum. Beuter. lib. 2. historia. Aragoniæ. cap. 20. & 45. Surita in Annalibus eiusdem Regni, lib. 5. cap. 9. Tarcagnota libro. 14. historia mundi. Marius Aretius in chronographia Siciliæ. Illescas lib. 5. Pontificalis historiæ, cap. 38. in Vrbano. 4. Ioannes Rioche in suis historijs cap. 26. pag. 294. Franc. Maurolicus dicto lib. 3. Colenucius libro. 4. Facellus lib. 8. cap. 3. & 4. Castillo in proœm. ll. Tau. glo. Sicilia.

252 Et † vt congessit Ioannes Lupi dicto. §. 7. post Colenucium lib. 5. ait. Vrbanus. 6. priuauit Ioannam Neapolitanorum Reginam, & Innocentius. 7. Ladislaum eiusdem Regni Regem prælio victum Roma fugauit, & in sua permanentem duritie Alexand.

253 5. spoliauit Regno. Et † Martinus Quintus Brachium Montonium Romana oppida inuadentem bello persequutus est, quousque iniustè occupata vnà cum vita amitteret. Et Ioannes. 22. Ludouicum Bauariæ Ducem Romanorum Imperatorem rebellem, ac schismaticum declarauit: eo quod is Galeacium, & Matthæum Vicecomites, contra Ecclesiam foueret. Bonifaciusque. 8. Philippo Gallorum Regnum ademit: & Petro, & Iacobo Co-

254 lumnensibus Cardinalatũ. cap. vnico de schismati. in. 6. & † Pius 2. Sigismundum Austriæ Ducem anathemate ferijt, eo quod Cardinalem in vinculis posuisset. Ludouicum Francorũ Regem graui comminatione impulit, vt pragmaticã tolleret: ac Sigismundum Malatestam Sedi Apostolicæ non parentem, omni ferè spoliauit Dominio: & Borsum Ferrariæ Ducem, eo quod Malatestæ fauere visus fuerat, acriter increpauit; & ad petendum veniam perpulit. Andegauenses armis repulit, & totam Ecclesiæ iurisdictionẽ in

255 in pristinam dignitatem restituit, & ampliauit. Et † Innocen. 8. Ferdinandum Apuliæ Regem deposuit. Et similiter Iulius. 2. Pontifex aduersus Ioannem Nauarræ Regem, & ipsius coniugẽ schismaticos, vt ad longum recensent Platina, & Illescas in vita eiusdem Iulij. Antonius Nebrissensis de bello Nauarriensi, lib. 1. cap. 2. & 3. Gariuai in compendio historiali chronica. Hispaniæ. 2. par. lib. 20. cap. 15. & 3. parte, lib. 29. à cap. 24. Pineda lib. 27. c. 8. §. 3. & latius Ioan. Lup. in toto tract. de iusta detentio. Nauarræ.

256 Et † Sixtus. 4. Venetos Ferrariam (quæ Dominij est Romanæ Ecclesiæ,) bello prementes graui anathemate ferijt; eorum bona cuilibet diripienda permittens; fœdere aduersus ipsos inito cum Italiæ Principibus, vt recenset Pauinius in vita eiusdem Sixti, post opera Platinæ Ioannes Lupi dicto. §. 7. in fine.

Et nisi hæc omnia & similiaquæ in historijs passim habentur, posset Summus Pontifex efficere mutila, dubio procul eius potestas esset, nec satis perfectè Christus prouidisset Ecclesiæ: quod minimè dicendum est. Cum spiritualis Respublica perfecta sit, & sibi sufficiens, vt seipsam seruet indemnem: & ideò ea omnia potest efficere, quæ necessaria fuerint ad suum finem consequen-
257 dum, † Exercendo iurisdictionem in eos, qui in temporalibus alioqui sibi subiecti non essent. Quod quidem iure naturali cuicunque Principi facere contra aliorum Rempublicam licet. cap. cum ad verum. cap. duo sunt. 96. distinctio. cap. si duobus. §. vltimo. de appellation. dicto cap. grandi, de supplen. neglig. prælato. in. 6. Cardinalis TurreCremata in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 114. per totum. Simancas de catholicis institutionibus dicto titu. 45. num. 25.

258 Nec † in prædictis casibus, & alijs similibus, quibus Summus Pontifex contra laicos procedit, potest dici quòd rei sint, & extra forũ suum trahantur: quia omnes Christiani, in quantũ Christiani sunt, ad forum Ecclesiæ pertinent. Nam Theodosius Imperator in. l. 1. titulo, de Episcopali iudicio ad finem lib. 16. Codicis Theodosiani, retulit constitutionem. Imp. Constantini, qua
" inter alia cautum est; quod quicunque litem habens siue posses-
" sor, siue petitor erit, inter initia litis, vel decursis temporum cur-
" riculis; siue cum negotium peroratur; siue cum iam cœperit pro-
" mi sententia, iudicium eligit sacrosanctæ legis antistitis, illicò sine

aliqua

" aliqua dubitatione, etiam si alia pars refragatur ad Episcopum
" cum sermone litigantium dirigatur, &c. quæ constitutio canoni-
" zata habetur in cap. 34. quicunque. 11. quæstione. 1.
259 Et † Imperatores Archadius, & Honorius in l. 8. C. de Episcopali audientia, sanxerunt, Episcoporum iudicium eligi à quibuslibet posse: & ne ab ipsorũ sententijs prouocaretur (inquiunt
" enim). Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sa-
" cerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam
" esse reuerentiã iubemus, quam vestris (scribebant Præfectis Præ-
" torio) necesse est deferri potestatibus, à quibus non licet prouo-
" care, per iudicũ quoque officia definitioni executio tribuatur.
Idemque confirmauit Iustinianus nouella. 123. Et Constantinus vbi proximè: irretractabile decreuit ab Episcopo iam terminatũ
" negotiũ dicens. Omnes causę, quæ vel pretorio iure, vel ciuili tra-
" ctantur, Episcoporũ sententijs terminatæ, perpetuò stabilitatis
" iure firmentur, nec liceat vlterius retractare negotiũ, quod Epis-
" coporũ sententia deciderit. Michaël Agia dicto tractatu de exhiben. auxilijs, fundamento 16. œconom. cano. 3. classi. c. 4. §. 1.
260 Et † est clarior decisio Bonifacij Papæ ad Episcopos Galliæ
" relata in c. 7. quæcunque. 11. q. 1. vbi ait. Quæcunque contentio-
" nes inter Christianos oriuntur, ad Ecclesiam deferantur: & ab
" Ecclesiasticis viris terminentur: etsi obedire noluerint, quousque obediant ab Ecclesiæ liminibus excludantur. Cardinal. Turrecremata in dicto c. cum ad verũ. 96. distinctio. & in allegata summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 114. versic. nec potest. Nauarro in dicto cap. nouit de Iudicijs, notabili. 6. num. 5. & 14. in fine. Diuus Clemens in libro. 2. de constitutionibus Apostolicis, cap. 45. di-
" cens. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognito-
" res seculi ne iudicentur; sed apud Episcopos Ecclesiæ. Assistant
" Iudicio Diaconi, & Presbyteri, & date operam, vt antequam
" Episcopus prouideat fiant amici. Et Idem ferè tradidit Anacletus Papa epistola. 1. nam vt inquit F. Petrus Bollo in œconomia canonica. 3. classi. dicto. §. 1. cap. 4. finis iudicij Ecclesiastici est, vt litigantes reconcilientur; & nequis maneat excæcatus in peccatorum pertinacia. Quare prædicti Imperatores, & Pontifices præfatas emississe sanctiones; quia intellexere verissimum esse quod ait Salmon in proberuijs. *Ex peccatis impiorum oriuntur lites, quas sapiens extinguet.* Ideo ad Episcopos tanquam ad

medi-

medicos spirituales pertinebat curare peccata; quare sanctè & pie optabant, vt sublata causa litium, idest peccatorum, lites simul ablatæ essent, & coram ipsis ad id tractarentur. Iuo. part. 16. cap. 312. Turrecremata dicto cap. 114. propositione. 3. Quare omnia hæc eminentiori modo procedent in Papa, qui Episcoporum, & Primatum, & omnium sacerdotum est caput, cap. ad honorem, de aucto. & vsu Palij. Marcus Anton. Marsil. de Ecclesiæ redditum origine. 2. part. cap. 11. n. 21. Authen. de ecclesiasticis titulis. §. 1. collatio. 9. cap. inter claras. §. reddentes. C. de summa Trinitate, & fide catholica. Isernia lib. 1. cōmentario. ad Const. Siciliæ rubrica de legibus, & consuetudinibus, verbo, & est de mero Imperio. Vargas de Iurisdictio. Episcoporum, axiomate. 2.


261 Nec mirandum est, † quòd Summi Pontificis legis gratię tanta sit in temporales Principes, & Dominos authoritas, & potestas. Cum etiam lege veteri prophetæ, qui summorum sacerdotum vices gerebant, multoties Reges delinquentes increparent, castigarent; & aliquando, propter eorum demerita, Regno priuarēt. Nathan propheta. 2. Regū. c. 12. fortiter correxit Dauid Regem, dicens. Vriam æthēu percussisti gladio: & illius vxorē, accepisti tibi vxorē; quamobrē non recedet gladius de domo tua in sempiternū. Et Samuel propheta reprehenderat antea Saul Regē pro inobedientia, vt patet. 1. Regum. c. 15. & sacerdos summus Azarias increpauit Oziam Regem Iuda; ex eo quòd munus sacerdotū voluisset vsurpare, incensum Domino offerendo. 2. Paralipo. cap. 26. Similiter Helias, cum Achab illi dixisset. Tu ne es ille qui conturbas Israël? Respondit. Non ego turbaui Israël, sed tu, & domus patris tui; qui dereliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baalim. 3. Regum. cap. 18. nec solùm Samuel Saul reprehendit; sed Regno priuauit; eo quòd mandatum Domini non adimpleuit, vt occideret Agag Regem Amalech, & omnes habitantes cum eo; & animalia eorum, cum omni substantia ipsorum, quam Dominus disperdi iusserat. 1. Reg. cap. 15. & 16. vbi apparet Dauid fuisse in eius locum assumptum; & per Samuelem regaliter vnctum. Et Ioiada summus sacerdos Athaliam fœminam suis temporibus in Iudæa regnantem iussit occidi, postquam ipsam Regno priuauerat, & Ioam de Regio semine vnxit in Regem, & diadema posuit super caput eius. 4. Regum. cap. 11.

Daniel

Daniel etiam propheta, cum Nabuchdonosor Babylonis, & Assyriorum Rex templum Hierusalem destruxisset; & vasorum eius partem asportauit, propter eius superbiam, & religionis contemptum iussu Dei eum à Regno deposuit; & vt bestia fuit effectus: nam septem annis fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est, quousque misericordia Dei ad cœlum oculos leuans sensus illi redditus est; & altissimo benedixit, & viuentem in sempiternum laudauit, & glorificauit: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione, & generationem. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei. Quare fecisti? vt latius habetur Daniel. cap. 4. &. 5. vbi idem propheta sententiã priuationis Regni aduersus Balthasar filium Nabuchdonosor, & translationis in Medos, & Persas ob prophanata eadem sacra vasa. Nec dissimilis casus fuit Sedechiæ Regis Iuda, qui Regno priuatus pessima morte perijt, cùm Hieremiam prophetam carcerasset, vt habetur Hierem. cap. 29. *Impletaq; sunt comminationes Domini. 17. cap. Deuterono. Aduersus Reges contra eius praecepta inibi tradita regnantes.* Palacios Rub. in dicto tractatu de iusta detentione Regni Nauarræ. 2. p. §. 8. concludens, quòd cum sacerdotium legis gratiæ sit perfectius, vt per Aposto. ad Hebræos. cap. 7. & cap. translato, de constitution. si veteris legis sacerdotes supradicta efficere poterant: multo fortius poterit Summus sacerdos nouę legis, cuius dignitas excel-
262 lentior est: † quapropter caput & principiũ dicitur sacerdotum ad similitudinem Mosis. cap. sacrosancta. 22. distinctio. & in eo debet impleri, quod in veteri sacerdotio obseruabatur, iuxta cap. per venerabilem. §. rationibus, versic. sanè qui filij
« sint legitimi, vbi ait tex. Sanè cum Deuteronomium lex secun-
« da interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi de-
« cernitur, in nouo testamento debet obseruari: quia Summus
« Pontifex in Ecclesia Dei gerit vicem illius prophetæ, de quo
« Deuteronomij cap. 18. Prophetam suscitabo vobis de fratri-
« bus vestris, & quicunque non audierit illum prophetam, ego
« vltor ero, pœnam scilicet temporalem, & æternam infligẽdo.
« Nam vt dicitur. cap. 17. Deuteronom. Qui superbierit nolens

" obedire sacerdotis imperio, qui pro tempore erit, moriea-
" tur; & qui obedire sacerdoti contempserit, lapidibus eum
" obruet populus: quæ auctoritas de Summo Pontifice expo-
263 nitur in dicto cap. per venerabilem: quia † omnes ipsi obedire, eumq; sequi tenentur, vt Aposto. ait ad Roman. cap. 9. & in cap. magnum. 11. q. 1. cap. omnis anima, de cẽsibus. cap. esto sub iectus. 95. dist. qui ait. Esto subiectus Põtifici tuo, & quasi pa-
264 rentem animæ ama: † aliàs enim Deo resistitur, secundum Aposto. ad Roman. cap. 12. cap. qui resistit. 11. q. 3. c. si qui. 81. dist. cap. si quis præpostera. 50. dist. cap. sciendum. 8. q. 1. cap. quoniam. 24. quæst. 1. vt merito applicetur illud. 1. Reg. cap. 15. *Peccatum ariolandi est non obedire: & scelus idololatriæ non acquiescere.* Ideò non est mirandum si Papa corrigat, castiget, & deponat Venetos, & quoscunque seculares Principes peccantes, & ei non parentes; & multo magis vt reuocet, & casset iniqua ipsorum statuta aduersus libertatem Ecclesiasticam emissa. Ex quo satis apparet legitima promulgatio dicti Monitorij: & omnibus iustitiæ necessarijs partibus esse munitum: tam potestatis, quàm rectitudinis, & rititudinis.

Finis partis quintæ.



SVM-

SVMMARIVM SEXTAE PARTIS.



1 *ICARIATVS Ecclesiæ solùm fuit datus Petro, & successoribus.*

2 *Beati Iordanes reprehẽsio facta Frederico. 2. Imperatori.*

3 *Vicariatus non transit in concilium, nec collegium Cardinalium.*

4 *Papæ potestas est immediatè à Deo.*

5 *Beatus Athanasius probat primatum Papæ, & Romanæ Ecclesiæ.*

6 *Anacletus Papa confirmat idem.*

7 *Petrus, siue Cephas, est fundamentum, & habet proprietatem capitis.*

8 *Fœlix. 2. probat eundem primatum.*

9 *Leo.1.&.2.comprobant idem, & num* 10. *&*.11.

12 *Gregorius.7. comprobat idem.*

13 *Petrus factus coryphæus Apostolorum, & caput Ecclesiarum.*

14 *Papa est verus successor Christi in terris per eum institutus.*

15 *Intellectus cap.concilia.17.dist. & ibi, quòd potestas*

Papæ est solum à Christo, non à concilijs.
16 *Conciliũ nõ accepit potestatis plenitudinẽ sicut Papa.*
17 *Concilia sumunt robur à Papa, non è contra.* & n.18.
19 *Concilij conuocatio ad Papam spectat.*
20 *Summus sacerdos legis veteris priuilegium habebat, ne sine ipso conuocaretur conuentus in regione.*
21 *Collegij conuocatio, vel vniuersitatis, spectat ad maiorem eiusdem.*
22 *Senatus apud Romanos habebatur authoritate eius qui in vrbe summam potestatem habebat.*
23 *Authoritas congregandi populum spectat ad Regem in suo Regno.*
24 *Congregationes hominum sunt periculosæ monarchis.*
25 *Tarquinius superbus, & Nero sustulerunt cõgregationes.*
26 *Totius populi Christiani cura ad Papam spectat.*
27 *Congregatio Concilij pertinet ad eum, cui omnes debent obedire.*
28 *Omnes debent laborare, vt obedientia præstetur Sancto Patri.*
29 *Maior in Ecclesia particulari conuocat capitulum. Archiepiscopus conuocat synodũ Metropolitanam.*
30 *Episcopus conuocat synodum diœcesanam.*
31 *Schismata orirentur, si alius quàm Papa posset congregare concilium.*
32 *Concilium non est, quod Summi Pontificis iniussu cõgrega-*

gregatur, & num. 33.

34 *Conciliabulum dicitur congregatum sine Rom.* Pōt. *authoritate.*

35 *Conuenticuli nomen sonat in malum.*

36 *Nullum est concilium, quod* Papa *non conuocat.*

37 *Concilij de essentia est, quòd* Papa, *vel alius, eius nomine præsit.*

38 Papa *est caput Concilij, sicut Ecclesiæ vniuersalis.*

39 *Concilium sine* Papa *aut vices eius habēte est corpus acæphalum.*

40 *Acta omnia Concilij debent* Papæ *authoritate fieri.*

41 *Synodus est irrita, quæ nō fulcitur authoritate* Papæ.

42 Papa *emendat acta conciliorum emendatione digna.*

43 *Constitutiones conciliares sub nomine* Papæ *publicantur primo loco, & secundo Concilij.*

43 *Leo.X. probat superioritatem* Papæ *ad Concilia.*

44 Pius.4.*idem confirmat.*

45 Papæ *authoritas salua manet sēper in omnibus Cōcilijs.*

46 *Concilia ipsa semper excipiūt sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritatem.*

47 *Concilij potestas non est maior quàm* Papæ.

48 Papæ *potestas maior & excellentior quàm Concilij.*

49 *Cōcilia petierunt cōfirmationē actorū suorū à* Papa.

50 *Papa habet omnimodam potestatem.*

51 *Papa est omnia, & super omnia.*

52 *Papa non potest facere se minorem concilio.*

53 Papa non potest se subijcere Concilio.
54 Papa non potest tollere ius suæ superioritatis.
55 Papæ potestas suprema est inabdicabilis ab eo.
56 Papa non potest parem, aut superiorē sibi cōstituere.
57 Superius est secūdū naturā principalius, quā inferi⁹.
58 Papa à nullo dependet; & est sicut sol in planetis.
59 Concilia non possunt restringere potestatem Papæ.
60 Concilia non possunt ligare Papam.
61 Potestatem habens ab aliquo, nō vtitur ea cōtra illū.
62 Conciliū nō potest facere constitutionem contra statutum Papæ.
63 Papæ potestas non est humana, sed diuina.
64 Petri Apostoli excellentia ostenditur.
65 Papæ constitutiones appellantur diuinæ.
66 Papæ constitutiones non possunt tolli per Concilium.
67 Papa habet potestatis plenitudinem super Concilia.
68 Papa interpretatur, & decidit Conciliorum dubia.
69 Papa dispensat contra statuta conciliorum.
70 Papa tollit constitutiones conciliorum.
71 Episcopi potestas est maior quàm synodi.
72 Papa tollit statuta concilij derogando eis.
73 A concilio potest appellari ad Papam; & nu.77.
74 Appellationis ius pertinet ad superiorem.
75 Appellationis substantia est, quòd de minori ad maiorem appelletur.
76 Cōsuetudo quòd de maiori appelletur ad minorem nō (valet.

Infe-

77 *Inferiorem habere potestatem in superiora absonum est.*

78 *Papa concedendo concilijs potestatem, non concessit ius superioritatis.*

79 *Appellare à Principe stultum est.*

80 *Papa est Princeps.*

81 *Romanus consilio. 521. declaratur.*

82 *A Vicerege quando non appelletur.*

83 *A Papa non potest appellari.*

84 *Papa legitimè electus dicitur Deus in terris.*

85 *Papa quod facit, videtur facere vt Deus.*

86 *Papa præsumitur iudicare vt Deus foret iudicaturus.*

87 *Papa est vnicus fons iustitiæ vberrimus.*

88 *Papa potest secundũ conscientiam propriã iudicare.*

89 *Papa non potest recusari.*

90 *Appellatio, & recusatio parificantur in iure.*

91 *Papæ sentẽtia præsumitur iustè & canonicè promulgata.*

92 *Mundus totus etiam si sentiat contra Papam, statur eius sententiæ.*

93 *Nemo potest iudicare de iudicio sedis Apostolicæ.*

94 *Appellationes totius Ecclesiæ ad sedem Apostolicam deferuntur.*

95 *A sẽtẽtia Papæ nõ appellatur ad collegiũ Cardinaliũ.*

96 *Papa est potestas, & superior Cardinalium iudex.*

97 *Papa licet nõ consueuerit expedire negotia põderosa sine consilio Cardinaliũ, non tenetur si nolit, id ex necessitate facere.*

98 *Consuetudine introduci non potest, ne* Papa *agat sine consilio Cardinalium.*

99 *Præscriptio nulla currit cõtra supremã potestatẽ Papæ.*

100 *Papa cõparatur ad Cardinales sicut cœlũ ad terrã.*

101 *Bartol. in l. vbi absunt. ff. de tut. & cura. dat. ab his reprobatur.*

102 *Papa etsi faciat aliquid de Cardinaliũ consilio, factũ publicatur sub solo nomine Papæ.*

103 *Actus denominatur à principali agente, & nõ à præstante consilium.*

104 *Appellari nõ potest à Papa ad successorẽ. & n. 106.*

105 Papa *viuens & in actu est maior quàm futurus, qui est in sola potentia.*

106 *Actus est prior, melior, & honorabilior in bonis, quã potentia.*

107 *Appellari non potest à Papa ad Deum.*

108 Papa *facit idem consistorium cum Deo.*

109 *Appellãs à Papa ad Deũ dicitur appellare cõtra Deũ*

110 *Deus habet determinatum in sua æterna præuidẽtia diem vniuersalis iudicij.*

111 *Appellatio est remedium iuris.*

112 *Appellãs à Papa ad Deũ dicitur incidere in hæresim.*

113 *Appellare nõ licet à Papa ad Christum.*

Papæ

Papæ & Christi est idem consistorium. ibidem.

114 *Papa mortuo non dicitur vacare Ecclesia.*

115 *Christus est caput, spōsus, rector, & pastor Ecclesiæ.*

116 *Papa est pastor visibilis relictus per Christum ascendentem in cœlos.*

117 *Papa licet moriatur, non moritur Sedes Apostolica.*

118 *Papa mortuo, Ecclesia non remanet acæphala.*

119 *Papa est Dei, & Christi vicarius in terris.*

120 *Appellari nō potest à vicario ad eū cui' est vicarius.*

121 *Appellans à Papa ad Christum est hæreticus.*

122 *Appellantes à Papa friuolè & contra leges appellāt.*

123 *Committens in legem non vtitur beneficio eius.*

124 *Appellatio nulla, & friuola non attēditur in iure, & nu 125.*

126 *Appellationis remedium est inuentum ad innocētiæ præsidium, & iusti prosequutionē, non ad iniquitatis defensionem.*

127 *Iudex vbi non est, non datur iudicium.*

128 *Paulus an Petrū reprehenderit, & fuerit æqualis ei.*

129 *Pauli reprehensio quomodo intelligatur.*

130 *Pastor primus ouilis Ecclesiæ fuit Christus Dei filius.*

131 *Petrus, & successores Summi Pontifices post ascensionem Christi sunt pastores ouilis Ecclesiæ.*

132 *Petr' fuit dignitate, & administratione maior Paulo.*

133 *Paulus non potuit in Petro reprehendere quod ipse faciebat.*

134 *Legaliũ obseruatio, à quo tẽpore incœpit esse mortifera.*
135 *Paulus recognouit superioritatem Petri.*
136 *Paulus ad consequendam doctrinæ veritatem mansit penes Petrum diebus quindecim.*
137 *Pauli, & Petri historia, in qua Paulus obedientiã, & reuerentiam exhibuit Petro.*
138 *Petrus non poterat iudicari à Paulo.*
139 *Papa nullum recognoscit iudicem nisi Deum: & ibi exemplum Marcellini Papæ.*
140 *Cardinales, aut alij non possunt esse iudices Papæ, quia inferiores.*
141 *Historia Leonis Papæ calumniati, qui seipsum suo iudicio absoluit, & non aliquem recognouit recẽsetur. & num.144. & nu.223.*
142 *Oues nõ debẽt reprehendere, neq; ferire pastorẽ.* (*ri.*
143 *Diuino iudicio reseruata nõ debẽt ab humano iudica*
145 *Peccata Papæ, excepta hæresi probata & cõtumaci, solum Deum habent vltorem.*
146 *Petrus & successores relicti sunt à Christo pastores Ecclesiæ cum suprema iurisdictione exempta ab aliorum potestate.*
147 *Consilij Constantiensis gesta cõtra authoritatẽ Põtificis nec ab Ecclesia recepta, nec à Summo Põtifice sunt approbata.*
148 *Constantiense Concilium solùm fuit approbatum in tangentibus fidem, & num.149.*

Basi-

150 *Basiliēse fuit conciliabulū post trāslationē Eugenij.*
151 Papa *semper præsumitur bonus.*
152 *Audiendus non est Ioannes Gerson in tangentibus potestatem* Papæ.
153 *Dioscorus damnatus à Synodo Chalcedonensi, quia ausus fuit excommunicationem in Summū* Pont. *Leonem proferre.*
154 Papæ *potestatem adducere in controuersiam, est ponere os in cælum.*
155 *Nouitates Gersonis, & similium authorū respuendæ.*
156 *Fidedigna habentur, quæ multi dixerunt, & omnes audiuere.*
157 *Confidentiæ est, velle conuellere quod ab omnibus receptum est.*
158 *Veritas perfectius inuenitur à pluribus.*
159 *Iudicium melius est, quod plurimorum sententijs cōfirmatur.*
160 *Opiniones singulares destruunt veritatem.*
161 *Nouitates opinionum procedunt ex vanagloria.*
162 *Rectius habetur quod plures sentiūt, quā quod vnus.*
163 *Ioannes Gerson multa tenuit malè sonātia in Theologia, & circa potestatem* Papæ, *& ita reprobatur.*
164 *Ioannes Gerson scripsit tempore schismatis, quo non cognoscebatur* Pontifex *certus.*
165 *Concilium discutit inter contendentes de* Papatu.
166 Papa *si est certus, & nō dubitatur de assūptione eius,*

tunc

255 in pristinam dignitatem restituit, & ampliauit. Et † Innocen. 8. Ferdinandum Apuliæ Regem deposuit: Et simillter Iulius. 2. Pontifex aduersus Ioannem Nauarræ Regem, & ipsius coniugē schismaticos, vt ad longum recensent Platina, & Illescas in vita eiusdem Iulij. Antonius Nebrissensis de bello Nauarriensi, lib. 1. cap. 2. &. 3. Gariuai in compendio historiali chronica, Hispaniæ. 2. par. lib. 20. cap. 15. &. 3. parte, lib. 29. à cap. 24. Pineda lib. 27. c. 8. §. 3. & latius Ioan. Lup. in toto tract. de iusta detentio. Nauarræ.

256 Et † Sixtus. 4. Venetos Ferrariam (quæ Dominij est Romanæ Ecclesiæ,) bello prementes graui anathemate ferijt; eorum bona cuilibet diripienda permittens; fœdere aduersus ipsos inito cum Italiæ Principibus, vt recenset Pauinius in vita eiusdem Sixti, post opera Platinæ Ioannes Lupi dicto, §. 7. in fine.

Et nisi hæc omnia & similiaque in historijs passim habentur, posset Summus Pontifex efficere mutila, dubio procul eius potestas esset, nec satis perfectè Christus prouidisset Ecclesiæ: quod minimè dicendum est. Cum spiritualis Respublica perfecta sit, & sibi sufficiens, vt seipsam seruet indemnem: & ideo ea omnia potest efficere, quæ necessaria fuerint ad suum finem consequen-

257 dum, † Exercendo iurisdictionem in eos, qui in temporalibus alioqui sibi subiecti non essent. Quod quidem iure naturali cuicunque Principi facere contra aliorum Rempublicam licet. cap. cum ad verum. cap. duo sunt. 96. distinctio. cap. si duobus. §. vltimo. de appellation. dicto cap. grandi, de supplen. neglig. prælato. in. 6. Cardinalis Turre Cremata in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 114. per totum. Simancas de catholicis institutionibus dicto titu. 45. num. 25.

258 Nec † in prædictis casibus, & alijs similibus, quibus Summus Pontifex contra laicos procedit, potest dici quòd rei sint, & extra forũ suum trahantur: quia omnes Christiani, in quantũ Christiani sunt, ad forum Ecclesiæ pertinent. Nam Theodosius Imperator in. l. 1. titulo, de Episcopali iudicio ad finem lib. 16. Codicis Theodosiani, retulit constitutionem. Imp. Constantini, qua
" inter alia cautum est; quòd quicunque litem habens siue posses-
" sor, siue petitor erit, inter initia litis, vel decursis temporum cur-
" riculis; siue cum negotium peroratur; siue cum iam cœperit pro-
" mi sententia, iudicium eligit sacrosanctæ legis antistitis, illicò sine

aliqua

aliqua dubitatione, etiam si alia pars refragatur ad Episcopum cum sermone litigantium dirigatur, &c. quæ constitutio canonizata habetur in cap. 34. quicunque. 11. quæstione. 1.

359 Et † Imperatores Archadius, & Honorius in l. 9. C. de Episcopali audientia, sanxerunt, Episcoporum iudicium eligi à quibuslibet posse: & ne ab ipsorũ sententijs prouocaretur (inquiunt enim). Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiã iubemus, quam vestris (scribebant Præfectis Prætorio) necesse est deferri potestatibus, à quibus non licet prouocare, per iudicũ quoque officia definitioni executio tribuatur. Idemque confirmauit Iustinianus nouella. 123. Et Constantinus vbi proximè: irretractabile decreuit ab Episcopo iam terminatũ negotiũ dicens. Omnes causę, quæ vel prętorio iure, vel ciuili tractantur, Episcoporũ sententijs terminatæ, perpetuò stabilitatis iure firmentur, nec liceat vlterius retractare negotiũ, quod Episcoporũ sententia deciderit. Michaël Agia dicto tractatu de exhiben. auxilijs, fundamento. 16. œconom. cano. 3. classi. c. 4. §. 1.

360 Et † est clarior decisio Bonifacij Papæ ad Episcopos Galliæ relata in c. 7. quæcunque. 11. q. 1. vbi ait. Quæcunque contentiones inter Christianos oriuntur, ad Ecclesiam deferantur: & ab Ecclesiasticis viris terminentur: etsi obedire noluerint, quousque obediant ab Ecclesiæ liminibus excludãtur. Cardinal. Turrecremata in dicto. c. cum ad verũ. 96. distinctio. & in allegata summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 114. versic. nec potest. Nauarro in dicto cap. nouit de Iudicijs, notabili. 6. num. 5. &. 14. infine. Diuus Clemens in libro. 2. de constitutionibus Apostolicis. cap. 45. dicens. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi ne iudicentur; sed apud Episcopos Ecclesiæ. Assistant Iudicio Diaconi, & Presbyteri, & date operam, vt antequam Episcopus prouideat fiant amici. Et Idem ferè tradidit Anacletus Papa epistola. 1. nam vt inquit F. Petrus Bollo in œconomia canonica. 3. classi. dicto. §. 1. cap. 4. finis iudicij Ecclesiastici est, vt litigantes reconcilientur; & nequis maneat excæcatus in peccatorum pertinacia. Quare prædicti Imperatores, & Pontifices præfatas emissere sanctiones; quia intellexere verissimum esse quod ait Salmon in proberuijs. *Ex peccatis impiorum oriuntur lites, quas sapiens extinguet.* Ideo ad Episcopos tanquam ad medi-

medicos spirituales pertinebat curare peccata; quare sanctè & pie optabant, vt sublata causa litium, idest peccatorum, lites simul ablatæ essent, & coram ipsis ad id tractarentur. Iuo. part. 16. cap. 312. Turrecremata dicto cap. 114. propositione. 3. Quare omnia hæc eminentiori modo procedent in Papa, qui Episcoporum, & Primatum, & omnium sacerdotum est caput, cap. ad honorem, de aucto. & vsu Palij. Marcus Anton. Marsil. de Ecclesias. redditu um origine. 2. part. cap. 11. n. 21. Authen. de ecclesiasticis titulis. §. 1. collatio. 9. cap. inter claras. §. reddentes. C. de summa Trinitate, & fide catholica. Isernia lib. 1. comentario. ad Const. Siciliæ rubrica de legibus, & consuetudinibus, verbo, & est de mero Imperio. Vargas de Iurisdictio. Episcoporum, axiomate. 2.

261 Nec mirandum est, † quòd Summi Pontificis legis gratię tanta sit in temporales Principes, & Dominos authoritas, & potestas. Cum etiam lege veteri prophetæ, qui summorum sacerdotum vices gerebant, multoties Reges delinquentes increparent, castigarent; & aliquando, propter eorum demerita, Regno priuarent. Nathan propheta. 2. Regū. c. 12. fortiter correxit Dauid Regem, dicens. Vriam æthęū percussisti gladio: & illius vxorē, accepisti tibi vxorē; quamobrē non recedet gladius de domo tua in sempiternū. Et Samuel propheta reprehenderat antea Saul Regē pro inobedientia, vt patet. 1. Regum. c. 15. & sacerdos summus Azarias increpauit Oziam Regem Iuda; ex eo quòd munus sacerdotū voluisset vsurpare, incensum Domino offerendo. 2. Paralipo. cap. 26. Similiter Helias, cum Achab illi dixisset. Tu ne es ille qui conturbas Israel? Respondit. Non ego turbaui Israël, sed tu, & domus patris tui; qui dereliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baalim. 3. Regum. cap. 18. nec solùm Samuel Saul reprehendit; sed Regno priuauit; eo quod mandatum Domini non adimpleuit, vt occideret Agag Regem Amalech, & omnes habitantes cum eo; & animalia eorum, cum omni substantia ipsorum, quam Dominus disperdi iusserat. 1. Reg. cap. 15. & 16. vbi apparet Dauid fuisse in eius locum assumptum; & per Samuelem regaliter vnctum. Et Ioiada summus sacerdos Athaliam fœminam suis temporibus in Iudæa regnantem iussit occidi, postquam ipsam Regno priuauerat, & Ioam de Regio semine vnxit in Regem, & diadema posuit super caput eius. 4. Regum. cap. 11.

Daniel

Daniel etiam propheta, cum Nabuchdonosor Babylonis, & Assyriorum Rex templum Hierusalem destruxisset; & vasorum eius partem asportauit, propter eius superbiam, & religionis contemptum iussu Dei eum à Regno deposuit; & vt bestia fuit effectus: nam septem annis fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est, quousque misericordia Dei ad cœlum oculos leuans sensus illi redditus est; & altissimo benedixit, & viuentem in sempiternum laudauit, & glorificauit: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione, & generationem. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quare fecisti? vt latius habetur Daniel. cap. 4. & 5. vbi idem propheta sententiã priuationis Regni aduersus Balthasar filium Nabuchdonosor, & translationis in Medos, & Persas ob prophanata eadem sacra vasa. Nec dissimilis casus fuit Sedechiæ Regis Iuda, qui Regno priuatus pessima morte perijt, cùm Hieremiam prophetam carcerasset, vt habetur Hierem. cap. 29. *Impleteq; sunt comminationes Domini.* 17. cap. Deuterono. *Aduersus Reges contra eius præcepta inibi tradita regnantes.* Palacios Rub. in dicto tractatu de iusta detentione Regni Nauarræ. 2. p. §. 8. concludens, quòd cum sacerdotium legis gratiæ sit perfectius, vt per Apo sto. ad Hebræos. cap. 7. & cap. translato, de constitution. si veteris legis sacerdotes supradicta efficere poterant: multo fortius poterit Summus sacerdos nouę legis, cuius dignitas excel

262 lentior est: † quapropter caput & principiũ dicitur sacerdotum ad similitudinem Mosis. cap. sacrosancta. 22. distinctio. & in eo debet impleri, quod in veteri sacerdotio obseruabatur, iuxta cap. per venerabilem. §. rationibus, versic. sanè qui filij

" sint legitimi, vbi ait tex. Sanè cum Deuteronomium lex secun
" da interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi de-
" cernitur, in nouo testamento debet obseruari: quia Summus
" Pontifex in Ecclesia Dei gerit vicem illius prophetæ, de quo
" Deuteronomij cap. 18. Prophetam suscitabo vobis de fratri-
" bus vestris, & quicunque non audierit illum prophetam, ego
" vltor ero, pœnam scilicet temporalem, & æternam infligẽdo.
" Nam vt dicitur, cap. 17. Deuteronom. Qui superbierit nolens

" obedire sacerdotis imperio, qui pro tempore erit, morie-
" tur; & qui obedire sacerdoti contempserit, lapidibus eum
" obruet populus: quæ auctoritas de Summo Pontifice expo-
263 nitur in dicto cap. per venerabilem: quia † omnes ipsi obedire, eumq; sequi tenentur, vt Aposto. ait ad Roman. cap. 9. & in cap. magnum. 11. q. 1. cap. omnis anima, de cẽsibus. cap. esto sub iectus. 95. dist. qui ait. Esto subiectus Pōtifici tuo, & quasi pa-
264 rentem animæ ama: † aliàs enim Deo resistitur, secundum Apo sto. ad Roman. cap. 12. cap. qui resistit. 11. q. 3. c. si qui. 81. dist. cap. si quis præpostera. 50. dist. cap. sciendum. 8. q. 1. cap. quoniam. 24. quæst. 1. vt merito applicetur illud. 1. Reg. cap. 15. *Peccatum ariolandi est non obedire: & scelus idololatriæ non acquiescere.* Ideò non est mirandum si Papa corrigat, castiget, & deponat Venetos, & quoscunque seculares Principes peccantes, & ei non parentes; & multo magis vt reuocet, & casset iniqua ipsorum statuta aduersus libertatem Ecclesiasticam emissa. Ex quo satis apparet legitima promulgatio dicti Monitorij: & omnibus iustitiæ necessarijs partibus esse munitum: tam potestatis, quàm rectitudinis, & rititudinis.

Finis partis quintæ.



SVM.

SVMMARIVM SEXTAE PARTIS.



1 VICARIATVS Ecclesiæ solùm fuit datus Petro, & successoribus.

2 Beati Iordanes reprehẽsio facta Frederico. 2. Imperatori.

3 Vicariatus non transit in concilium, nec collegium Cardinalium.

4 Papæ potestas est immediatè à Deo.

5 Beatus Athanasius probat primatum Papæ, & Romanæ Ecclesiæ.

6 Anacletus Papa confirmat idem.

7 Petrus, siue Cephas, est fundamentum, & habet proprietatem capitis.

8 Fœlix. 2. probat eundem primatum.

9 Leo.1.&.2.comprobant idem, & num 10. &.11.

12 Gregorius.7. comprobat idem.

13 Petrus factus coryphæus Apostolorum, & caput Ecclesiarum.

14 Papa est verus successor Christi in terris per eum institutus.

15 Intellectus cap.concilia.17.dist. & ibi, quòd potestas

Papæ est solum à Christo, non à concilijs.

16 *Conciliũ nõ accepit potestatis plenitudinẽ sicut Papa.*

17 *Concilia sumunt robur à Papa, non è contra. & n. 18.*

19 *Concilij conuocatio ad Papam spectat.*

20 *Summus sacerdos legis veteris priuilegium habebat, ne sine ipso conuocaretur conuentus in regione.*

21 *Collegij conuocatio, vel vniuersitatis, spectat ad maiorem eiusdem.*

22 *Senatus apud Romanos habebatur authoritate eius qui in vrbe summam potestatem habebat.*

23 *Authoritas congregandi populum spectat ad Regem in suo Regno.*

24 *Congregationes hominum sunt periculosæ monarchis.*

25 *Tarquinius superbus, & Nero sustulerunt cõgregationes.*

26 *Totius populi Christiani cura ad Papam spectat.*

27 *Congregatio Concilij pertinet ad eum, cui omnes debent obedire.*

28 *Omnes debent laborare, vt obedientia præstetur Sancto Patri.*

29 *Maior in Ecclesia particulari conuocat capitulum.*
Archiepiscopus conuocat synodũ Metropolitanam.

30 *Episcopus conuocat synodum diœcesanam.*

31 *Schismata orirentur, si alius quàm Papa posset congregare concilium.*

32 *Concilium non est, quod Summi Pontificis iniussu cõgrega-*

gregatur, & num. 33.

34 *Conciliabulum dicitur congregatum sine Rom.* Pōt. *authoritate.*

35 *Conuenticuli nomen sonat in malum.*

36 *Nullum est concilium, quod* Papa *non conuocat.*

37 *Concilij de essentia est, quòd* Papa, *vel alius, eius nomine præsit.*

38 Papa *est caput Concilij, sicut Ecclesiæ vniuersalis.*

39 *Concilium sine* Papa *aut vices eius habēte est corpus acæphalum.*

40 *Acta omnia Concilij debent* Papæ *authoritate fieri.*

41 *Synodus est irrita, quæ nō fulcitur authoritate Papæ.*

42 *Papa emendat acta conciliorum emendatione digna.*

43 *Constitutiones conciliares sub nomine Papæ publicantur primo loco, & secundo Concilij.*

43 *Leo. X. probat superioritatem* Papæ *ad Concilia.*

44 Pius. 4. *idem confirmat.*

45 Papæ *authoritas salua manet sēper in omnibus Cōciliis.*

46 *Concilia ipsa semper excipiūt sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritatem.*

47 *Concilij potestas non est maior quàm Papæ.*

48 *Papæ potestas maior & excellentior quàm Concilij.*

49 *Cōcilia petierunt cōfirmationē actorū suorū à Papa.*

50 *Papa habet omnimodam potestatem.*

51 *Papa est omnia, & super omnia.*

52 *Papa non potest facere se minorem concilio.*

Infe-

77 *Inferiorem habere potestatem in superiora absonum est.*

78 *Papa concedendo concilijs potestatem, non concessit ius superioritatis.*

79 *Appellare à Principe stultum est.*

80 *Papa est Princeps.*

81 *Romanus consilio. 521. declaratur.*

82 *A Vicerege quando non appelletur.*

83 *A Papa non potest appellari.*

84 *Papa legitimè electus dicitur Deus in terris.*

85 *Papa quod facit, videtur facere vt Deus.*

86 *Papa præsumitur iudicare vt Deus foret iudicaturus.*

87 *Papa est vnicus fons iustitiæ vberrimus.*

88 *Papa potest secundũ conscientiam propriã iudicare.*

89 *Papa non potest recusari.*

90 *Appellatio, & recusatio parificantur in iure.*

91 *Papæ sentẽtia præsumitur iustè & canonicè promulgata.*

92 *Mundus totus etiam si sentiat contra Papam, statur eius sententiæ.*

93 *Nemo potest iudicare de iudicio sedis Apostolicæ.*

94 *Appellationes totius Ecclesiæ ad sedem Apostolicam deferuntur.*

95 *A sẽtẽtia Papæ nõ appellatur ad collegiũ Cardinaliũ.*

96 *Papa est potestas, & superior Cardinalium iudex.*

97 Papa licet nõ consueuerit expedire negotia põderosa sine consilio Cardinaliũ, non tenetur si nolit, id ex necessitate facere.

98 Consuetudine introduci non potest, ne Papa agat sine consilio Cardinalium.

99 Praescriptio nulla currit cõtra supremã potestatẽ Papae.

100 Papa cõparatur ad Cardinales sicut cœlũ ad terrã.

101 Bartol. in l. vbi absunt. ff. de tut. & cura. dat. ab his reprobatur.

102 Papa etsi faciat aliquid de Cardinaliũ consilio, factũ publicatur sub solo nomine Papae.

103 Actus denominatur à principali agente, & nõ à praestante consilium.

104 Appellari nõ potest à Papa ad successorẽ. & n. 106.

105 Papa viuens & in actu est maior quàm futurus, qui est in sola potentia.

106 Actus est prior, melior, & honorabilior in bonis, quã potentia.

107 Appellari non potest à Papa ad Deum.

108 Papa facit idem consistorium cum Deo.

109 Appellãs à Papa ad Deũ dicitur appellare cõtra Deũ

110 Deus habet determinatum in sua aeterna prauidẽtia diem vniuersalis iudicij.

111 Appellatio est remedium iuris.

112 Appellãs à Papa ad Deũ dicitur incidere in haeresim.

113 Appellare nõ licet à Papa ad Christum.

Papae

Papæ & Christi est idem consistorium. ibidem.

114 *Papa mortuo non dicitur vacare Ecclesia.*

115 *Christus est caput, spõsus, rector, & pastor Ecclesiæ.*

116 *Papa est pastor visibilis relictus per Christum ascendentem in cœlos.*

117 *Papa licet moriatur, non moritur Sedes Apostolica.*

118 *Papa mortuo, Ecclesia non remanet acæphala.*

119 *Papa est Dei, & Christi vicarius in terris.*

120 *Appellari nõ potest à vicario ad eũ cui⁹ est vicarius.*

121 *Appellans à Papa ad Christum est hæreticus.*

122 *Appellantes à Papa friuolè & contra leges appellãt.*

123 *Committens in legem non vtitur beneficio eius.*

124 *Appellatio nulla, & friuola non attẽditur in iure, & nu 125.*

126 *Appellationis remedium est inuentum ad innocẽtiæ præsidium, & iusti prosequutionẽ, non ad iniquitatis defensionem.*

127 *Iudex vbi non est, non datur iudicium.*

128 *Paulus an Petrũ reprehenderit, & fuerit æqualis ei.*

129 *Pauli reprehensio quomodo intelligatur.*

130 *Pastor primus ouilis Ecclesiæ fuit Christus Dei filius.*

131 *Petrus, & successores Summi Pontifices post ascensionem Christi sunt pastores ouilis Ecclesiæ.*

132 *Petr⁹ fuit dignitate, & administratione maior Paulo.*

133 *Paulus non potuit in Petro reprehendere quod ipse faciebat.*

X 5 Lega-

150 *Basilieñse fuit conciliabulũ post trãslationẽ Eugenij.*

151 Papa *semper præsumitur bonus.*

152 *Audiendus non est Ioannes Gerson in tangentibus po testatem* Papæ.

153 *Dioscorus damnatus à Synodo Chalcedonensi, quia ausus fuit excommunicationem in Summũ* Pont. *Leonem proferre.*

154 Papæ *potestatem adducere in controuersiam, est ponere os in cœlum.*

155 *Nouitates Gersonis, & similium authorũ respuendæ.*

156 *Fidedigna habentur, quæ multi dixerunt, & omnes audiuere.*

157 *Confidentiæ est, velle conuellere quod ab omnibus re ceptum est.*

158 *Veritas perfectius inuenitur à pluribus.*

159 *Iudicium melius est, quod plurimorum sententijs cõfirmatur.*

160 *Opiniones singulares destruunt veritatem.*

161 *Nouitates opinionum procedunt ex vanagloria.*

162 *Rectius habetur quod plures sentiũt, quã quod vnus.*

163 *Ioannes Gerson multa tenuit malè sonãtia in Theologia, & circa potestatem* Papæ, *& ita reprobatur.*

164 *Ioannes Gerson scripsit tempore schismatis, quo non cognoscebatur* Pontifex *certus.*

165 *Concilium discutit inter contendentes de* Papatu.

166 Papa *si est certus, & nõ dubitatur de assũptione eius, tunc*

tunc concilium nullo modo est supra Papam.

167 *In causis & litibus diiudicandis, Papæ potestas non est minor quàm concilij, sed maior.*

168 *DD. tenentes Papam hæreticum iudicari à concilio recensentur.*

169 *Papa nunquam est visus hæreticus.*

170 *Christus orauit pro Petro, & successoribus, & impetrauit, ne fides eorum deficeret.*

171 *Anastasij historia à Grationo adducta vera non est.*

172 *Papa præsumitur sanctus, & non delinquere.*

173 *Glo. fina. in c. si Papa. 40. dist. reprobatur, dũ tenuit Papam extra crimen hæresis accusari posse.*

174 *Princeps potest tollere appellationem.*

175 *Papa non submisit sententiam suam emendationi cõcilij, sed suæ.*

176 *Concilium repræsentat vniuersalem Ecclesiam.*

177 *Ecclesiæ potestas fuit excellentiori modo attributa Papæ, tanquam capiti.*

178 *Concilia non possunt ligare Papam, cum sit supra ea.*

179 *Caput est dignius, prætiosius, & nobilius alijs mẽbris.*

180 *Membra à capite sumunt decorem, & fomentum.*

181 *Animæ virtutes, & potentiæ consistunt in capite.*

182 *Caput dirigit membra in suis actibus.*

183 *Membra non debent à capite discedere.*

184 *Romana Ecclesia sola est caput.*

185 *Indecens esset membra esse perfectiora quàm caput.*

In

186 *In capite Ecclesiæ propter suam excellentiam videtur diuinæ pulchritudinis effigies.*

187 *Caput non subijcitur legi membrorum.*

188 *Appellari an possit ab Archiepiscopo ad Concilium prouinciale.*

189 *Inferri nō potest ab Archiepiscopo qui habet superiorem, ad* Papam *qui non habet.*

190 *Præsumitur pro facto* Papæ, *quod à iusta causa processerit.*

191 *Voluntas sola in Principe habetur pro ratione.*

192 *A separatis malè infertur.*

193 *Inferior sententiam superioris non infringit.*

194 *Inferior non potest reuocare factum superioris, licet esset nullum.*

195 *Consuetudo quòd inferior cognoscat de gestis per superiorem, non valet.*

196 Ecclesia Romana *non priuilegiat aliquem contra se.*

197 Papæ *mandatis non licet resistere per viam appellationis ad futurum* Concilium.

198 *Ockam* Parisiensis *Doctor fuit schismaticus, & infestus authoritati* Pōtificis: *& ita ipse & Gerson eius discipulus non audiuntur.*

199 *Primum fundamentum* Ioannis *Gersonis ad inducendam appellationem à Papa ad Cōcilium refertur.*

200 *Verbū, dic Ecclesiæ, intelligitur de ipso Petro Apostolo, quaten⁹ erat persona publica, & caput* Ecclesiæ.

Petrus

201 *Petrus repræsentat Ecclesiam, nõ Ecclesia* Petrum.
202 Papa *solus est successor Christi, non Ecclesia.*
203 *Verba, dic Ecclesiæ, non habẽt locum contra* Papã.
204 *Verba, dic Ecclesiæ, interpretãtur id est, dic prælato, quem* Papa *non habet supra se.*
205 Papa *subijcitur legi euãgelicæ in his quæ ei cõueniũt.*
206 *Ioannis Gersonis secundum fundamentum diluitur.*
207 *Accusari quidam non possunt propter excellentiam dignitatis.*
208 *Ioannis Gersonis fundamentum tertium diluitur.*
209 Papa *nõ est præcidẽdus à corpore Ecclesiæ, sicut caput naturale nõ abscinditur à corpore humano.*
210 *Amputato capite frustra quis iactat se alia membra habere.*
211 *Christus mãsurũ se promisit cũ corpore Ecclesiæ suæ.*
212 *Euentus tristis spectandus non est.*
213 *Ioannis Gersonis quartum fundamentum soluitur.*
214 *Quintum fundamentum eiusdem diluitur.*
215 *Defendere se licet cũ moderamine inculpatæ tutelæ.*
216 *Magistratui non potest inferri vis etiam defensiua, & inibi intellectus legis vt vim. ff. de iust. & iure.*
217 *Ioannis Gersonis fundamentum sextum reijcitur.*
218 Papæ *supplicari potest, vt suum factum, & sententiã emendet.*
219 *Deus interdum mutauit sententiam suam.*
220 *Deficiente superiore ad quem appelletur, restat supplica-*

plicationis remedium.

221 *Supplicatio admittitur à Principe malè informato ad eum benè informandum.*

222 *Papa si denegat supplicationem audire, adhuc non potest appellari ad futurum Concilium.*

224 *Ecclesia si læderetur per Papam, extra casum hæresis, adhuc non habet locũ authoritas Matth. c. 18.*

225 *Principũ speciale est, vt in sua causa poßint iudicare*

226 *Intellectus per quod datur incõueniẽs, nõ admittitur.*

227 *Nullibi reperitur expressũ, quòd Conciliũ etiã in causa fidei poßit via appellationis iudicare de Papa.*

228 *Verba, dic Ecclesiæ, dicta fuere in fauorem Petri, & successorum; vt si læderentur, possent conuocare Prælatos, & Principes contra iniuriantem.*

229 *Inductum in fauorem nõ debet in odium retorqueri.*

230 *Inductum in augmentum dignitatis Pontificiæ, nõ debet in odium, & diminutionem eius conuerti.*

231 *Ioannis Gersonis septimum fundamentum diluitur.*

232 *Constantiensis Concilij acta contra authoritatem Põtificis reprehenduntur.*

232 *Authoritas alicuius sancti scripturæ diuinæ innixa præualet auctoritati Concilij.*

233 *Auctoritas Summi Pontificis habetur maior quàm sanctorum.*

234 *Hæresis crimen est grauius reliquis.*

235 *Hæreticus separatur ab Ecclesia, & fide.*

Hæreti-

236 *Hæreticus etsi habeat quancumq; dignitatem, minor est quolibet catholico.*
237 *Hæresis multum differt ab alijs peccatis.* (ri:
238 *Papa interim dũ est Papa, nõ potest ab aliquo iudica*
239 *Priuilegia concessa dignitati perpetua sunt.*
240 *Ioannes Gerson vsus est incertis fundamẽtis ad euertendam certa.*
241 *Traditiones sanctorum patrum omnino sequendæ.*
242 *Origo sæuissimi erroris est, in suspectis authoribus amare quod dicunt, & illud defendere.*
243 *In his quæ sunt iuris positiui, etiam Abbas tenet non appellari à Papa ad Concilium.*
244 *Bonum commune quatenus præferendum priuato.*
245 *Bonum commune nõ vertitur in appellando à Papa ad Concilium.*
246 *Experientia est rerum magistra.*
247 *Exempla in moralibus magnam probationẽ faciũt.*
248 *Omnes appellationes hactenus factæ ad futurum cõcilium malè cesserunt, deueneruntq; in hæresim & schisma.*
249 *Authores resoluentes non posse appellari à Papa ad Cõcilium, referuntur.*
250 *Appellantes à Papa ad Cõciliũ, declarãtur hæretici.*
251 *Hæreticus est, qui conatur auferre priuilegia cõcessa à Christo Romanæ Ecclesiæ.*
252 *Potestatis plenitudo est in solo Summo Pontifice.*

253 *Pij. 2. constitutio contra appellantes ad futurum concilium, & num. 254. vbi quod est ponere os in cœlum, disputare quod possit appellari.*

255 *Iulius. 2. innouauit constitutionem Pij.*

256 *Constitutio Iulij.2.cõtra appellantes à Papa ad Cõcilium adducitur, quæ lata fuit contra Dominium Venetorum.*

257 *Veneti assuescunt inobedire Pontifici, iniquè ad Concilium prouocando.*

258 *Iura præsumunt contra delinquere solitos.*

259 *Præsumitur ex præterito in præsens.*

260 *Grego. XIII. excommunicauit appellantes à Papa ad futurum concilium, & fautores eorum.*

261 *Appellari posse à Papa ad Concilium dicentes, ponũt duo capita in Ecclesia.*

262 *Appellatio à Papa ad Cõcilium etiam præcedens nil operatur, nec suspendit potestatem Papæ.*

263 *Appellatio tunc solum suspendit, quando tenet, & valet.*

264 *Appellatio friuola non causat deuolutionem causæ.*

265 *Appellatio friuola non causat attentata.*

266 *Apppellatio prædicta non suspendit denunciationem excommunicationis.*

267 *Friuolè appellans iniuriam facit iudici.*

268 *Iniustè, & friuolè appellans potest excommunicari, & puniri.*

PARS SEXTA.

DOCET NON POTVISSE, NEC POSSE appellari à dicto monitorio per dictos Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum; reprobamque & illicitam esse doctrinam illorum, qui à Papa appellationem admittere nixi sunt ad Deum, Christum, vel Concilium, aut Pontificem futurum: & Diuinã, & Sacrosanctam Summi Pontificis potestatem tuetur; & ipsius supremitatem dilucidè, ac disertè corroborans ostendit.



VM luce clarius sit ostensum, monitoriũ à sanctissimo Dño nostro emissum aduersus dictos Ducem, & Senatũ Reipublicę Venetorũ, iustissimũ, & iuri cõsonum esse; apparet ex consequenti, ipsorum appellationem iniustam, & temerariã, & omni iuri aduersam esse; taléque vt ipsi non sit deferendum, nec ipsius prætextu se valeãt Veneti defendere in sua contumacia, ac pertinaci inobedientia; quod vt constet, illud aduertendum est, hic non agi de facto, & mãdato inferioris alicuius iudicis, sed de sententia, & monitorio matura & iuridica deliberatione emisso per Summum Pontificem, omniũ, vt probauimus, supremum iudicem; cuius authoritas Conciliorum authoritati præeminet; idque multis comprobatur rationibus.

1 Prima, † quia Vicariat' Christi in vniuersali Ecclesia solùm fuit datus Petro, & ipsius successoribus Pontificibus Maximis, quãdo (vt superius retulimus) Dominus Petro dixit, Matth. cap. 16. *Dabo tibi claues Regni cœlorum.* Et quando dixit Ioann. cap. 21. *Pasce oues meas, & pasce agnos meos.* cap. solitę, de maioritate, & obediẽtia extrauaganti vnã sanctam. eod. tit. Inno. 3. in Episto. ad Olaiannem
" Regem Bulgarorũ dicens. Sũmum Apostolicæ sedis, & Ecclesiæ
" Romanæ Pontificem in Beato Petro Dominus sibi Vicariũ ordinauit,

« nauit,& super gentes, & Regna constituit, euellendi, destruen-
« di,disperdendi, dissipandi, & ædificandi, ac plantandi potesta-
« tem ei conferens. Ioannes. XXII. in extrauaganti. 1. de con-
suetudine. Bald. in.l. cunctos populos, num. 9. C. de Summa
Trinitate, & Fide Catholica. Clem. ne Romani de iure iuran-
do, glossa verbo donatio. in cap. omnes. 22. distinctio. Afflict.
ad constit. si aliæ, libro. 1. rubrica de obseruatio. iustitiæ. Tho-
mas Prentinus in tractatu de Iubileo, lib. 1. cap. 4. num. 1. & lib.
2. cap. 8. num. 5. Bernardi. Miedes in tracta. de Sale, lib. 5. num.
40. Ioannes de Selua in tracta. de beneficio. 2. parte. quæst. 2. nu.
14. Rodericus Zamorensis in speculo vitæ humanæ, lib. 2. cap. 3.
Martinus Laudensis in tracta. de Principibus, in principio, no-
tatione. 1. &. 110. &. 496. Redinus de maiestate Principis,
verbo imperatoriam maiestatem, numero. 21. Ludouicus Go-
mezius in cap. 1. numero. 16. de constitutionibus. Victoria de
auctoritate Papæ, & Concilij. argument. 5. Francisc. Vargas de
Episcoporum iurisdictione, confirmatione. 5. & est alter bonus
tex. in cap. quanto, de supplen. neglig. prælato. Pala. Rubios in
tractatu de beneficijs vacantibus in curia. §. 1. Mantua. tracta.
de concilio, numero. 45. Antonius Augustinus in Epitome ve-
teris iuris Pontificij, libro. 1. titulo. 1. cap. 1. & sequentibus. Don
Gonsalus. Ponce in libro pro Pontifice Maximo contra Vuara-
2 mundum, qui cap. 8. post Leandrum Albertum, & Surium, †
ea refert verba Beati Iordanes Saxoni generalis Magistri ordi-
« nis Prædicatorum ad Fredericum. 2. Fertur per prouincias,
« quòd bona Ecclesiarũ veluti tua temerariè exigis; & cum sint sa-
« cris initiatorum, & pauperum contrectas, ac pro libito exponis;
« iustas ac rectas sententias contemnis, procuras auguria; Iudæis,
« ac Sarracenis plurimum faues: optima ecclesiasticorum consilia-
« riorum aspernaris consilia. Pôtificem Maximũ Christi Vicarium,
« Petri Apostoli legitimum successorem, totius Reipublicæ Chri-
« stianæ moderatorem, omniumque nostri parentem, tibi ac omni-
« bus Principibus in spiritualibus præcedentem contemnis. Hæc
« certè Cæsar plurimum de tua dignitate detrahunt. Optimè Mar
tinus Laudẽsis dict. tractatu de Principibus, notab. 478. dicens, †
3 quod Vicariatus vniuersalis Ecclesiæ solùm Petro, & successo-
ribus fuit datus; nec transit in alium sede vacante, nec ad Con-
cilium, nec ad Cardinalium cœtum, glossa per tex. ibi in dicta.

Clem.ne Romani,de electione. Marcellus Fortunatus in tracta. de veritate.1.parte,nu.198. Bald.in.l.cunctos populos, nu.9.C.
4 de Sũma Trinita. Et † Papæ potestas immediatè à Deo est.cap. nouit,de iudicijs,ibi.Quia potestas nostra non ex homine,sed ex Deo est.Nicolaus.1.in Epistola ad Episcopos apud Gallias constitutos.Sunt igitur(ait)Pontifices Romani super vniuersalẽ Ecclesiam constituti,sed nomine Christi,& à Christo. Et Leo Magnus sermone.3. in anniuersario Pontificatus sui explicans illud Matth.dicto cap.16.*Et ego*,inquit Christus,*dico tibi,&c.Sicut meus Pater manifestauit tibi diuinitatem meam:ita & ego notam facio tibi excellentiam tuam;quia tu es Petrus*, id est, *cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum; ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere; tamen tu quoque petra es, quia mea uirtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.* Optimè Ioannes Andreas in cap. quoniam, numero.2. de renunciatione, libro.6. & in cap. cum de beneficio, numero. 1. eodem libro. Ludouicus Gomezius in cap. 2. numero.4. in. §. statuto, de constitutionibus: suntque in idem plura Sanctorum Patrum, & Conciliorum decreta. Siquidem Gregorius in Synodo Lat. agens de monachis nigris, vti refert Antonius Augustinus dicto titulo. 1. cap. 8. ita statuit. Interdicimus in nomine Domini Iesu Christi, & ex authoritate Beati Petri Principis Apostolorum prohibemus, cuius vice huic Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsidemus, auctore Deo, vt nullus Episcoporum dolos, vel immissiones facere præsumat.

5 Facit † etiam quod B. Athanasius,& alij Episcopi Aegypti ad Felic.2.scripserunt in hæc verba. Ipsa sedes Romana fundamentum à Deo fixum & immobile percepit:quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem: ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, sustentantur, releuantur. Tu es enim,sicut diuinum veraciter testatur eloquium Matthæi. 16. Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ,id est, Episcopi, qui Ecclesiam sustinere,& proprijs humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claues Regni cœlorum commisit,atq.ligare,& soluere potestatiuè, quæ in terra, & quæ in cœlis sunt promulgauit. Tu prophanarum hæresum, & impe-

« & impetitorum, atque omnium infestantium depositor, vt « Princeps, & doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ, « & immaculatæ fidei exiftis. Antonius Auguftinus dicto titulo.1. cap.10.

6 Anacletus † Papa Epifto.2.ad Epifcopos Italiæ,2.par.relatus « in cap.in nouo.21. diftinctio,ait. In nouo teftamento poft Chri- « ftum Dominum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo:quia ipfi primo « Pontificatus in Ecclefia Chrifti datus eft, dicente Dño ad eum, *Tu es* (inquit) *Petrus, & fuper hanc petram, &c. Et portæ inferi non præualebunt aduerfus eam.* Hic ergo ligandi, foluendique poteftatem primus accepit à Domino, primufque ad fidem populum fuæ prædicationis virtute adduxit, verboque inftituit. Ifido.lib. 2.cap.6.de ecclef.offici. apud Aquifgran. cap.9. Burchar. lib.1. cap.1. Iuo.lib.3.titu.7.cap.7. Anfelm.lib.1.cap.1. Anto.Auguftin.vbi proximè, cap.12. & cap.18.

Idem Anacletus Epiftol.3. ad omnes Epifcopos dicens. Hæc « facrofancta Romana Ecclefia non ab Apoftolis,fed ab ipfo Do- « mino Saluatore noftro primatum obtinuit, & eminentiam po- « teftatis fuper vniuerfas Ecclefias, ac totum Chriftiani populi « gregem affequuta eft; ficut ipfe Beato Petro Apoftolo dixit. « *Tu es Petrus,&c.* Matthæi.16. *Et tibi dabo claues Regni cœlorum,&c.* « Prima ergo fedes eft cœlefti beneficio Romanæ Ecclefiæ, quam « beatifsimi Petrus, & Paulus fuo martyrio confecrarunt. vt habetur in cap. facrofancta.22.diftinct. Iuo. Carno. lib.4. titu.1. cap.2. &.4. & parte.5. cap.2. &.26. B. Anfelm.lib.2. cap.2. & cap.66. Et ideò fubiungit tex. in dicto cap. facrofancta. Inter « beatos Apoftolos quædam fuit difcretio poteftatis: & licet om- « nes effent Apoftoli, Petro tamen à Domino conceffum eft (& « ipfi inter fe voluerunt id ipfum) vt reliquis omnibus præeffet « Apoftolis:& cephas, id eft, caput & principium teneret Apo- « ftolatus: qui etiam eandem formam fuis fucceforibus, & reli- « quis Epifcopis tenendam tradiderunt: & non folum hoc in no- « uo teftamento eft cõftitutum, fed etiam in veteri fuit:vnde fcri- « ptum eft Pfalmo.98. Moyfes, & Aaron in facerdotibus eius, id « eft, primi inter eos fuerunt. Hæc vero Apoftolica fedes caput, « & cardo (vt præfatum eft) à Domino, & non ab alijs conftitu- « ta eft. Anacletus in eadem Epifto. 3. poft principium. Burchar. libro.1. cap. 159. Iuo. 5. parte, cap. 269. Anfelm. lib.1. cap.7.

Quare † Nicolaus de Lyra super Ioann. cap. 1. in verbo, cephas, exponit, id est, capitaneus. Idem dicit Matth. 16. & 17. in fine, & super verbo, tu vocaberis, ait. Quod idem sonat Petrus, quod Cephas; quia fundamentum habet quodammodo, & proprietatem capitis. Petrus Albinianus in tracta. de Pontificia potestate, num. 62. & Lælius Iordanus de Romanæ sedis origine, cap. 9. num. 13. & duobus sequētibus. Archid. in cap. olim, verbo Cephes. 95. distinctione.

8 † Felix. II. Summus Pontifex Epistola. 1. cap. 12. relatus per Burchar. lib. 1. cap. 163. & Iuon. 5. par. cap. 273. decreto ait. Primates illi, & non alij sint, quàm in Nicena Synodo sunt constituti: reliqui verò, qui Metropoles tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non primates. Salua in omnibus Apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea à sanctis Patribus roborata: cuius meminit Anton. Augustin. vbi proximè, cap. 27.

9 Vnde † Leo Epist. 73. ad Leonem Augustum post principium scripsit ita. Cum vniuersalis Ecclesiæ per illius principalis Petræ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus voce Domini dicentis Matth. cap. 16. audierit. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quis est nisi aut Antichristus, aut Diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem.

10 Idem † confirmauit Leo. 1. Epistol. 79. Dioscoro Episcopo Alexandrino ibi. Cum beatissimus Petrus Apostolus à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in eius permaneat institutis. Anselm. Lucen. lib. 1. cap. 30. Anton. Augustin. dicto

11 titu. 1. cap. 36. Leo † etiam. 2. ad Constantium. 4. Augustum, in medio post sextam Synodum, ait. Et quia definitionem rectæ fidei plenissimè (sexta Synodus) prædicauit; quam & Apostolica sedes Beati Petri Apostoli, cuius licet impares ministerio fungimur, veneranter suscipit: idcirco & nos, & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica concorditer, ac vnanimiter his quæ definita sunt ab ea consentit, & Beati Petri auctoritate confirmat, sicut supra solidatam petram, qui Christus est ab ipso Domino adeptus firmitatem. Flami. Paris. de resig. benef. lib. 3. cap. 18. num. 117.

12 † Gregorius etiam. 7. lib. 1. Regist. Epistola. 66. dicens. In Domi-

" Domino Iesu Christo confidimus, quia Beatus Petrus Aposto-
" lus, quem Dominus Iesus Christus Rex gloriæ, Principem super
" Regna mundi constituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem
" desiderij tui adducet. Antonius Augustinus vbi proximè, cap. 48.
13 &. 50. referens post Ioannem. 8. actione. 2. cap. 8. † Petrum Apostolorum coryphæum caput omnium Ecclesiarum positum fuisse Petrum à Christo dicente Ioannis. 21. *Pasce agnos meos.*
14 Quare † Gregorius Lopez in l. 2. titulo. 5. partita. 1. glossa. 2. ait. Quod Papa est verus successor Christi in terris per ipsum institutus, non à concilijs, vel aliter, dicto cap. in nouo. 21. distinctione, cap. cuncta per mundum. 9. quæstione. 3. cap. quodcunque. 24. quæstione. 1. Iacobatius in tractatu de concilio, libro 5. articulo. 8. numero. 15. Franciscus Victoria in relectione. 4. de potestate Papæ, & Concilij, propositione. 14. Cardinalis Turrecremata in summa de Ecclesia libro. 2. cap. 38. Aluarus Pelagius libro. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 55. & probat mirabilis tex. in cap. quamuis. 21. distinctione, qui ait. Quamuis vni-
" uersæ per orbem Catholicæ Ecclesiæ vnus thalamus Christi sit:
" Sancta tamen Romana, Catholica & Apostolica Ecclesia, nullis
" Synodicis constitutis, cæteris Ecclesijs Prælata est; sed Euange-
" lica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit. Mat-
" thæ. cap. 6. *Tu es Petrus, &c.* Burchard. Vormaciensis Episcopus lib. 3. cap. 220. Iuo. Carnotensis libro. 4. titulo. 1. cap. 3. Anselm. Lucensis Episcopus lib. 1. cap. 68. &. 69. Antonius Augustinus dicto libro. 1. titulo. 1. cap. 7. optimè Turrecremata dicto lib. 2. cap. 41. versic. Authoritate.

15 Nec † obstat cap. concilia. 17. distinct. qui videbatur innuere, quòd sedi Petri Apostoli venerandorum conciliorum authoritas singularem in Ecclesijs tradidit potestatem: nam vt respondet glossa ibi, & declarant melius Turrecremata dicto cap. 41. versiculo ad rationem, & Gregor. Lopez dicta glossa. 2. Romana Ecclesia, quæ primatum principaliter habuit à Christo, & executiuè, & declaratiuè à Concilijs, non tamē effectiuè, neque causaliter. Executiuè quidem obediendo diuinæ ordinationi, sedem illam honorando vt caput, & matrem omnium aliarum Ecclesiarum, adimplentes illud, quod ex persona Christi B. Chriso-
" stom. super illud Ioannis cap. vltimo ait. Pasce oues meas, id est,
" loco mei, præpositus & caput esto fratrum, vt ipsi te in loco meo

 assumen-

« assumentes, te in throno tuo sedentem prædicent, & confir-
« ment: hoc enim obseruauerunt semper sacra vniuersalia concilia.
Ideò Agatho Papa in suggestione, quam sextæ Synodo misit,
« ita scribit. Apostolicæ sedis authoritatem, vtpote Apostolo-
« rum omnium principis, semper omnis Catholica Christi Eccle-
« sia, & vniuersales Synodi fideliter amplectentes in cunctis secu-
« tæ sunt. Papa Nicolaus scribens Imperatori Michaëli, & loquens
« de sedis Apostolicæ priuilegijs, ita ait. Ista ergo priuilegia huic
« sanctæ Ecclesiæ à Christo sunt donata: à synodis non sunt do-
« nata; sed solummodo celebrata, & venerata; per quæ non
« tam honor, quàm onus nobis incumbit. Et in eadem Episto-
« la subiungit. Proinde animaduertendum est, quòd non Nice-
« na, non denique vlla Synodus quodquam Romanæ Ecclesiæ
« contulit priuilegium, quæ in Petro nouerat eam totius iura
« potestatis plenius meruisse, & cunctarum Christi ouium re-
« gimẽ accepisse, sicut Beatus præsul Bonifacius attestatur vniuer-
« sis Episcopis per Thesaliam constitutis scribens. Hæc ille. Qui-
bus satis constat Concilia exequutiuè potestatem Apostolicæ
sedi tradidisse, & à Deo traditam obseruasse, & obseruari iussis-
se. Declaratiuè etiam vniuersalia Concilia dicuntur tradidisse
potestatem Apostolicæ sedi: quoniam maxime per vniuersalia
concilia declarata est Christiano populo quanta sit Apostolicæ
sedis eminentia. Vnde ex Concilio Constantinopolitano. S.
Thomas in. 4. Senten. distinct. 24. ait. *Veneramur secundum scriptu-
ras, & Canonum diffinitiones sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum
primum esse, & maximum Episcoporum.* Et ita Archidiaco. in dicto
cap. concilia, ad hunc intellectum exponit verbum illud *tradidit*,
de quo ibi, id est, traditum esse ostendit. Sequitur Cardinal. Tur-
recremata dicto libro. 2. cap. 41. in fine, quo etiam modo intel-
ligitur cap. dudum. 3. quæst. 6. vt per Gregorium Lopez dicta
glos. 2.

16 In quorum confirmationem facit, † quod Concilium nun-
quam accepit potestatis plenitudinem sicut Papa accepit præ
omnibus, iuxta cap. multis, & alios. 17. distinctione. Iulius. 1.
ad Episcopos Orientales, cap. 30. relatus in cap. 17. ideò. 2. quæ-
17 stio. 6. & Gelasius. 1. † ad Episcop. Dardaniæ relatus in. c. 1. 25.
« quæst. 1. ait. Confidimus quòd iam nullus veraciter Christianus
« ignoret vniuscuiusque Synodi cõstitutum, quod vniuersalis Ec-
clesiæ

" electæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæte-
" ris oportere, quàm primam, quæ & vnamquamque Synodum
" sua auctoritate confirmauit, & continuata moderatione custo-
" dit. Ioannes à Capistrano in tractatu de auctoritate Papæ, 3.p. secundæ part. principal. num. 105. Ioannes Monachus in cap. ad apostolicæ, num. 4. de sententia & re iudicata in. 6. vbi per cap.
18 significasti de electione resoluit. † Quod Papa dat robur concilijs, non è contra. Cardinal. Iacobatius in tracta. de concilio, lib. 6. artic. 2. nu. 148. Abb. in cap. super quibusdam, nu. 3. de verborum signif. dicens. Quòd Concilium generale habet à Papa illam potestatem, quam habet. Idem Cardi. Iacobatius lib. 5. articu. 8. nu. 12. & lib. 6. articulo. 4. num. 31. bonus Tex. in. §. hinc etiam. 17. distinction. cap. dudum. 3. q. 6. Hieronymus Albanus in tracta. de potest. Papæ. q. 2. num. 75. Troilus Maluetius tract. de canonizatio. Sanctorum, versicul. sequitur. num. 34. Alua. Pelag. lib. 1. cap. 6.

Et si rem ab initio repetimus, & consideramus, id luce clarius
19 apparebit. † Siquidem etiam conuocatio, & congregatio Concilij vniuersalis, & ipsius celebratio ad Papam pertinet. de conuocatione est Textus in cap. regula. §. porrò. 3. distinctio. cap. 1. & 2. cap. multis. 17. distinctio. dicto cap. dudū. 3. quæst. 6. Quibus iuribus tam Marcellus Papa, quàm Iulius Papa primus, & Pelagius. 2. docent, necessariam esse ad congregationem Concilij Summi Pontificis authoritatem; & acriter reprehenduntur contrariū attentantes facere. Didacus ab Alaua in tractatu de Concilio, cap. 2. num. 1. Andreas Gambara de officio, & potestate Legati de latere, libro. 2. num. 231. Padilla in tracta. de concilijs orthodoxis, cap. 4. ad quem spectet congregatio concilij. Franciscus Marcus quæstione. 356. num. 62. & quæstione. 456. num. 5.

Vnde Damasus Papa in epistola ad Stephanum Episcopum, & ad Africæ concilia inquit. *Synodum sine Romanæ Ecclesiæ authoritate fieri, non est catholicum.*

Idem diffinitum fuit à sancta generali Nicena Synodo. testantur Aegyptiorum Episcopi in epistola ad Felicem secūdum, quæ
" habetur. 2. tomo conciliorum, in hæc verba. Scimus, in Nicena
" magna Synodo trecentorum decem & octo Episcoporum, ab
" omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Ro-

mani Pontificis sententia concilia celebrari, & habetur. 2. tomo Conciliorum. D. Thomas in tracta. contra impugnantes religionem, vbi loquens de auctoritate Summi Pontificis, & Conciliorum dicit. *Sancti enim Patres in Concilijs cõgregati, nihil statuere possent, nisi authoritate Romani Pontificis interueniente, sine qua etiam concilium congregari non potest.* Confirmat Platina in vita Alexandri tertij pag. mihi. 200. vbi Alexander recusauit, proficisci & comparere in concilio quod ipse non indixerat. Martinus Laudensis, tracta. de principibus, quæst. 50. &. 500. Paul. Cast. in. l. nemo. num. 3. C. de Summa Trinit.

Similiter Iulius primus orientales Episcopos reprehẽdit, maximè vero Arrianos, quia iniussu Romani Pontificis Antiochiæ conciliũ indixerant; cum id sine eius authoritate fieri non posset, quod Romana Ecclesia cæteris præesset, vt refert Platina in ipsius vita, & in vita Bonifacij. 3. dicens. «Quòd Petrus Apostolorum «Princeps successoribus suis Pontificibus Romanis regni cœlorum «claues dederit, potestatemque à Deo sibi concessam reliquit, & «comparandæ Synodi, ac dissoluendæ, confutandi, vel confir-«mandi ea quæ in Synodis decreta erant, Romanæ sedi tantum-«modo esse concessum. Diuus etiam Gregorius in Regist. lib. 7. asserit, *Quod concilia sine authoritate Romani Pontificis congregata nihil valent.* Optimè Socrates lib. 4. historiæ tripartitæ cap. 9. & Nicephorus libro. 9. ecclesiasticæ historiæ, cap. 5. & lib. 11. cap. 31. Iacob. Simancas de catholicis institutionibus, titulo. 12. de concilijs, num. 7. Anastasius Germonius lib. 2. de auctorita. potesta. & immu. Eccles. Angelus Roccha in bibliotheca Vaticana. cap. de concilijs, pagina. 57.

20 Et est in confirmationem illud, 1. Machabæorum, cap. 14. vbi sacra scriptura, inter alia quæ Simoni summo sacerdoti in prærogatiuam concessa memorat, hoc tanquã singulare adducit priuilegium, ne quisquam conuocare posset conuentum in Regione. sine ipso: & ita notant Simancas vbi proximè num. 7. Cardinalis Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 3. cap. 6. in principio. Padilla vbi proximè versic. primum rationẽ eam assignantes, quòd cum iuxta Apostolum in epistola ad Hebræos, cap. 7. & allegato. cap. translato, de constitutio. Ioann. Lupi. de Regno Nauarræ. 2. par. §. 8. num. 4. & sacerdotium legis veteris fuerit figura sacerdotij legis nouæ; & summus sacerdos noui testamenti excellentioris.

tioris sit dignitatis, credendum est, quòd diuina institutione simile priuilegium habeat ipse summus sacerdos in noua lege, scilicet Summus Pontifex: vt absque eius authoritate conuentus non fiat in vniuersali Ecclesia.

21 Et † comprobatur: nam conuocatio collegij & vniuersitatis iure pertinet ad illum, qui in eodem collegio principatum obtinet, & qui illius est caput. l. 1. ff. de albo scribendo. Inno. in cap. 1. de maioritate & obedientia. DD. maxime Felinus in cap. cum omnes, num. 35. de constitutionibus. Bartol. & Platea in. l. 2. C. de decurionibus libro. 10. Præpositus in cap. si quis Episcoporũ. 18. distinctio. Parisius consil. 31. num. 40. & sequen. libro. 4. Curia Pisana lib. 1. cap. 2. num. 3. vbi additio. Paulus Manutius in libro de Senatu Romano, cap. 7. de potestate habendi Senatus, dicens.

22 † *Ius habendi Senatus non dubium est, quin ad eum magistratum spectauerit, qui summam in urbe potestatem gerebat.* Cum ergo Romanus Pontifex Princeps sit omnium prælatorum, & Ecclesiæ caput, in qua primatum habet iuxta catholicas sanctorum Patrum ex euangelico testimonio traditiones, ad eum, non ad alium spectat concilij vniuersalis congregatio. Didacus ab Alaua dicto cap. 2. versiculo eadem sententia. Petrus à Monte de potestate Pontificis. §. de generalis concilij congregatione, num. 1. Simancas vbi proxime, num. 8.

23 Facit † etiam, quòd authoritas congregandi populum spectat ad Regem in suo Regno, & patria, ipseque comitia pro publica vtilitate conuocat. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, vbi Paulus de Castro, Innocentius in cap. cum ab ecclesiarum, de officio ordinarij. Ioannes Faber in. §. vniuersitatis instituta de rerum diuisione. Franciscus Marcus dicta. q. 456. num. 7. Nicocles apud Isocratem in Symmachico dicens. *Nullas sodalitates, aut concilia*

24 *sine authoritate mea instituite.* † Nam huiusmodi congregationes in monarchijs periculosæ sunt. l. 1. & 3. ff. de collegijs illicitis. l. 1. cum sequenti, titulo. 11. lib. 8. ordinamenti l. 1. & seqq. titulo. 14. libro. 8. nouæ recopilationis. Vnde Cato Censorinus solebat dicere. *Ab nullo genere non summum periculum est, si coetus, & concilia,*

25 *& secretas consultationes esse sinas.* † Quare Tarquinius superbus eas congregationes sustulit, vt testatur Dionysius Halicarnasius lib. 6. & easdem suppressit Nero Cæsar, vt refert Tacitus lib. 14. Annalium, & fecere alij Principes, vt prosequitur Petrus Grego,

libro

libro.13.de Republica,cap.3.num.4.& sequentibus.

26 Aliam † etiam rationem adducit. S. Thomas.2.2. q.1.art.vlt. Quod secundum Aristotel. 1.Ethico. *Secundum ordinem finium est ordo actuum, & agentium*. Respectu ergo finis vltimi totius populi Christiani consideratio pertinet ad eum, qui toti Reipublicæ Christianæ præsidet:sed solus post Christum Romanus Pontifex præsidet vniuersali Ecclesiæ,vt Princeps,pastor, & rector illius: ergo illius solius erit regulariter generalia concilia celebrare, cũ illorum celebratio, & congregatio maxime concernat bonum vniuersitatis Christianorũ, refert & sequitur Turrecremata dicto.lib.3.cap.6.versic.secundo.

27 Vlterius † facit:nam ad illius authoritatem pertinet vniuersalia concilia celebrare,cui omnes de tota Ecclesia obedire tenentur,nam aliàs illusoria redderetur conuocatio, nisi conuocanti obedientia deberetur: sed soli Pontifici Romano omnes de tota Ecclesia obedire tenentur vt superiori, & inter omnes primatũ habenti. cap.obedientiam.93. dist. & is in cuius authoritate aduersarij temerè innitunt, scilicet Ioannes Gerson in sermone contra bullam mendicantium dicens, quòd Regnum Sanctæ Ec-
" clesiæ, debet habere Hierarchicum ordinẽ in omnibus suis mem-
" bris,& statibus, quo ad vnum supremum pastorem, & guberna-
" torem,quem nominare possumus regem Pontificalem, aut Epis-
" copum regalem,& est vetus vnus Papa;quoniam sic est in Regno
28 cœlorum.† Ex quo fundatur,quo pacto omnes ad hoc laborare debent:vt obedientia præstetur sancto nostro Patri. cap. nemo. 9.quæst.3. Cardinalis Iacobatius tracta.de concilio, lib.7. art.7. num. 17. & ista ratione vtitur Iulius Papa ad id probandum in epistolá Orientalibus Episcopis directa, & relata in dicto cap.
" dudum.3.quæst.6.dicens. Dudum à sanctis Apostolis successori-
" bus eorum in antiquis decretum est statutis,quę hactenus sancta,
" & vniuersalis Ecclesia tenet Apostolica, non oportere,idest non
" conuenire, sine sententia Romani Pontificis concilia celebrari,
" vel Episcopum condemnari. Quoniam Sanctam Romanam Ec-
" clesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut
" beatus Petrus primus fuit omnium Apostolorum : ita & hæc Ec-
" clesia suo nomine consecrata Domino instituente prima sit, &
29 caput cæterarum. Nec † dissimile est, quod ad eum qui maioris dignitatis est in Ecclesia particulari,pertinet particularis capituli con-

conuocatio, vt notat Inno. in c. 1. de maiorita. & obedien. & ad eum qui est maioris dignitatis in prouincia, vt est metropolitanus, pertinet prouincialis Concilij conuocatio. vt colligitur ex cap. propter ecclesiasticas, & cap. si Episcopus, &c. si quis Episcoporum. 18. distinct. cap. peruenit, eadem distinct. qui ait. *Secundum canones sanctorum patrum, bis singulis annis in unaquaque prouincia Episcopi conueniant, ubi Metropolitanus uoluerit, ut corrigantur quae emerserint.* latè Antonius Augusti. lib. 3. veteris iuris Pontificij, titulo. 10. & lib. 5. titulo. 28. & 30. Henric. de Bottis. de Synod. Epis. 1. par. num. 20.

30 Et † ad eum, qui in Episcopatu est maior, scilicet Episcopum, spectat Synodi Episcopalis conuocatio, & cōgregatio. cap. Episcopus. 18. dist. vbi hoc notant Geminia. & Cardinal. Alexand. cap. finali ead. dist. glo. final. quam sequitur Archidia. in cap. propter ecclesiasticas, eadem dist. Host. in summa, titulo de constitutio. §. quis posit, versic. quædam Episcopalia. Inno. in cap. graue de præbendis. Henrricus de Bottis vbi proximè, num. 19. Anton. Augustin. dicto libro. 5. titulo. 45. Ergo pariformiter ad eum qui maioris dignitatis est in Ecclesia vniuersali, pertinet singulari iure vniuersalis concilij conuocatio; & ita ad solum Summum Pō-

31 tificem; nam † aliàs facillimè schisma oriri posset in Ecclesia Dei, ideo pro seruanda Ecclesiæ vnitate, credendum est, ita diuinitus ordinatum esse, vt vni, qui totius Ecclesiæ rector & caput est, conuocandorum conciliorū authoritas reseruaretur. Et hoc sensit Diuus Hieronymus ad Euandrum presbyterū relatus in cap. legimus. 93. distinct. *Ne unusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi, rumperetur in frustra, & ipsius diuideretur unitas: & auferretur a Summo Pontifice potestas coactiua, & iurisdictio, quam habet in omnes Ecclesiæ prelatos.* vt testatur B. Grego. lib. 7. epistola. 63. relatus in cap. de Constantinopolitana. 22. distinctio. & in cap. si Episcoporum. 21. quæstione vltima, cap. Ecclesia. 6. de consecra. dist. 1. cap. Adrian. 63. dist.

32 Et † vt habetur, in Chalcedonensi Concilio actione. 10. in fine, *Illud concilium dicere non debemus* (loquitur de Ephesino) *quia nec apostolica auctoritate coactum est, neque rite peractum.* Optimus Tex. in cap. mos. 65. distinctione. Damasus etiam Papa episto. 5. Illy-
" rici Episcopis in medio hoc comprobat his verbis. Damasus, &
" cæteri Episcopi Romæ congregati dilectissimis fratribus in Illy-
rico

« rico constitutis Episcopis in Domino salutem. Neque præiudi-
« cium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum:
« quando constat neque Romanum Episcopum, cuius ante omnia
« decebat eos spectare decretum, neque Vincentium, neque alios
« præbuisse consensum. Theodo. libro. 2. cap. 22. Antonius Augu-
stinus de veteri iure Pontificio, lib. 1. titul. 6. cap. 4. Lælius Iorda.
de Roma. Sedis origi. c. 3. nu. 45. Gamba. lib. 2. de legato. nu. 241.
« Athanasius & alij ad Felicem. 11. post princip. dicentes. Scimus
« in Nicæna magna Synodo, ccc. xiix. episcoporum ab omnibus
« concorditer esse roboratum, non debere absque Romani Ponti-
ficis sententia concilia celebrare. Anselm. lib. 2. cap. 50. & Dama-
« sus Papa, epist. 3. c. 2. dixit, Synodū sine Apostolicæ Sedis aucto-
« ritate fieri non est catholicum; neque vlla vnquam concilia rata
« leguntur, quæ nō sunt fulta apostolica auctoritate Burchard. li. 1.
c. 179. Antoni. Augusti. vbi proximè. c. 7. & 16. & Marcel. epist. 1.
in principio etiam refert, quod Apostoli, & eorū successores con-
« stituerunt, vt nulla Synodus fieret præter Sedis Apostolicæ au-
« ctoritatem: nec vllus Episcopus nisi in legitima Synodo suo tem-
« pore Apostolica auctoritate conuocata super quibuslibet crimi-
« nibus pulsatus audiatur, vel iudicetur. Anselm. lib. 2. cap. 7.

33 Iulius † 2. epistola. 2. tam in principio, quàm in cap. 1. post-
quam retulerat, Canonibus Nicænæ Synodi constitutum, non
debere præter sententiam Romani Pontificis vllo modo conci-
« lia celebrari, subiungit. Miror vos tam audaces esse, & tam impu-
« denter egisse, & terminos, ac iura Beati Petri Principis Aposto-
« lorum inuasisse: sui enim iuris erat, vt absque eius sanctæ Sedis
« auctoritate nullus deberet, aut concilia celebrare, aut Episco-
« pos ad Synodum conuocare vel damnare: quæ omnia vos teme-
« rare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi
« Apostolorum, eorumque successorum decreta transgredi? Anto.
Augustinus vbi proximè cap. 13. & duobus seqq. & cap. 22. vbi
refert Valentinianum, & Marcian. scripsisse ad Leon. ante Chal-
« cedonensem Synodum hæc verba. Tuam sanctitatem principatū
« in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris in princi-
« pio iustum credimus alloquendam, quatenus omni impio errore
« sublato per celebrandam Synodum te auctore, maxima pax cir-
« ca omnes Episcopos Catholicæ fidei fiat. Socrates dicto lib. 4.
« historiæ tripartitæ, cap. 19. asserens. Regulam Ecclesiasticam iu-
bere.

"bere, non oportere præter sententiam Romani Pontificis con-
" cilia celebrari. Quibus & alijs authoritatibus, & rationibus hoc resoluunt vti certissimum Alana dicto cap.2.de concilio. Antonius Augustinus dicto titulo.6.per totum. Cardinalis Turrecremada.dicto lib.3.cap.6. Iacobatius de concilijs,lib.3.artic.1. num.1.&.18.&.201.& num.297. Marcus Mantua.in tracta.de concilio,num.36.Cardi.Albanus de potestate Papæ.2. parte. nu.190. Petrus Gregorius Syntagma.iuris vniuersi.libro. 15.cap.3.num.6. Ioannes Corrasius in paraphrasi sacerdotali.2.parte.cap.2.nu.2. & ex cap. Synodum. 13. distinctione. & alijs iuribus tradunt Barbacia consil.7.num.9 libro.1. Fasciculus temporum. 6.ætate fol.47.in vita Marcelli primi. Specul. titu.de legato. §.superest, versic.sed nunquid.

34 Quare † non dicitur concilium, sed conciliabulum, quod sine auctoritate Romani Pontificis,& eius Apostolicæ Sedis est congregatum.Pelagius Papa. 5.epist.2. Episcopis qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani Episcopi, in-
" quit. Multis denuo apostolicis, & canonicis atq; ecclesiasticis in-
" struimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontifi-
" cis concilia celebrari. Quapropter, vt iam dictum est, recte, non
" concilium, sed conuenticulum vestrum, vel conciliabulum cassa-
" tur: & quidquid in eo actum est, irritum habeatur, & vacuum. Antonius Augustinus dicto titulo.6.cap.20.Repertorium inquisitorum,verbo concilium,versic.non dicitur. Franciscus Marcus quæst.456.num.5.Selua in tractatu de beneficio.2.parte.q.1.nu.37.Andreas Siculus consil.40.num. 40. lib.4. Vargas pro Pontifice Maximo,propositione.5. num.4. Cosmas Gumier ad pragmaticam sanctionem gallica.tomo.2.titu.de causis. §.ne tamen.

35 versic.conuenticuli,† dicens. Quòd nomen hoc sonat in malum: nam est congregatio subditorum sine consensu superioris. dicto cap.multis.17.distinctio.cap.2.distinctio.79.cap.excommunicamus.cap.cum ex iniuncto,de hæreticis.l.conuenticula. C.de Sacrosanctis Eccles. Archidiaco.in cap.2.de verborum significatio.in.6. Paulus Fuscus in tractatu de visitatione. lib.1. cap.2.num.3.dicens. Quòd cum solus Papa inuocet cōcilium generale Christianorum, vbi fundatur vera visitatio iuxta plura capita prædictæ distinctionis. 17. & in bulla Pauli. 3. Summi Pontificis

36 super conuocatio. concilij Tridentini. §. deinde, † nullum esset con-

concilium, quod ipso non mandante celebraretur. glo. in cap. quod translationē, verbo reseruata, de officio legati. Cardinalis Aracœli, de concilijs œcumenicis, cap. Hierony. Cardin. Albanus tracta. de potest. Papæ. 2. parte. num. 159. Leo. 10. const. 19. contra conciliabulum. Pisan.

37 Vlterius † quia ad essentiam legitimi concilij non solùm est opus, quòd authoritate Papæ congregetur, & conuocetur, sed quod ipse Papa eiusve Legatus tali præsit Concilio, vt ex dicto cap. multis. 17. distinctione, & cap. dudum. 3. quæst. 6. resoluit Ioannes Corrasius dicta. 2. p. cap. 2. num. 3. cap. 1. de simonia in superscriptione cap. cum pastoris. 58. in superscription. 2. quæst. 7. cap. in nomine Domini. 23. distinctio. cap. si quis dogmata. 25. quæst. 2. cap. conuenientibus. 1. quæst. 7. Didacus ab Alaua. tract. de concilio. cap. 5. nu. 1. Cardinalis Turrecrema. in dicta summa de Ecclesia, lib. 3. cap. 11. num. 1. Cardinalis Iacobatius tracta. de concilio, lib. 1. articulo. 1. num. 80. Marcus Mantua. in dialogo de
38 concilio, num. 30. eam subiungentes rationem. † Quòd Papa est caput concilij, sicut vniuersalis Ecclesiæ. cap. nolite. 11. dist. c. ita
39 Dominus. 19. dist. & † sine Papa, aut ipsius vices habente diceretur concilium corpus acephalum. cap. submittitur. 22. dist. Inno. in cap. cum non ignores, de prebend. cap. non decet. 12. dist. cap. cum non liceat, de præscriptionib. Antonius August. in dicto lib. 1. iuris Pontificij veteris, titulo. 7. per totum. Cosmas Gumier. in pragma. sanctio. tomo. 1. titulo de aucto. generalis Concilij. cap. frequens. §. quapropter. glo. verbo, Pontifex, qui etiam per Tex. in cap. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. & in cap. ad apostolicæ. §. nos itaque, de sententia, & re iudicata. lib. 6. ait, quòd Concilium in actu, seu exercitio iurisdictionis non est iudex cum Papa, sed consultor ipsius etiam in arduis.

40 Vnde † Iacobus Simancas dicto tracta. de catholicis institutionibus, titulo. 12. de concilijs, nu. 10. resoluit, quòd non solùm conuocatio generalis concilij ad Summum Pontificem pertinet; sed & acta omnia Synodalia eius debent authoritate fieri; alioquin non essent in Spiritu sancto congregata concilia, quæ apostolicæ cathedræ reijcerent consensum, & authoritatem: & eam ob rem semper in omnibus Synodis vniuersalibus seruatum est, vt Summi Pōtificis accederet assensus, & ab eo decreta Synodorum firmarentur: & ita demonstrant vniuersalium conciliorum acta.

" acta.† Hinc Pelagius. 2. in prima decretali epistola scribit. Nulla
" vnquam Synodus rata legitur, quæ Apostolica authoritate non
" fuerit fulta: & ita in Nicæno concilio congregati, ad Syluestrum
" Papam pro confirmatione scripsere in hæc verba. Beatissimo Pa-
" pæ vrbis Romæ cum omni reuerentia colendo Syluestro. Osius
" Episcopus prouinciæ Hispaniæ Cordubensis ciuitatis, & Ma-
" carius Episcopus Ecclesiæ C. P. & Victor, & Vincentius pres-
" byteri vrbis Romæ ordinati ex directione tua, &c. Quidquid cō-
" stituimus in Concilio Nicæno, precamur vestri oris consortio confirmetur. Anselm. lib. 1. c. 58. & idem Syluester rescripsit per epistolam, ipsorum acta confirmando, vt ad literam refert Antonius Augustinus dicto lib. 1. tit. 8. de confirmatione Conciliorum à Pontifice Maximo per totum, qui ex pluribus Summorum Pontificum rescriptis, & conciliorū actis hanc comprobat luce clarius veritatem. & Pius. 4. const. 97. in bullario.

42 Et † si quæ emendatione digna fuerint, Pontifici emendatio reseruatur. Et hinc Gelasius Papa in libro de vinculo anathematis dixit. *Quod sola sedes Apostolica rescindit, quod præter ordinem congregatio Synodica putauerat usurpandum.* Iacobus Simancas vbi proximè dicto num. 10. Anto. August. dicto lib. 5. titul. 42. & lib. 1. titul. 9.

43 Quare † Conciliares constitutiones primò sub nomine Papæ, cuius authoritate sunt congregata concilia, ac factæ constitutiones eduntur: secundò autem sub Concilij nomine, vt ait Padilla in præfata Conciliorum orthodoxorum chronographia. c. 4. versicul. quamuis. cap. licet, de electione. cap. aduersus, de immunit. Eccles. Decius in cap. 1. lect. 1. de iudicijs. Abb. in cap. 1. num. 5. versic. quandoque de sponsalibus dicens, Quòd ponitur in principio nomen Papæ, & post additur de consilio Concilij. ita constat ex cap. ad apostolicæ, de re iudicata in. 6. cap. vbi periculum, de electio. cap. sacro. de senten. excommuni. & alijs plerisque locis. Didacus ab Alaua tract. de concilio, cap. 10. versi. præter hæc, & versiculo hinc item est. Marc. Mantua. dicto tract. de concilio, num. 168.

43 Et † in omnium prædictorum confirmatione Leo. 10. in quadā sua constitutione, quæ incipit, Pastor æternus, edita super abrogatione pragmaticæ constitutionis Regni Franciæ, quæ habetur in bullario sub constitutione. 16. eiusdem Pontificis, pag. 214.

« post alia ait. Nec illud nos mouere debet, quod sanctio ipsa & in « ea contenta in Basiliensi concilio edita, & ipso concilio instan« te à Bituricens. congregatione recepta, & acceptata fuerunt. « Cum ea omnia post translationem eiusdem Basiliensis concilij « per recordatio. memoriæ Eugeni. Papã. IIII. etiam prædecesso« rem nostrum factam à Basiliensi conciliabulo, seu potius con« uenticula; quæ præsertim post huiusmodi translationem Con« cilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint: ac « propterea nullum robur habere potuerint: cum etiam solum « Romanum Pontificem pro tempore existentem, tanquam au« ctoritatem super omnia concilia habentem, conciliorum in« dicendorum, transferendorum, ac dissoluendorum plenum « ius, & potestatem habere; nedum ex sacræ scripturæ testimo« nio, dictis sanctorum patrum, ac aliorum Romanorum Pon« tificum, etiam prædecessorum nostrorum, sacrorumque cano« num decretis; sed propria etiam eorundem conciliorum con« fessione manifestè constat, quorum aliqua referre placuit; reli« qua verò, vtpote notoria, silentio præterire. In Alexandrina « enim Synodo Athanasio ibidem existente, Felici Romano Pon« tifici ab eadem Synodo scriptum fuisse legimus. Nicænam Syno« dum statuisse non debere absque Romani Pontificis auctori« tate concilia celebrari. Neque nos latet etiam eundem Leonem « Pontificem Ephesinam secundam Synodum ad Calcedonem « transtulisse. Martinum etiam Papam. 5. præsidentibus suis in Con« cilio Senens. potestatem transferendi concilium, nulla consen« sus ipsius concilij mentione habita, dedisse. Ephesinam quoque « primam Synodum Celestino, ac Calcedonens. eidem Leoni. 6. « Agathoni. 7. Hadriano, Nicolao. 8. etiam Constantinopolita« nã Synodum Hadriano Romano Pontificibus prædecessoribus « nostris maximam reuerentiam exhibuisse, eorundemque Pontif. « institutionibus, & mandatis in sacris concilijs per eos editis, & « factis reuerenter, & humiliter obtemperasse. Vnde Damasus « Papa, & cæteri Episcopi Romæ congregati scribentes de con« cilio Ariminen. Episcopis in Illyrico constitutis præiudicium « aliquod per numerum Episcoporum Arimini congregatorum « fieri potuisse testantur: quandoquidem constet, Romano Pon« tifici, cuius ante omnia decebat spectari decretum, talibus non « præbuisse consensum: eundemque Leonem Pontificem vniuer-

" fis Siciliæ Episcopis scribentem, idem noluisse apparet. Con-
" sueueruntque antiquorum conciliorum patres, pro eorum quæ
" in suis concilijs gesta fuerunt corroboratione à Romano Pon-
" tifice, subscriptionem, approbationemque humiliter petere, &
" obtinere, pro vt ex Nicæna, & Ephesina, ac Chalcedonen.
" huiusmodi, &. 6. Constantinopolitan. &. 7. eadem Nicæna, ac
" Romana sub Symacho Synodis habitis, earumque gestis, nec-
" non in Annali libro de Synodis manifestè colligitur; quod etiam
" nouissimè Constantiens. Patres fecisse constat. Quam lau-
" dabilem consuetudinem si Bituricen. Basilien. secuti fuissent,
" huiusmodi molestia proculdubio careremus, &c. Hactenus.
" Leo. 10.

44 Idem † confirmat Pius. 4. constitutione. 106. in eodem bulla-
rio sub data apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini-
cæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, quinto deci-
" mo Kal. August. ita suam constitutionem præfatur. Sicut ad sa-
" crorum Conciliorum decreta ac canones authoritas, atque con-
" firmatio Apostolicæ Sedis & debet, & solet accedere; ita si qua
" super eis exorta sit dubitatio, eiusdem sedis iudicio, & declara-
" tione tollenda est.

45 Quare † in omnibus vniuersalibus Concilijs, quantumcum-
que sint Apostolicæ sedis authoritate congregata, & confirma-
ta, semper exceptuata, saluaque remanet eiusdem Sanctæ Se-
dis, Romanorumque Pontificum in eodem dominantium autho-
ritas; cum hæc sit supra concilia, vt resoluit ex cap. significasti, de
electione, Martinus Laudensis tracta. de Principibus, notabili.
" 499. Textus in cap. ideo permittente. 25. quæstione. 1. ibi. Sa-
" crosancta Romana Ecclesia, ius & authoritatem sacris canoni-
" bus impertitur: sed non eis alligatur: habet enim ius condendi
" canones; vtpote quæ caput est, & cardo omnium Ecclesiarum:
" à cuius regula nemini dissentire licet: ita ergo canonibus au-
" thoritatem præstat, vt seipsam non subijciat eis (& post alia
46 dicit.) † Vnde in nonnullis capitulis conciliorũ cum aliquid ob-
seruandum decernitur, statim subinfertur. Nisi authoritas Ro-
manæ Ecclesiæ aliter fieri imperauerit: vel saluo tamen in omni-
bus iure sanctæ Romanæ Ecclesiæ, &c. & ita constat ex sacro
" concilio Tridenti. sessio. 25. cap. vltimo, vbi dicitur. Postremò
" sancta Synodus omnia, & singula sub quibuscunque clausulis,

« & verbis, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica dis-
« ciplina, tam sub felic. record. Paulo. 3. ac Iulio. 3. quàm sub
« Beatissimo Pio. 4. Pontificibus Maximis, in hoc sacro concilio
« statuta sunt, declarat ita decreta fuisse: vt in his salua semper
« authoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur. Didacus ab Alaua dicto tractatu de concilio. cap. 2. num. 2. Simancas de catholicis institutio. dicto titulo. 12. num. 10. in fine. Cardinalis Iacobatius tractatu de concilio, libro. 6. articulo. 2. num. 148.

47 Cuius † ratio est, quod concilij potestas non est maior, quàm Papæ, vt resoluit Gratia. in dicto. cap. vltimo. 25. q. 1. Cardinalis Albanus in tractatu de potestate Papæ, & Concilij in principio. num. 7. Cardin. Iacobatius lib. 10. artic. 1. num. 77.

48 Imò è † contrario Papæ potestas maior & excellentior est potestate vniuersalis Concilij. cap. sicut. 15. distinctio. cap. quodcunque. 24. quæstio. 1. dicto. cap. significasti, vbi Ioann. And. de elect. Ioannes Corrasius in paraphrasi sacerdota. 2. par. cap. 2. num. 2. Hieronymus Gigas tracta. de pensio. quæstio. 8. num. 8. Cataldinus de Boncompag. in tractatu de potestate Papæ, versic. his ita, num. 79. Michaël de Aninio in tracta. de vnita. ouilis, & pastoris, cap. 27. num. 13. Aeneas de Falconib. tractatu de reseruatio. beneficio. 1. prælu. num. 4. Iacobatius de concilio, lib. 10. articulo. 6. numero. Troilus Maluetius tractatu de canonizatio. sancto. versic. sequitur. num. 34. Hieronymus Albanus dicto tractatu de potestate Papæ. §. his igitur, num. 87. & duobus seqq. dicens. Quod cum multa fuerint concilia, & inter alia
49 Chalcedonense, & Constantiense, quæ gestorum suorum † confirmationem à Romanis Pontificibus petiere, id quod non nisi à superiore peti solet. cap. cum dilecta, & per totum de confirmatio. vtili vel inutili. Bal. in l. fina. C. de legibus. & Felin. in cap. 1. de tregua, & pace. Abbas post Hostiensem in cap. 1. notabi. 2. de locato. Restaurus Castal. in tractatu de Imperatore, quæstione. 1. num. 4. sequitur ex eo, ipsamet Concilia se Romano Præsule inferiora declarasse, atque ideo nullum prorsus in eum imperium habere.

50 Et in tantũ † hoc est verum: quòd licet Papa habeat omnimodam potestatẽ. c. proposuit, de concessio. præbendæ. Guillermus Benedictus in quæstione de Episcopatu, nu. 4. Ioannes Igneus in tra-

tractatu an Rex Franciæ, in solutione argumento. num. 15. Philippus Probus in additionibus ad Ioann. Monachum in præfatio. sexti. num. 57. Anton. de Butrio in cap. cum venissent, num. 9. de iudicijs, & in cap. magnæ. num. 10. de voto. Borgasius in tracta. de irregularitate. 3. par. principa. in princip. num. 3. rubrica de dispensatione Papæ, & sexta parte sub rubri. de voto, nu. 26. S. Tho. in tracta. contra errores Græcorum, cap. 68.

51 Et dicatur, † omnia, & super omnia, vt tradunt Ioannes Andreas in cap. quia cunctis, num. 5. de concessio. præbendæ, lib. 6. Abbas in cap. quoniam, num. 1. & . 5. de constitutio. Bald. in. l. Barbarius, num. 46. ff. de officio prætoris. & in cap. vnico, qualiter dominus proprietate feudi priuetur. Greg. Lopez in. l. 4. titu. 5. parti. 1. glossa. 2. Afflictis decisio. 265. num. 14. Diuus Cyrillus
" in libro Theologorum dicens. Sicut Christus accepit à patre du-
" catum ex Israël egrediens super omnem principatum, & pote-
" statem, & super omne quodcunque est, vt ei genua cuncta cur-
" uentur; sic & Petro, & eius successoribus plenissimè cuncta com-
" misit. Borgasius vbi proximè dicto. num. 3. Gomezius in cap. 1. num. 17. de constitutio.

52 Non † tamen potest se facere minorem concilio, vt post Ioannem Andr. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionib. resoluit Martin. Laudensis in tracta. de Principibus, num. 480. Iacobatius libro. 6. articulo. 14. num. 35.

53 Nec † se subijcere concilio, vtpote sibi inferiori, vt resoluunt Ludouicus Romanus singulari. 144. num. 2. & . 3. Andreas Siculus consil. 1. num 27. volum. 1. Abbas in cap. P. & . G. num. 17. de officio delegati, & omniũ doctissimè Cardinal. Turrecrema. in sum-
54 ma de Ecclesia, libro. 2. cap. 104. per totum: † quia esset tollere sibi ius superioritatis, quod minimè licet, vt bene probat Felinus in cap. nouit, num. 8. de iudicijs. Rebufus responso. 8. versic. præ-
55 terea, & versiculo aliàs sequeretur: † quia suprema Papę potestas est inabdicabilis ab eo, vt resoluit Vargas in tracta. de Episcopi iurisdictione, axiomate. 1. qui eo cõprobat simili; quòd suprema Principis iurisdictio est inabdicabilis ab eo, vt resoluit Lucas de Penna, in. l. quicunque. 2. C. de omni agro deserto, lib. 11. Guiller. Benedict. in dicto. c. Raynuntius, verbo & vxorem, decif. 2. Bal-
" in præludijs feudorũ, vbi de Imperatore tractans ait. Quòd au-
" tem possit facere sibi parem, vel superiorẽ, vel aliquem impunę,

" qui possit rebellare Imperio impossibile est, quia lex Regia con-
" tradicit. Philipp. Probus in additio. ad Ioann. Monachū in præfa-
56 tione sexti, num. 61. resoluens, † quòd Papa non potest pa-
rem, nec superiorem sibi constituere, cùm ipse superiorem nullum habeat in terra, vt per Abbatem quæstione. 1. num. 2. Hostiensis in summa de filijs presbyterorum. §. finali. Ludouicus Gomezius in dicto cap. 1. de constitutionibus in. 6. num. 16. cap. licet, de electione. Petrus à Monte tractatu de Pontificis potestate, versiculo his ita expeditis, num. 18. Bartholomęus de Spina, de potestate Papæ, num. 152. Selua tractatu de iureiurando. quæstione. 4. num. 56. Antonius de Rosellis tractatu de legitimatione, libro. 2. num. 1. Iacobatius de concilio, lib. 8. articulo. 1. num. 2. Marcus Mantua. in dialogo de concilio, num. 46. Gambara de aucto. legati, lib. 5. num. 81. Idem Iacobati. lib. 9. num. 91. Cardina. Albanus de potest. Papæ. 1.
57 parte. num. 81. † Et quia secundum Aristotelem lib. 2. de ani-
" ma, superius principalius est secundum naturam, quàm infe-
" rius: & ideo stantibus terminis discretiuis, nullum inferius par-
" ticipat id quod superius est, vt idem Philosophus ait. 4. Topicorum. cap. 2.

58 Et † hoc in tantum verum est, quòd Papa à nullo dependet. Et sicut se habet sol in planetis, ita Papa in Ecclesijs, & concilio. vt resoluunt, & comprobant Francischi. Curtius tractatu de feudis, quæst. 11. num. 5. Martin. Laudens. tracta. de Principibus quæst. 170. Michaël de Anino in tractatu de vnitate ouil. & pastor. cap. 23. num. 11. Albanus dicto tracta. de potest. Papæ. 2. parte. num. 175.

59 Ideo † non mirum, quòd concilia non possint restringere Papæ potestatem, vt post Ioann. de Fan. in cap. dudum. 3. q. 6. resoluit Iacobatius in tracta. de concilio, lib. 6. articu. 1. num. 9. & lib. 7. articu. 7. num. 3.

60 Nec † ligare Papam dicto cap. significasti, de electio. vbi Anto. de Butrio num. 11. Cardinal. Turrecrema. lib. 3. de Ecclesia. c. 51. Andreas Siculus consilio. 1. nu. 16. lib. 1. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ. cap. 6. nam vti diximus potestas conciliorū ha-
61 betur à Papa: qui † autem habet potestatem ab aliquo, non potest illa vti contra eum à quo habuit. iuxta illud Isaiæ cap. 10. *Nunquid gloriabitur securis contra dominum secantem?* vt refert Gratianus

in

in cap.inferior.21.distinctione,& iuxta veritatem Domini nostri Iesu Christi Ioannis. 13. *Non erit seruus maior Domino suo, neque Apostolus supra eum qui illum misit; non enim exaltabitur serra contra eum qui trahit eam.* §.hinc notandum.23.quæst.5. Andreas Siculus consil.40.num.9.vol.4.

62 Et ita † neque concilium facere potest constitutionem contra statutum Papæ,nisi eo præsente, volente,& consentiente;absente verò minimè, nisi concessa per eum auctoritate, aut postea eo confirmante ex sententia glossæ,verbo inferiorem, per Tex. ibi. in Clement. ne Romani, de electione, quam sequuntur Martin. Laudens. tractatu de Principibus, quæstione. 477. Cardinalis Iacobatius dicto tractatu de concilio, lib.2. articulo.2. num.89. Thomas Campegius in eodem tractatu cap. 34. num. 1. Nico-
63 laus Millis in repertorio, lit. p. num. 2. cuius † est ratio: quòd sicut Papæ potestas non est humana, sed diuina,vt resoluit Philipp.Probus in tracta. de iure regalio, quæstione.55. num. 19.& de diuino origine, diuinisque effectibus, vt Hilarius Pictauiensis sanctitate,& eruditione clarus, & antiquitate venerãdus ,& Arrianorum hostis acerrimus, vt ipsum appellat Diuus Hieronym.
64 de viris illustribus, & Fortunatus presbyter in vita Hilarij: † is enim de Beato Apostolo Petro tractans, super Matthæ.cap. 16. " inquit. O beatus cœli ianitor,cuius arbitrio claues æterni adi- " tus traduntur, cuius terrestre iudicium, præiudicata aucto- " ritas fit in cœlo, vt quæ in terris aut ligata sunt, aut soluta, " statuti eiusdem conditionem obtineant, & in cœlo. Et Orige- " nes tractatu. 6. in Matthæum. Non modica (inquit) differentia " est, quod Petro quidem datæ sunt claues, non vnius cœli, sed " multorum cœlorum; vt quæcunque ligauerit super terram,sint " ligata non solum in vno cœlo, sed in omnibus cœlis. Diuus " Chrysostomus homilia. 5. de verbis Isaiæ dicens. Vidi Domi- " num, quanquam nobis admirandus videtur thronus Regius, ob " gemmas affixas, & aurum quo cinctus est; tamen rerum terre- " narum administrationem sortitus est, nec vltra potestatem hanc " præterea quidquam habet auctoritatis; verum Sacerdoti thro- " nus in cœlis collocatus est;& de cœlestibus negotijs pronuntian- " di habet auctoritatem.Quis hæc dicit?ipse cœlorum Rex. Quæ- " cunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis. Quid " cum hoc honore conferri possit? A terra iudicandi principalem

« auctoritatem sumit cœlum, nam iudex sedet in terra, Dominus
« sequitur seruum, & quicquid hic in inferioribus iudicarit, hoc ille
« in supernis comprobat. Similiter Petrus Damianus Cardinalis,
« & Ostiensis Episcopus sermone de Sancto Petro Apostolo ait.
« Consummatus honor, & dignatio gloriosa, hominem in terris
« positum cœlis imperitare, & inter angelorum choros iudiciariæ
« potestatis exercere virtutem. (& Paulo inferius.) Præcedit Petri
« sententia sententiam Redemptoris, quia non quod Christus,
« hoc ligat Petrus: sed quod Petrus, hoc ligat Christus: iudicat
« Petrus, & Petri iudicia confirmat omnipotens, & est in manu
« Petri manus altissimi. Gundisaluus Poncius aduersus Vuaramundum cap. 6.

65 Quare ab eadem potestatis diuina plenitudine, † constitutiones Papæ appellantur diuinæ. cap. ita Dominus. 19. distinctio. c. in nouo, & cap. quamuis. 21. distinctio. cap. omnes. dist. 22. cap. si quis suadente. 17. q. 4. cap. quodcunque. 24. q. 1. Ioannes à Capistrano in tracta. de auctorita. Papæ. 3. par. 2. partis principalis, num. 32.

66 Et † ita non mirum si per concilium inferius potestate non tollantur. dicta Clem. ne Romani de electione. cap. veniens, de iure iurando. Antonius de Butrio in cap. quia plerique. num. 2. de officio ordinarij. lib. 6. & est in argumentum lex in concedendo cum seqq. ff. de aqua pluuia arcenda. Catald. de transla. concil. Basil. num. 85.

67 Quinimò † cum Papa habeat eandem potestatis plenitudinem super concilia. cap. cuncta per mundum. cap. nemo. 9. quæstione. 3. cap. significasti de electione. Clem. 1. in fine, vt lite pendente. §. hinc etiam. 17. distinctio. Augusti. Beroius. q. 136. num. 2. Paul. de Castro consil. 66. incipien. dubia supra. num. 2. parte. 1. S. Thomas. 2. 2. quæstio. 105. articul. 1. Felin. in cap. 1. num. 24. de constitutionibus Villar. de patronatu Bilbilis. 3. p. §. 1. num. 2. Hierony. Gigas de pensio. quæst. 8. num. 5. & 6. Aluar. Pelag. lib. 1. cap. 6. Redoa. de rebus Eccles. quæstio. 7. num. 22. Iacoba. lib. 10. num. 168.

68 Non † solum conciliorum dubia interpretatur, & decidit. cap. per venerabilem qui filij sint legitimi. cap. maiores, de baptismo. cap. quanto, de translatione Episcopi. cap. quod translationem, vbi glossa de officio delegati, cap. nec licuit. §. hinc etiam. 17. dist.

17.distinct. cap.Adrianus, cap.in Synodo.63. distinctio. cap. ex his. 15. quæst.1. cap. quoties. 24. quæst. 1. Beroius vbi proximè,num.4. Turrecremata lib.4.de Ecclesia,cap.54.

69 Et aduersus conciliorum statuta dispensat, vt notatur in cap. dilectus, & cap.dilecto,depræbendis. Oliuerius Textor. in tracta.de gradibus cognationum, quæst.34.num.45. Alaua de concilio. cap. 2. versic. ex quo patet. Petrus Gregorius Syntagma. iuris.1.parte, lib.9. cap. 11. num. 23. Gambara de Legato à latere, lib. 10. num.396. Borgasi.in tracta. de irregul. titul.de homicidio, num.31. Victor.in relect. de autho.Papæ, & Concilij, num.3. Selua.de benefi.4.par. quæst.8. num.7. versic.septimo.

70 † Et tollit conciliorum constitutiones, dicto cap. significasti, de electione. cap. benè quidem,in fine. 96.distinctio. glos.verbo concilio generali in cap. vbi periculum,de electio. in.6. Felin.in dicto cap.1. num.25. de constitutio. Victoria in relectio. de aucto.Papæ,& Concilij, nu.3.& duobus sequentibus. Paulus Cast. in.l. humanum, num.2. C.de legibus. Selua de beneficio.4.part. quæst.7. num.13. Michaël de Anino tracta. de vnita.ouilis, cap. 23. num.13. Bonaguid. de Aretio. tracta.de dispensatio. nu.80. Selua eadem. 4.parte, quæst. 8. num.9. Petrus Albinian. de potest.Pontifi. num.1. Cardinalis Iacobatius lib.5.de Concil.nu.1. &.6. & lib.6.arti.2.num.24. Petrus Gregorius lib.9.Syntagma. dicto cap.11. nu.26. Idem Iacobatius lib.5. arti.16.num.3. cap. multis. 17. quæst. 1. cap. ex parte,de cape. monach. Sicut etiam videmus quod † cum iurisdictio, & potestas Episcopi sit maior

71 quàm Synodi Episcopalis & diœcesis, potest Episcopus suæ maioritatis ratione Synodales constitutiones auferre, vt post Præposit.in cap. finali. quæst. 5. de clandestina dispensatione, & ex aliorum authoritate resoluit Henrric. de Bottis in tractatu de Synodo Episcopi. 3. parte, articulo. 4. num. 1. † Et ita multo

72 magis poterit Papa auferre statuta generalis Concilij,eisdem derogando,vt vltra præfatos auctores resoluunt Rebuf. responso. 5. versic.præterea. Barbac.consf.1. num.15.lib.1. Martinus Lauden.tracta.de Principibus, notabi.479. Borgasius in tractatu de irregula. 3.par.tit. de dispensatio. Concilij generalis, nu.6.&.7.

73 Quare Beroius dicta quæstione.136. num.14. &. 15. † resoluit, quòd à Concilio potest appellari ad Papam: quia concilia sunt iuris positiui.argum. cap.sanè, & cap.super quæst.§.porro,

de officio delegati, & in.l.1. ff.quis & à quo appelletur, in principio. Tex in cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. vbi Gelasius Pa-
« pa ait. Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorum-
« libet sententijs ligata Pontificum, sedes beati Petri Apostoli ius
« habeat resoluendi: vtpote, quæ de omni Ecclesia fas habeat
« iudicandi. Gundisaluus Poncius aduersus Vuaramundum cap. 9. vbi authoritate canonis trigesimi Nicænæ Synodi comprobat, licere Episcopis ex toto orbe ad Romanum Pontificem appellare: & melius prosequitur, & comprobat Cardinal. Iacobatius dicto tractatu de concilio, lib. 7. articul. 5. num. 227. & lib. 10. articul. 1. num. 58. articul. 2. num. 4. & duobus sequentibus. Selua in tractatu de beneficio. 4. par. quæst. 8. num. 28. Idem Gundisaluus Poncius vbi proximè, cap. 3. versicul. & Gelasius, qui in cap. cuncta per mundum. 17. clarius hoc osten-
« dit, dicens. Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quòd sacrosan-
« cta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, neque
« cuiquam de eius liceat iudicare iudicio: siquidem ad illam de
« qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est
« appellare permissus; sed nec illa præterimus, quod Apostolica
« sedes sine vlla Synodo præcedente, & soluendi quos Synodus
« iniquè damnauerat, & damnandi nulla existente Synodo quos
« oportuit, habuit facultatem, & hoc nimirum pro suo Principa-
« tu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit sem-
« per, & tenebit.

Non tamen è contrario poterit appellari à Papa ad Concilium, & ita nulla est appellatio interposita per eosdem Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum à monitorio sanctissimi Do-
74 mini nostri Domini Pauli. V. Quod comprobatur, † nam ius appellationis pertinet ad superiorē iure superioritatis, vt per Bald. in authen. quas actiones, colum. penulti. versic. ex his apparet. C. de sacrosanctis Eccles. Rolan. à Valle. consil. 75. incip. in isto crimine, num. 19. vol. 3. Franciscus Marcus decisio. parlamenti Dalphinalis. 366. num. 24. & decis. 233. num. 4. dicens, ex eo quod appellatio de vno ad alium denotat superioritatem, scilicet, superiorem esse eum ad quem appellatur. l. 1. §. si quis. ff. de appellationibus.

75 Quia † est de appellationis substantia, vt de minori ad maiorē appelletur iudicē non ad minorem, imò nec ad æqualē, cap. cum

appel-

appellationibus, de appellationib. l. præcipimus. C. eodem titul. Ioannes Ferrarius Montanus tracta. de appellatio. libro. 2. cap. 5. Paulus Castrensi. in. l. aduersus, num. 2. C. si aduers. rem iudica. Abbas in cap. cæterum, num. 33. de iudicijs. Probus ad Monachũ in cap. non putamus, num. 1. de consuet. in. 6. Ioannes Baptista Ferretus cons. 292. numero. 2. tomo. 2. Albanus dicto tractatu de potestate Papæ. 2. parte, num. 77. Petrus à Monte eodem tractatu, rubrica de concilij præeminentijs, num. 17. Ioan-
76 nes Monach. in cap. si duo, num. 1. de officio lega. in. 6. † Nec valebit consuetudo in contrarium secundum eosdem, pro quibus est tex. in cap. 2. de consuetud. in. 6. Hippoly. Riminaldus in rubrica. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, num. 48. & 166. & ita non admittitur appellatio à Papa, qui vt probaui, & est notissimum, maior est potestate & supereminentia tri-
77 bunalis quàm concilium quod minorem habet potestatem, † & à quo ad Papam legitimè appellatur, vt dixi, & probat tex. in cap. in ipsis. 9. quæstione. 3. vbi dicit. *Quod ipsi canones appellationem totius Ecclesiæ ad examen sanctæ sedis admittunt.* Notat Cardinal. in cap. 1. distinctione. 15. Selua de benefic. 4. par. quæstio. 8. num. 13. in fine, & absonum esset quod concilium, quod est inferius, haberet potestatem in superiorem, scilicet Papam, contra iura notissima. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad S.C. Trebellianum. l. nam magistratus. ff. de recep. arbit. Christophorus de Castellio. consil. 23. num. 5. Ioann. Monach. in cap. licet. num. 6. de præbend. lib. 6. & in cap. statuta, num. 3. de hæretic. eodem libro.

78 † Nam in potestate quam Summi Pontifices concessere concilijs, non videntur concessisse ius prædictum superioritatis ipsis reseruatum, sedique Apostolicæ competens, in signum supremæ potestatis, vt nullus ab ea, sed omnes ad ipsam appellent, vt post Aymon. Crauett. consil. 209. incipien. illustrissimus, num. 10. vol. 2. Marcus Antonius Natta, consil. 580. num. 20. & plures allegans Roland. à Valle dicto consil. 75. numero. 20. volum. 3.

79 Imò talis appellatio stulta est, & fatua, † nam appellare à Principis sententia stultum est, cum sit is ad quem debet prouocari. l. 1. in principio. ff. à quibus appellare non licet, authen. quę supplicatio. C. de precibus Imperatori offerẽdis. Ioannes

nes Igne. in l. necessarios. §. non alias, num. 428. ff. ad S. C. Syllani. Capycius decisio. 111. num. 2. Vuesembech. in œconomia ad Codicem, lib. 7. num. 42. Ioann. Ferrar. Monta. tracta. de appellatio. lib. 2. cap. 3. Petrus Gregorius Syntagma. 3. par. lib. 50. cap. 2. num. 24. Rebufus ad leges Gallicas, tracta. de appellatio. arti. 8. glos. 3. num. 24. & sequentibus. Bald. in. l. 1. §. his cunabulis, nu. 7. ff. de officio præfect. Præto. Philipp. Franc. in rubri. de appellatio. fol. 1. Rolan. à Valle consil. 86. num. 11. vol. 2.

80 † Papam autem Principem esse, & nominari, nemo ambigit, & probat tex. in cap. corpora, de consecratio. distinctio. 1. Antonius Roscius lib. 1. memorabilium, cap. 7. num. 3. Abbas in cap. si quis autem. num. 3. de regularibus. Ioann. Garcia in tractatu de nobilitate, glos. 9. num. 53. versic. quinta conclusio, quinimo, & Princeps Principum mundi, vt supra probaui, & benè resoluit Gundisaluus Poncius aduersus Vuaramundum, cap. 10.

81 † Nec obstabit resolutio Romani cōsili. 521. incip. circa propositam consultationem, col. 1. vbi voluisse videtur, quòd quādo Papa promulgat sententiam ex alterius relatione, potest prouocari; nam dupliciter respondetur: primò ex ipsius Romani sententia, quod tunc videtur potius prouocari aduersus errorē, seu imperitiam relatoris, quàm aduersus Principis sententiam, pro quo dicit esse casum valde in terminis, & notab. in. l. 1. ff. quando appellandum sit canonizata in cap. biduum, verbo si quidem. 2. quæst. 6. Paris de Puteo in tracta. de Syndicatu, verbo appellatio. §. subijcio pulchram quæstionem. Secundò respondetur cum Antonio Capycio decis. 111. num. 4. quod contra Ro-

82 manum est communis stylus: nam etiam † quando causæ committuntur per Viceregem cum clausula, quòd facerent iustitiam nomine Regio, eius nomine pronunciant, & non appellatur: & secundum hęc respondet Capycius, quod textus allegatus per Roman. non probat assumptum illius; nam ibi non iudicabat Princeps ad relationem Præsidis, sed Præses ipse; consulebatur autem Princeps, quia præses nō habebat insulam, & sic non poterat deportare; potuisset autem si insulam haberet, iuxta notata in. l. relegatorum, vbi Bartol. ff. de interdict. & relegat. & ita erat illa sententia præsidis iure ordinario lata.

83 † Et cum hæc resolutio procedat indubitanter in Principe laico, multo magis dicendum est procedere in Summo Pontifice,

vt

vt ab ipso minimè possit appellari, vt resoluunt Ioann. Andre. in cap. Romana, num. 17. de appellatio. in. 6. Abbas in cap. tum ex literis, num. 2. de restitu. in integrum, & alij, de quibus infra.
84 Cuius ea præcipua est ratio, † quòd Papa electus legitimè dicitur Deus in terris, vt post Bald. in. l. fina. C. sententiam rescin. non posse, num. 2. tradunt Decius in cap. 1. glos. verbo ab omnibus, de constitutionib. tradit Ioannes de Selua in tracta. de iure iuran. 4. par. num. 54. Anto. de Butrio in cap. nimis, num. 4. de iure iurando. & eius facta Deo attribuuntur. cap. quanto, vbi Antoni. de Butrio num. 5. de translatio. Episcop. Ludouicus Bologni. in additio. ad Cataldin. tracta. de translatio. concilij Basilien. num. 9. Ioannes Neuicanis lib. 1. Syluæ nuptialis, verbo non est nubendum, num. 155.
85 † Et quod ipse Papa facit, videtur facere vt Deus. iuxta notata in cap. si quando, & cap. cum à Deo, de rescriptis. cap. proposuit, de concession. præbendæ. Præpositus in cap. per venerabilem, num. 145. qui filij sint legitimi. Baldus in cap. 1. de noua forma fidelita. in vsibus feudo. Ioannes de Sala. consil. 68. num. 14.
86 Paulus Cast. consil. 415. nu. 1. par. 1. Et † cum sit Dei Vicarius, non est presumendum, quòd aliter iudicet, quàm Deus ipse esset iudicaturus, vt argum. cap. nouit. 43. de appellationib. l. vnica. ff. « de officio præfecti pretorio ibi. Credidit enim Princeps eos qui « ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad « huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos « esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudica- « turus: vbi glos. pen. eum textum ait procedere in Episcopis, & Cardinalibus, quos æquiparat præfectis prætorio. l. Episcopale. C. de Episcopali audien. & multo magis procedet in Papa, vt proprijs in terminis ponderat Ioann. Andreas in cap. cum venissent. 12. num. 7. de iudicijs, cap. non nos. 40. distinct.
87 † Est enim Papa vnicus fons iustitiæ vberrimus, vt dicunt Socinus consil. 164. visa Bulla, col. 3. Philipp. Probus in additio. ad Ioann. Monach. in cap. nemo, num. 60. de electio. in. 6. Paul. Fuscus in tracta. de visitatione, lib. 2. cap. 20. num. 1. † Et tantum
88 de ipso confiditur, vt secundum conscientiam propriam possit iudicare. secundum Barthol. in. l. vnica in fine. C. vt quæ desunt aduocatis. Ludo. Bologni. in dictis additio. ad Cataldinum, num. 7. Paris de Puteo in tracta. de Syndicatu, verbo an iudex, nu. 4. Floria-

Florianus de sancto Petro in. l. si irruptione. §. ad officium. ff. finium regundorum, quia Papæ iudicia de vultu Dei prodeunt, vt inquit Pōtifex in cap. 1. in principio, titulo vt ecclesiastica be-
89 neficia sine dimi. confer. Et ideò † Papa non potest recusari, vt resoluunt Abbas in cap. quærelam, num. 14. de electione. Felin. in cap. inquisitionis, versic. & quantum possit Papa, num. 14. de accusationibus. Felin. idem in cap. in causis, num. 4. de sent. & re iudica. Ioann. Ferrar. tracta. de recusationi. cap. 9. Menoch. lib. 2. de arbitra. Iudi. casu. 458. num. 58. vnde hac etiam de causa non
90 poterit ab ipso appellari, † cum appellatio, & recusatio in iure parificentur. cap. super eo. 2. de appellationibus. Ioannes Andreas in cap. 2. num. 2. de iuramen. calum. lib. 6.

91 Et confirmantur prædicta, † quia in tantum præsumitur Papæ sententias esse iustas, & canonicè promulgatas, vt ait tex. in cap. cum inter vos. §. fina. de senten. & re iudicata, cap. absit. 11. quæst. 3. & ex alijs resoluit iuribus Aluarus Pelagius libro. 1. de
92 planctu Ecclesi. cap. 26. Quod †, licet totus mundus sentiret contra Papam, esset standum eius sententiæ, iuxta notata in fortioribus terminis in cap. hæc est fides. 24. quæst. 1. Cardinal. Iacobat. de concilio. 3. libro. articu. 1. num. 36. & lib. 6. articulo. 2. num. 45. Philipp. Probus in additionibus ad Ioann. Monach. in cap. super eo, numero. 29. de hæreticis, dicens. *Papæ sententiam prævalere sententiæ omnium Episcoporum*: quę fuit opinio glos. in cap. in istis. distinctio. 4.

93 † Vnde Nicolaus Papa. 1. ad Michaëlem Imperatorē scribens. « ait. Nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sen« tentiam retractare, permissum: videlicet propter Romanæ Eccle« siæ primatum Christi munere in Beato Petro Apostolo diuinitus « collatum. Et habetur in cap. nemini. 17. quæst. 4. Cataldinus de Boncompag. tracta. de potestate. Papæ, nu. 100. & seq. Barthol. de Spina. in eodem tracta. num. 12. & seq. Ioann. à Capistrano de auctoritate Papæ. 3. par. secundæ partis, num. 37. Hieronym. Albanus in tracta. de potesta. Papæ. 2. par. num. 171.

94 † Gelasius etiam Papa. 1. Fausto legato scribens, ait. Ipsi sunt « canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sanctæ sedis « examen deferri voluerunt: ab ipsa verò nusquā prorsus appellari « debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ip« sam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præce-

perunt.

" perunt iudicio iudicare, sententiamque eius constituerunt non
" oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandauerunt.
Carrança in summa Conciliorum in eodem Gelasio primo. Gundisal. Poncius dicto cap. 3.

95 Et confirmantur prædicta: nam à sententia Papæ non potest appellari ad Collegium Cardinalium; cum sit de substantia quòd fiat ad maiorem, vt diximus, & resoluunt Bartol in l. 1. §. si quis in appellatione, num. 5. ff. de appellatio. Riminal. in rubrica ff. de officio eius, num. 166. Abbas Panor. quæst. 6. num. 10. & 11. Gregor. Lopez in. l. 1. titulo. 23. partita. 3. glos. 2. Menochius consil. 75. num. 13. tom. 1. & ita in proprijs terminis resoluunt Hieronym. Manfred. tracta. de Cardinalibus, decisio. 391. Cardinalis Iacobatius in tracta. de concilio, libro. 10. artic. 3. num. 1.
96 † cuius est ratio: quòd Papa est potestas, & iudex Cardinalium secundum Archidia. in cap. vbi periculum de electio. libro. 6. & Cardinales subsunt Papæ, & à Papa deponuntur. cap. 1. de schismaticis in. 6.

97 Quare † Paulus de Castro in. l. 1. num. 5. ff. de legibus, tenet, quòd licet Papa consueuerit expedire negotia ponderosa de consilio fratrum Cardinalium, non tamen tenetur de necessitate si non vult. Pro quo facit Panormita. in cap. 2. num. 3. de clericis
98 non residentibus, tenens. Quòd † non potest consuetudine introduci, vt Papa non agat sine consilio Cardinalium: quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ, † contra quam
99 nulla præscriptio currit, secundum Innocen. in cap. bonæ, lo. 2. de postula. prælato. Franc. Marcus quæstio. parlamenti Dal phinalis. 1297. num. 5. & 6. Baldus de præscriptionibus. 2. par. 5. partis principalis, quæst. 2. num. 3. allegans cap. cum non liceat, cum ibi notatis de præscriptionibus, glos. in cap. 1. vers. non obstat, in fine, de clerico ægrotan. lib. 6. canonistæ, in cap. cum contingat de foro competen. Iasso. in. l. Imperium, colum. 11. num. 24. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Socinus consi l. 175. incip. in causa fratrum, col. 2. & confirmat Bald. in. l. 2. quæst. 6. nu. 27. C. de seruit. & à qua, dicēs quòd præscriptio cōtra Papā non procedit in his quæ tangunt potestatis plenitudinem. Bertachi. in repertorio, verbo præscriptio. 6. versic. præscriptio contra Papam.

Quare Iacobatius dicto lib. 10. artic. 3. nu. 2. post Augustinum Trium-

Triumphum Anconitanum, tracta. de potesta. Ecclesiæ, quæst. 6.
100 articulo. 5. concludit, † quòd Papa comparatur ad Cardinales sicut cœlum ad terram, & quod non licet à Papa ad eos appellare.

101 † Et licet Bartolus in. l. vbi absunt. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab ijs, videatur innuere contrarium, dum vult quòd si appelletur à potestate, appellãdum sit ad ordinem decurionum, vbi in ciuitate non est iudex appellationis; & quòd vacante Episcopatu succedat capitulum, & vacante Papatu succedant Cardinales in iurisdictione, & quòd si vacante sede esset ad Papam appellatum, talis appellatio deuolueretur ad Cardinales, quasi Cardinales habeant eandem iurisdictionem, quam habet Papa. Et sic videretur dicendum, quòd vbi à Papa appellatur, & eius iurisdictio ex eo suspenderetur, esset appellandum ad Cardinales penes quos remaneret Pontificalis iurisdictio. Tamen Iacobatius dicto artic. 3. num. 4. ait, quòd illud quod dicit Bartol. de Cardinalibus, non est verum, & est contra tex. in cap. vbi periculum. §. ijdem quoque, de electio. in. 6. & in Clem. ne Romani de electio. per quæ iura DD. communiter in dict. l. vbi absunt impugnant doctrinam Bartoli.

102 Et confirmatur, † nam etiam quãdo Papa de consilio Cardinalium aliquid facit, aut disponit, solum emittitur sub nomine Papæ, & non aliorum. Resoluit Quintilia. Mandos. super regul. 8. Cancellariæ rationi congruit, quæst. 5. num. 5. & 6. eam rationem adducens, quòd † actus denominatur ab eo qui principalis est, & principaliter facit, non autem à consensum, aut consilium præstante. l. si pater in fine. ff. de manumis. vindicta. l. aliud est vendere. ff. de regulis iuris, Bald. in. l. 2. quæst. 20. num. 24. C. de rescindenda venditione.

104 Et ex rationibus eisdem † non valeret appellatio ad Papam futurum successorem interposita: nam etsi daremus, quòd inspecto futuri temporis tractu esset paris potestatis cum Papa præsenti, succedit iuris regula, quòd par in parem non potest Imperium habere. l. nam & magistratus. ff. de receptis arbitris. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad S. C. Trebellian. cap. innotuit. de electione, Ludouicus Gomezius in regul. de valore exprimendo, quæst. 1. versic. quid in tanta. Iacobus Bonaudius in additionibus ad Ioann. à Terrarubea in tracta. contra rebelles, tractatu. 1. artic.

articu.1.glos.donatio. Menochi.consil.250.nu.41.& consil.298. nu.13.lib.3. cap. 16. quæst.4. Cataldinus in tracta. de potestate Papæ, versic.his ita,nu.87. Forcatulus de Gallorum Imperio,& Philosophia, lib.7. pagina mihi.984.

105 Imò † secundum Augustinum Anconitanum vbi supra, dicta quæstione.6. articulo.4. non minor, sed maior & perfectior est Papa viuens,qui est in actu,quàm futurus,qui est solùm in poten

106 tia. Et teste Aristotele. 9. Metaphysicorum. † *Actus prior est potentia, non solum ratione & tempore, sed etiam substantia; actusque melior est, & honorabilior in melioribus & honorabilioribus, quam potentia; quæ* (teste eodem Philosopho ibidem,) *minus nobilis est in bonis, quam actus.* Et ita idem Augustinus post Archiepisc.Florentinum.3.p. titu.24.cap.2.§.quoniam quidam,concludit, non tenere appellationem à præsenti Papa ad futurum. Sequitur Cardin.Iacobatius de concilio,lib.10. articu.3. nu.5.

107 † Et prædicta in tantum sunt vera,vt à Papa non possit appellari etiam ad Deum, vt post Hostiens. & Ioann.Andr. resoluit Iacobatius dicto libro.10. articu.1. num.52. & artic.4.num.

108 1. & sequentibus eas assignantes rationes. † Quòd Papa facit idem consistorium cum Deo,vt notat Hostiensis in cap. quanto, de translatio. Episcopi, quem refert & sequitur Ludouicus Gomezius in cap.1.num.38. de constitution.in.6.cap.2. de consuetud. lib. 6. cap. Romana, de appellation. eodem libro. Petrus à Monte tractatu de potestate Pontificis, in principio, num. 7. Menochius consilio. 257. num. 80. libro. 3. Marcus Mantua. in dialogo de concilio, num. 46. Selua in tractatu de beneficio. 4. par.quæst.8.nu.22. Michaël de Aninio in tracta. de vnitate ouilis,& pastoris,cap.23.nu.5.Barbacia de præstan.Cardinalium.1. parte.4.quæst.basilica, nu.4. Ioa. Lup.de benef. vac.in cur. §.1. Et quia vt ait Augustinus de Ancona dicta quæstione. 6. artic.1. & duobus sequentibus,talis appellatio non est admittenda. Tum quia appellans subterfugit iudicium à Deo institutum, & ordi-

109 nem diuinæ iustitiæ: imò † talis sic appellans à Papa ad Deum dicitur appellare contra Deum, quia vult subterfugere Diuinam ordinationem, & resistit Diuinæ voluntati, quæ ordinauit, vt homo iudicet in præsenti seculo. Et ita glossa super illud Apostoli. 1. ad Corinthi. cap. 4. *Mihi autem pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die.* Dicit, duo iudiciorum esse ge-

nera: vnum humanum, quo homo iudicat hominem in præsenti
vita, quod Apostolus appellat diem hominis: aliud Diuinum, quo
iudicabit Deus, quod Apostolus appellat diem Dei; & ita taliter
appellans refugit diuinam ordinationem: ideo dicitur appellare
110 contra Deum, argu. cap. qui resistit. 94. xj. quæst. 3. † Tum quia
talis appellatio repugnat determinationi temporis, quia Deus
præfixit diem determinatam, in qua omnes iudicandos per ip-
sum oportet præsentari ante tribunal ipsius, vt recipiat vnuſ-
quisque prout gessit in corpore. Sicut dicit Apostolus. 2. ad Co-
rinth. cap. 5. Ioelis cap. 3. Sophoniæ. 1. & Isaiæ. cap. 13. dum di-
« cit. Ecce dies Dñi veniet crudelis, & indignationis, plenus iræ,
« & furoris, ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores
« eius conterendos. Hermes Trimegistus scribens ad Asclepium, di-
« cens. Audi igitur, ô Asclepi, cum fuerit animæ à corpore facta di-
« scessio, tunc ad examen, meritique eius arbitrium transiet in
« Summi Dęmonis potestatem, qui eam cum piam, iustamque pro-
« uiderit, in sibi competentibus locis manere permittit. Si autem
« delictorum illam maculis, vicijsque obsitam viderit desuper ad
« ima perturbans procellis, turbinibusque aëris, ignis, & aquæ se
« se discordantibus tradituros, inter cœlum, & terram inundans
« fluctibus in diuersa semper pœnis æternis agitata raptatur, vt in
« hoc animæ obsit æternitas, quod sit immortali sententia æterno
« supplicio subiugata. Sic ne his implicemur, verendum, timendum,
« cauendumque esse cognosce. Incredibiles enim post delicta cogẽ
« tur credere; non quidem verbis, sed exemplis; non minis, sed ip-
« sa passione pœnarum. D. Thom. super. 4. sentẽtia. dist. 44. Petrus
de Palude in eodem, dist. 50. Ricard. dist. 48. cap. hæc autem, vbi
glos. 23. quæst. 4. Lactantius Firmianus lib. 7. diuina. institutio-
« num, cap. 18. & seqq. Malachias cap. 3. dicens. Et accedam ad
« vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periu-
« ris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, &c.
111 Cum ergo † appellatio sit remedium iuris, vt per totum titu.
ff. & C. de appellatio. & in Decretalibus, quicunque in hac vita
vult appellare ad Deum, vult via iuris ante diem iudicij, qui erit
post hanc vitam, procedere in iudicio, & vult via iuris præuenire
diem iudicij à iudice ordinatum, contra illud Apostoli in eadem
1. Epist. ad Corinthios, cap. 4. *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque
ueniat Dominus.* Iacobatius dicto lib. 10. artic. 4. nu. 3. & 6. qui post
Colle-

112 Collectarium in cap. quæ multotiẽs, de regulis iuris † dicit, quòd appellans à Papa ad Deum, dicitur incidere in hæresim, quando sententia Papæ esset iusta, sequitur Alexand. in cap. non decet. 12. distinctio.

113 Ex quibus etiam infertur, † non licere appellare à Papa ad Christum. Quia etiam Papæ, & Christi est vnum, & idem consistorium, cap. 1. & 2. vbi Hostiens. de translatio. Episcopi. Selua de beneficio. 4. parte, quæst. 8. num. 8. versic. decimo. Franciscus Marcus decisio. parlamenti Dalphinalis. 1313. num. 1. Ioa. Lup. de benefi. vacan. in curia. §. 1.

114 Adeò † quòd mortuo Papa Ecclesia non dicitur vacare, nec esse sine pastore, vt dicit glos. notabilis, verbo non consona in Clem. ne Romani, de electione, & in cap. 1. verbo sede vacante,

115 de schismat. in 6. quæ dicit, † quòd Christus est caput, Sponsus, Rector, & Pastor Ecclesiæ. Borgasius in tracta. de irregularitate,

116 titulo de dispensatione concilij, in 3. par. nu. 2. & 3. † Licet ipse Papa esset Pastor visibilis Ecclesię relictus per Christum in cœlos ascendentem, vt ait Michaël de Anino de vnitate ouilis, cap. 11. num. 3. & 9. Lælius Iordanus de Romanæ sedis origine, cap. 7. num. 11.

117 Similiter † quia licet moriatur Papa, tamen sedes Apostolica non moritur, cap. si gratiose, de rescriptis in 6. authen. quomodo oporteat Episcopos. §. licentiã, collat. 1. Mandos. regul. 1. cãcellariæ, quæst. 10. nu. 15. & reg. 3. quæst. 14. nu. 4. Flami. Parisius lib. 5. de resignatio. beneficio. quæst. ultim. num. 232. Gambara lib. 9. de potesta. Legati de latere, num. 27. & seq. Cardinal. Iacobatius tracta. de concilio, lib. 6. arti. 4. num. 4.

118 Nec † Ecclesia remanet acephala, quia Christus est caput eius, vt notant communiter DD. in dicta Clem. ne Romani, de electio. Archid. in cap. vbi periculum, eod. titulo in 6. Cosmas Gumier. in pragmat. sanctio. tomo. 1. titu. de auctorita. generalis concilij, cap. sacrosancta. §. & primo. glos. Christo. Petrus à Monte de Põtificis potestate, in principio, nu. 17. Iacobat. de concilio lib. 9. artic. 12. n. 63. Marcus Mantua. in dialo. etiam de concilio. n. 34. Redoanus de Simonia mentali. 1. parte, cap. 22. num. 5. Alua. Pelag.

119 de planct. Eccles. lib. 1. cap. 64. Rursus facit pro eadem parte, † quòd cũ Papa Dei Vicarius, Christiq. sit in terris. c. 1. & per totũ de trãslat. Epis. cap. Apostolicę, de re iudicata in 6. c. innotuit de

 electio.

electio. cap. 1. de homicidio in. 6. cap. vt nostrum. §. porrò. vt ecclesiast. benefic. sine diminutio. confer. Marcell. Fortuna. tracta. de veritate. 1. par. num. 198. Platina in vita Grego. 7. Turrecre-
120 mata in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 3?. Sequitur, † quòd non potest ab ipso appellari ad Christum, cuius est Vicarius; quia nō appellatur à Christo ad constituentem, cuius est Vicarius: dicto cap. 2. de consuetudine, lib. 6. Guido Papa decisione Dalphinatus. 436. num. 40.

121 Quare Alexand. in dicto cap. non decet, distinct. 12. quem refert & sequitur Cardinal. Iacobatius lib. 10. arti. 4. nu. 6. concludit; quòd appellans à Papa ad Christum est hæreticus, quia virtualiter negat Papam esse Vicarium Christi, & ideo tanquam temerè appellans punitur. l. eos. §. ne temerè. C. de appellationibus. Baldus in. l. 2. C. de Episcopali audientia. Bartol. in. l. ab executore. C. quorum appellatio non recipiantur. Ioannes Mo-
122 nachus in cap. quamuis, num. 2. de electione in. 6. † Nam taliter appellantes à Papa friuolè appellant, & committunt in legem, & iura quæ prohibent à Papa appellari. l. 1. ff. à quibus appellare non licet, dicto cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Iudocus Rauesteyn. Tiletanus in oratione defensoria sacri Concilij Tridentini contra Molinæum, versiculo quam fuerit legiti-
123 ma, † & in legem committens non vtitur legis beneficio. l. non dubium. C. de legibus, cap. quia frustra, de vsuris: quinimo talis committens in legem peccat mortaliter, & pœnam incurrit. cap. si quis, de maior. & obedien. Iacobatius dicto lib. 10. articu. 4. nu. 5. Petrus Gregor. lib. 50. Syntag. cap. 12. num. 51.

124 Et † cum talis appellatio sit notoriè nulla, & friuola, non est attendenda, nec deferendum ipsi: quia appellatio nulla non est appellatio, vt argu. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata resoluit Marcus Antonius Eugenius consilio. 71. nu. 41. tomo. 1.

125 Quia † cum ius non admittat friuolā appellationem. cap. cum sit Romana, de appellatio. in. 6. ita vt inferior iudex qui eam admittit puniendus veniat. §. sunt etiam quorum, versic. si quis. 3. quæst. 6. Cosmas Gumier. in pragmatica sanctione, tomo. 2. titu. de appellatio. §. quodque glos. verbo iniustè, nullus iudex debet deferre, aut indulgere friuolis, vanis, aut iniustis appellationibus. c. pastoralis. cap. vt debitus. cap. cum speciali. c. interposita. cap. præterea de appellationibus. Speculator titu. de executione. §. 4.

§.4. versic. facta. D. Bernard. lib. 3. de consideratio. ad Eugenium
" dicens. Qui non grauatus appellat, liquet, quòd aut grauare in-
" tendit, aut tempus redimere: nō est autem suffugium appellatio,
" sed refugium. cap. cum appellationibus friuolis, de appellatio. lib.
6. Didacus Simancas in enchiridio iudicum violatæ Religionis,
" tit. 65. nu. 4. & 5. dicēs. Quòd non tantum appellationes friuolæ,
" id est, quæ causam afferunt, nec iustam, nec idoneam, recipiendæ
" non sunt; sed illæ quoque sunt reijciendæ, quæ frustratoriæ sunt,
" & morandi causa interponuntur: ideoque Constantinus meritò
" edixit moratorias, frustratoriasque prouocationes, quæ non tan-
" tùm appellationes sunt, quàm ludificationes, non esse admitten-
das. l. 1. & 4. quorum appellationes non recipiantur. lib. 11. Codi-
cis Theodosiani, cap. quicunque. 2. quæst. 6. l. tutor. ff. de vsuris. Cu-
iatius in paratitlis ad titulum. C. quorum appellationes non re-
cipiantur. Brissonius lib. 5. de formulis, pagina. 521. in princi. Si-
mancas vbi proximè, titu. 52. num. 11. Petrus Gregorius lib. 50.
Syntag. cap. 2. num. 52.

126 Appellationis † enim remedium ad innocentię dumtaxat prę-
sidium, iustique prosequutionem appellandi rationem compara-
tam, & non vt temeritatis quisque suæ, & maleuoli animi præ-
textum habeat, nec vt iniquitatis defensio fiat, vt inquit Innoc.
in cap. cum speciali §. porro, de appellatio. cap. ad nostram. cap.
suggestum, de appellat. Ioannes Monachus in cap. cum appel-
lationibus, eodem titulo in. 6. Ioannes Ferrarius Montanus tra-
ctatu de appellatio. lib. 1. & 2. cap. 2. Quare etiam si foret tri-
bunal aliquod, ad quod posset appellari, potuisset ve per eos-
dem Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum, non esset de-
ferendum appellationi prædictæ per eosdem interpositæ, cum
ea iniusta sit, & nulla, omnibusque iuribus aduersa; & id mul-
to magis dicendum est, cùm non sit iudex, ad quem possit ap-
127 pellari: † & vbi non est iudex non datur iudicium. cap. forus. §.
in omni, de verborum significatio. Cardinalis Iacobatius lib. 8.
articu. 1. num. 2.

128 Neque † obstabit dicere, quòd facta Papæ corrigi possint, &
notari, eo quod Paulus lumen gentium Petrum Apostolorum
Principem reprehendit, quasi eidem par esset, vt ipse testatur
in Episto. ad Galatas cap. 2. dicens. *Cum autem venisset Cephas, alias*
Petrus, Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat: prius enim

quam uenirent quidem a Iacobo cum gentibus edebat: cum autem uenissent, subtrahebat, & segregabat se timens eos, qui ex circuncisione erant; sed cum uidissem quod non recte ambularent ad ueritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis, & non Iudaice, quomodo gentes cogis Iudaizare? &c. Vbi prosequitur correptionem super obseruatione legalium: & refertur in cap. qui contempta, distinctio.8. cap. testes, versic. item si Paulus.2. quæstio. 7. Rojas in tracta. de hæreticis, versiculo ipsis, nume. 54. Conradus Brunus tracta. de hæreticis, cap. 6. de libris hæreticorum, num. 20. Ioannes à Capistrano in speculo conscientiæ, num. 139. Petrus à Monte de Pontificis potestate. §. de concilij præeminentia, num. 24. Iacobatius de concilio lib. 10. §. restat, num. 287. ita vt Diuus Hieronymus ad cap. 2. dictæ Epistolæ ad Galatas „ dixerit. Paulus Petrum reprehendit, quòd non auderet, nisi se „ non imparem sciret: vt refertur in cap. 33. Paulus. 2. quæstio. 7. & Beatus Ambrosius sermone. 6. de natali Petri, & Pauli, ait. „ Beati Petrus, & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & „ speciali quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipsos „ quis, cui præponatur incertum est: puto enim eos æquales esse „ meritis, qui æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione „ vixisse, quos simul vidimus ad martyrij gloriam peruenisse: & refertur in cap. 37. Beat. Petrus. 2. quæstio. 7. & idem Apostol. ad Galatas, cap. 2. ait. *Cum uidissent quod creditum est mihi Euangelium præputij, sicut Petro circuncisionis: qui enim operatus est Petro Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes.* Gabriel Fiamma in sermone de magnitudine, & authoritate S. Petri, & meritorum S. Pauli. Petrus Albinianus de Pontific. potestate in principio, num. 10. Cornelius Mussus sermone diei. 21. quadragesimæ super illud Matthæi cap. 18. *Respiciens Iesus in discipulos suos, &c.*

129 Nam † respōdetur multipliciter, primò cum Gratiano in eodem cap. Paulus. 2. quæst. 7. qui interpretatus verba D. Hierony. „ ibi relata, ait. Hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis, sed de „ puritate vitæ, & sanctitate cōuersationis intelligitur. Solus enim „ Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Cardina. Iacobat. de „ concilio, lib. 7. arti. 7. num. 43. dicens. Hanc Petri potestatem, in „ ordine, dignitate, iurisdictione, & administratione, licet non in „ cumulo meritorum, miraculorum, ac puritatis & sanctitatis, transfun-

« transfundit Christus in omnes & singulos, veros, & canonicè
« intrantes Petri successores, & vniuersalis Ecclesiæ Summos Pon-
« tifices, Christi Vicarios, & quod Petro quoad hoc dictum
« est, dictum fuit in persona eius, successoribus ipsius, in quos so-
los est deriuata potestas Ecclesiæ, dicente Domino Ioannis
cap. 10. *Fiet unum ouile, & unus pastor.* Idem Iacobatius libro. 6.
130 articulo. 2. numero. 114. † Nam primus pastor huius ouilis
fuit Christus naturalis Dei Filius, dum vixit in præsenti vita in-
ter mortales homines. Huic magno Pastori successit postea bo-
nus Petrus legitimus & verus Vicarius eius, cum alijs Summis
Pontificibus, quibus commissæ fuerunt à Domino omnes oues
spiritualis ouilis, de cuius vnitate, & de vnico eius pastore Pro-
pheta Ezechiel cap. 37. ait. *Seruus meus Dauid Rex super eos, &
pastor unus erit omnium eorum. Non erunt ultra duæ gentes, nec diui-
dentur amplius in duo Regna.* Et hoc dicit & insinuat Diuus Pau-
lus ad Ephesios, cap. 2. *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.*
Onophrius Zarabinus Homil. 1. Dominicæ. 2. post. Resurrectio-
nem. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ, cap. 10. Et ita
Papa eandem quam Petrus in iurisdictione, & ordine ad regimē
huius ouilis habet potestatem. Et hoc videtur sensisse D. Paulus
1. ad Ephes. dicens de persona Christi, quod de ipsius Vicario
« venit intelligendum. Constituens ad dexteram suam in cœlesti-
« bus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, &
« dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solùm in
« hoc sæculo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus
« eius: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam. Et com-
muni consensu omnes Doctores resoluunt, Petrum fuisse maio-
rem in administratione, & potestate, quàm Paulus, & alij Apo-
stoli, cap. puto. 2. quæst. 7. Ioann. à Capistrano de potestate Pa-
pę. 1. p. 1. partis principalis, nu. 8. Petrus Albinianus dicto tracta.
de potestate Pontificis, num. 49. & sequentibus, & num. 74.
pōderans illud D. Hieronymi de viris illustribus, in elogio Petri.
« Simon Petrus filius Ioannis prouinciæ Galileę, vico Betsaida fra-
« ter Andreæ Apostoli, & Princeps Apostolorum, &c. Michaël
de Anino de vnitate ouilis, cap. 20. num. 21. Iacobatius lib. 10.
articulo. 7. num. 81. & probat Clemens. 80. distinctio. cap. in il-
« lis in fine, dicens. Quoniam neque inter ipsos Apostolos par fuit
« institutio, sed vnus prefuit omnib⁹. Tex. in. c. sacrosancta. 22. dist.

" post mediū, vbi Anacletus ait. Inter Beatos Apostolos quædam
" fuit discretio potestatis, & licet omnes essent Apostoli, Petro ta-
" men à Domino concessum est, & ipsi inter se voluerunt id ipsum,
" vt reliquis omnibus præesset Apostolis. Tex. etiam in cap. omnes, eadem distinctio. secundum quod intelligitur, cap. in nouo. 21. distinctio. & dictum Cypriani in cap. loquitur. 24. quæst. 1. quibus innui videtur, præeminentiam Petri in Ecclesia, & super Apostolos accepisse de voluntate, & consensu Apostolorum, nam hoc voluerunt potestate consequēte, & acceptante cum Dei ordinatio præcessisset, quæ fuit causa causans eandem prælationem, non Apostolorū obsequio iam subiecta voluntas, vt benè resoluit Iacobatius dicto lib. 7. artic. 7. num. 40. & sequentib. qui satisfacit dicto Beati Ambrosij in dicto cap. Beati. 2. quæstio. 7. dicens.
132 *Quod dictio, meritis, de qua ibi, tollit contrarium;* † *nam prælatione impares fuerunt, & Petrus maior Paulo, sicut reliquis Apostolis.* vt benè resoluunt Origenes, & Hilarius ad cap. 16. Matthæi. Basilius lib. 2. contra Eunomium. Ambros. sermone. 47. de fide Petri, & sermone. 2. de vinculis eius; & in Lucam lib. 4. cap. 9. Origenes homilia. 8. super Ioann. D. Cyprian. lib. 4. Episto. 9. Idem Ambros. lib. 4. de Fide, cap. 3. Cyrillus lib. 2. in Ioannē. cap. 12. D. Chrysost. homilia de Cruce, & homilia. 55. in Matthæ. & 87. in Ioannem. Leo Papa sermone. 2. de Sancto Petro. Hieronym. in Matthæ. cap. 16. & lib. 1. contra Iouinia. Gregori. lib. 4. Episto. 32. ad Mauritium, & plures alij grauissimi authores relati per Couarru. lib. 4. variarum, cap. 14. verbo, primatum obtinuit. Cardinal. Iacobatius dicto lib. 10. articu. 7. nu. 81. qui etiam respondet dictis Pauli dicto cap. 2. Episto. ad Galat. primo, cum glossa
133 Hierony. ibi. † Quòd Paulus in Petro non potuit reprehendere, quod ipse fecit, nec arguere simulationē, cuius & ipse reus erat; sed fuit dicta reprehēsio dispensatoria, non vera; nec Petrus peccauit, nec Paulus procaciter arguit: dicitur autē fuisse dispensatoria, hoc est, propter aliud facta, quàm propter illud, quod Petrus faciebat, scilicet vt per hoc scirent gētes non esse iudaizandū, cùm viderent reprehendi Petrum in huiusmodi permissione: quia vt ait Cardin. Sancti Xisti in dicto cap. Paulus, Petrus non peccauit:
134 † quia licet legalia ante publicationem Euangelij essent abolita, & mortua, non tamē erant mortifera ante eiusdē Euāgelij publicationē: ideò tamen Petrus fuit redargutus, quia nimiū curabat me

ne Iudæos offenderet, ex quo sequebatur Gentiles credere, necessarium esse obseruare legalia, iudæorum ritum in cibis seruando: & ita reprehensio prædicta non fuit ex authoritate, aut superioritate: sed quod Paulus tanquam minor reprehendit Petrum maiorem. Et ita idem Cardinalis sancti Xisti vbi proximè ait. Petrum audito periculo gentium acquieuisse reprehensioni Pauli, præbens exemplum maioribus, vt non dedignentur corrigi à posterioribus, sicubi reperiuntur aberrare. Idem Cardinal. Iacoba. dicto articulo. 7. num. 56. & num. 297.

135 Imò † & ipse Paulus Apostolus multis demonstrationibus recognouit Petri superioritatem, & eminentiam: nam Beatus Dionysius in epistola ad Timotheum (si tamen eius est vt vulgò perhibetur) inquit. Adueniente consummatione eorum, cùm separarentur ad inuicem, Paulus dixit Petro. Pax tecum fundamentũ omnium Ecclesiarum, & caput, & pastor omnium agnorũ Christi. Et è conuerso Petrus Paulo respondit. Vade in pace prædicator bonorum, mediator, & dux salutis iustorum, vt refert Iaco-

136 bat. vbi proximè, num. 89. † & Summum Pontificatum eius recognouit, & veneratus est, dum ab ipso curauit doceri, in his quæ vtranque legem, & nouæ veritatem tangebant, ad perfectionem doctrinæ consequendam, & hoc dicit in epistola ad Galat. cap. 1. dicens. Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrũ, & mansi apud eum diebus quindecim: vnde Diuus Hieronymus in episto. ad August. quæ incipit, tres simul, ait. Tantæ authoritatis Petrus fuit, vt Paulus epistola sua scripserit. Deinde post tres annos veni Ierosolymam, &c. Cornelius Mussus sermone super die secundo quadragesimæ, parte. 2. Cardinal. Iacobat. dicto articulo. 7. num. 83. Ioannes à Capistrano in tractatu de auctoritate Papæ. 3. parte. 2. partis principalis, num. 50. & 51. Lælius Iordan. de Roma. Sedis origine. cap. 10. num. 36.

137 Quod † autem Paulus obedientiam, & reuerentiam Petro exhibuerit, ostendunt in eorum historia Leo, & Marcellus; quòd cum Symon Magus per aëra à Dæmonibus portaretur, Paulus dixit ad Petrum. Meum est orare, tuum est imperare. Petrus autem dixit ad Paulum. Erige caput, & vide. Cumque eleuasset caput, & vidisset Simonem volãtem, dixit Paulus ad Petrum. Petre quid cessas? perfice quod cœpisti: iam enim vocat nos Deus: tunc Petrus ait. Adiuro vos angeli Satanæ, qui eum in aëra fertis per

Dominum nostrum Iesum Christum, vt ipsum amplius non feratis, sed corruere dimittatis: & continuo dimissus corruit, & confractis ceruicibus expirauit. Cuius historiæ meminit Ioannes à Capistra. vbi proximè. Conradus Brunus de hæreticis, cap. 5. num. 3.

Et ad nostrum propositum redeundo, licet Paulus Petrum notasse vissus fuerit circa præfatam legalium obseruationem, non sequitur quòd à Petro potuerit, nec debuerit appellari ad Paulũ, qui, vt diximus, erat inferior Petro in administratione. dicto cap.
138 in nouo. 21. distinctio. † & ideo non poterat Petrus ab eo iudicari. c. in sancta. 2. q. 7. Cardina. Iacobatius dicto lib. 10. artic. 1. num. 81. nam de ipso Petro apostolo principaliter intelligitur quod Paulus. 1. ad Corinthios, cap. 2. ait. *Spiritualis homo omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur*; vt bene ponderat Cornel. Mussus
139 dicto sermone. 21. diei quadragesimæ. parte. 1. † Papa enim nullum recognoscit iudicem: quia solus Deus iudicat causam suã. cap. concilia. 17. distinctio. ibi. Nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Nicolaus Papa ad Michaëlem Im-
« peratorem dicens. Nunc autem diuina inspiratione non nos pi-
« gebit, nec nobis impossibile erit vobis ostendere, si tamen audi-
« re velitis, non posse quenquam ritè ab his, qui inferioris dignita-
« tis, vel ordinis sunt, iudicialibus submitti diffinitionibus: siqui-
« dem tempore Diocletiani, & Maximiani Augustorum, Marcelli-
« nus Episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus
« est Deo, compulsus est à paganis, vt templum eorum ingres-
« sus, grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia col-
« lecto vniuersorum Concilio Episcoporum, & inquisitione fa-
« cta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est: nullus tamen eo-
« rum proferre sententiam in eum est ausus, dum ei sæpissimè om-
« nes dicerent. Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio.
« Et iterum. Noli audiri in nostro iudicio. Sed collige in sinu tuo
« causam tuam. Et rursum. Quoniam ex te, inquiunt, iustificaberis,
« aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt. Prima sedes nõ
« iudicabitur à quoquam. Item in eadem epistola. Sed cum quodã
« tempore quidam contra Sixtum Papam tentassent, quædam mali
« rumoris obijcere; & in Concilio cui Valentinianus Augustus in-
« tererat, dictum fuisset, non licere aduersus Pontificem senten-
« tiam dare: surrexit protinus idem Imperator, & in arbitrio præ-
fati.

« fati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum, & habetur ad literam in cap. 8. nũc autem. 21. distinctio. Bonifacius Martyr in cap.
« si Papa. 40. distinct. ibi. Huius culpas istic redarguere præsumit
« mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est
« iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius. cap. 13. nemo. 9.
« quæst. 3. dicens. Nemo iudicabit primam sedem iustitiam tempe-
« rare desiderantem, neque enim ab Augusto, neque ab omni cle-
« ro, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur. iuncto
« cap. sequenti. qui dicit. Aliorum hominum causas Deus voluit
« per homines terminari: sed sedis istius præsulem suo sine quæ-
« stione reseruauit arbitrio; voluit beati Petri apostoli successo-
« res, zelo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discusso-
« ris indagini inuiolatam habere conscientiam. cap. facta, eadem causa, & quæstione, qui ait. Facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò à Domino. cap. licet, in fine, de electio. Roman. consil. 523. incipiente. quæstio discutienda. num. 1. & 2. Petrus Albinianus tractatu de Pontificia potestate, in principio, num. 3. Ioannes Andreas in cap. cum inferior, de maioritate & obedientia, num. 2. Paulus Castrensis consil. 420. viso puncto,
140 num. 1. in fine dicens, † quòd non Cardinales, aut alij possunt esse iudices Papæ, quia inferiores sunt. cap. inferior. 21. distinct. dicto cap. cum inferior, de maior. & obedientia. cap. solitæ, de maior. & obedien. cap. significasti de electio. cap. venerabilem, eodem, titu. Selua de benef. 4. par. quæstione. 8. nu. 9. Hiero. Alban. de potest. Papæ. 1. p. nu. 89.

141 Et † confirmatur pars ista, quòd Papa à nullo possit iudicari, per cap. auditum. 2. quæstione. 4. vbi refertur, quòd Leo
« Pontifex ita dixit. Auditum est, fratres charissimi, qualiter ma-
« li homines in me grauia crimina confinxerunt: quamobrem Ego
« Leo Pontifex sacræ Romanæ Ecclesiæ purifico me in conspe-
« ctu vestro, coram Deo, & Angelis eius: quia istas criminosas,
« & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec
« perpetrare iussi, hoc autem faciens, non legem præscribo cæteris, qua id facere cogantur. Ioannes Oroscius in. l. 1. num. 8. ff. de origine iuris. & in. l. est receptum, num. 3. ff. de iurisdictione omni. iudicum. Selua vbi proximè, dicta quæstione. 8, num. 14. Ioannes Igneus in tractatu an Rex Franciæ, num. 82. Selua vbi proximè, num. 29. Hieronymus Albanus in tractatu de

de potestate Papæ.1.parte,num.81.Cardi. Iacobatius de concilio,libro.9 articulo.12.num.91.allegans pro eo cap.eiectionem.79.distinctione.cap. oues.2. q.7. vbi Eusebius Papa episto.2. ad
142. Episcop. Alexandriæ † ait. Oues quæ suo pastori commissæ sunt, eum nec reprehendere, nisi à fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possunt: quia facta pastorum ouis gladio ferienda non sunt, quanquam reprehendenda rectè videantur.cap.oues.6.q.1. Bonifacius in extrauaganti vnam sanctam, de maior. & obedien.
143. Pro quo Oroscius vbi proximè eam subnectit rationem.† quòd ea quæ Diuino iudicio reseruantur, (vt est Papam iudicare,) ab humano iudicio iudicari non debent.cap.quorundam.25.distinctio.c.habuisse.34.dist.cap.consuluisti.2.q.5. cap.si duo 35. q.6.
144. Et ne † bonorum authorum nobis desint testimonia, accedat vnum indubitatæ fidei authoris, is est Paulus Aemilius lib. 3. Historiar. de rebus Francorum paulo post principium in vita Caroli Magni, vbi memoratus, propinquos, & amicos Hadriani " coniurasse aduersus Leonem Papam eius successorem, ait. Cog" niturus de Leone venerat Rex. Cum igitur ad cognoscendam " causam consedisset, qui in Pontificem Maximum manus iniece" rant, alienis criminibus audaciã; seque tegentes, vltrò eũ accusa" bant. Carol. Quæsitor, Leo idẽ & accusator, & reus, coniuratores " vtrũque, & accusatores & rei, Frãcus dici, reticeri, perorari iube" bat: hactenus silentiũ actum. Cũ verò ad rogandas sentẽtias des" cendit Rex, tunc demum patientia, silentiũque ruptum, ac omnis " simulatio deposita, Episcopi magis sacrosanctæ potestatis, quàm " Regiæ maiestatis memores, consentienti ore reclamauere, sum" mum optimumque Regem esse Carolum. Sed cui nam tandem de " Pontifice Maximo iudicium facere, fas esse? susciperet Leo in gre" mium, causam suam: quique in cæteros clauium ius haberet, de se " quoque ipse incorruptè iudicaret, solo numine vel teste consciẽ" tiæ vel vindice, ita Leo, haud ægrè ferente Franco demptum sibi " graue onus de Pontifice Maximo iudicandi, suggestum conscen" dit, crimenque iure iurando diluit: moxque sententia sua absolu" tus, cum fraudis capitalis coniuratores rei agerentur intercessit, " satisque habuit exilium intendi. Hactenus Paulus Aemilius. Cuius testimonio & exemplo nullum apertius nec conuenientius inueniri potest: & ex dictis iuribus hanc indubitatam veritatem probat, & approbat Aluarus Pelagius lib.1.de planctu Ecclesiæ, cap.

5.&

« 5.&.6.ponderans vltra ea cap.vltimum.5. hic etiam. 17. distin-
« ctione,ibi. Nec antedictæ sedis antistitem, idest Papam, minorũ
« subiacuisse iudicio. & ibi. Episcopi verò in Synodo præsiden-
« tes congregata authoritate eiusdem Symmachi, dixerunt. Symmachus Papa sedis apostolicæ præsul ab huiusmodi oppositioni-
« bus impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis & li-
« ber; sed causam eius totam Dei iudicio reseruamus. Hostiens. in cap.proposuit,de concessione præbendæ. Idem Aluarus Pelagius lib.2.cap.10.dicens ex dicto cap.nunc autem.21.distinct.& cap. aliorum.9.quæst.3.quòd † omnia peccata Papæ occulta, vel ma-
145 « nifesta, excepta sola hæresi probata & contumaci, Deum solum habent vltorem,& non alium. Optimè Cardinal. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib.3.cap.50. Simancas de catholicis institutio.titulo.12.de concilijs,num.11.dicens,non esse cur disputetur, an vniuersale concilium posit iudicare Pontificem Summũ, qui caput est,& Princeps.

146 Nam Petrus & successores eius constituti sunt ab ipso Christo vniuersalis Ecclesiæ pastores cum suprema iurisdictionis authoritate: nec vlla in sacris literis inuenitur exceptio, qua iudicari ab aliquo possint. Et quia ipsa rerum natura, & eius ordo non patitur, vt subditus in Præpositum, ouis in pastorem, inferiora membra in caput suum iurisdictionem habeant: & quia nullus locus sacræ Scripturæ, nulla antiqua traditio ecclesiastica hoc vnquam docuit, aut permisit; quinimo & antiqua traditio, canonum sanctiones, conciliorum eorundem decreta, & doctissimorum virorum placita habent, nec vniuersale concilium, nec alium quempiam iudicem in Papam quantumuis criminosum condemnationis sententiam vllo modo ferre posse, vt satis superque ostensum est, & confirmant Eunodius in sua apologia,quæ confirmata habetur in quinta Synodo. & Diuus Bernardus in epistola ad Innocen. 2. & doctissimè Simancas
147 vbi proximè, num. 12. † qui ait, non obstare ea quæ in Concilijs Constantiensi in contrarium videntur asserta: quia nec ab Ecclesia recepta, nec à Summo Pontifice sunt approbata. secundum Albertum Pighium libro. 6. hierarchiæ Ecclesiastic. cap. 15.

148 Constantiense † enim concilium solùm fuit approbatum à Martino. 5. in his quæ tangebant fidem: in alijs autem maximè statu-

149 statutis contra sedis apostolicæ authoritatem,† non fuit approbatum, imo virtualiter reprobatum.argum. l. cum prætor.ff.de iudicijs.cap.nonne,de præsumptionibus, imo Ioannes. 23. cuius obedientiæ sectatores patres fuere in dicto concilio congregati post fugã est conquestus de eis, quia ordinauerant quædã contra authoritatẽ dictę Sedis Apostolicæ: & ideo nõ esse curãdum multum de gestis in eodem concilio,nisi in his quę approbauit Martinus.5. cuius confirmatio, & approbatio fuit limitata ad gesta, & statuta quæ fidem concernebant postquam fuit plenè congregatum,& non vnius tantum obedientiæ resoluit Cardinal.Iacobatius dicto tractatu de concilio.lib.6.artic.4. num.58. & lib.7. artic.5.num.238.

150 Basiliense † autem, quod alij corrupto nomine ab effectu basiliscum appellant, non concilium, sed conciliabulum vno ore à Doctoribus appellatur: quia congregatum contra veri Pontificis voluntatem: & ideo non potuerunt in eo congregati statuere quidquam,per quod Papæ potestas restringeretur, vt ex cap. cum ex eo de pœnitentijs & remissionibus tradit, & ex cap.proposuit de concessió. præbendæ, Cardinal. Iacobatius dicto lib. 6. articulo. 2. num. 141. Cardinalis Albanus dicto tractatu de potestate Papæ. 2. parte. num. 242. & sequenti. Hojeda de beneficio. incompatibilitate. 1. parte. cap. 23. num. 86. Pineda in Monarchia Ecclesiastica, lib. 20. cap. 23. Idem Iacobatius, lib. 3. articulo. 1. num. 86. Padilla in chronographia conciliorum in notis ad ea quæ dicit de Basilien. Cataldinus in tractatu de potestate Papæ,nu.32. post medium, vbi postquam retulit quoddã Basiliensé decretum,Papam ligare ausum,inuehit aduersus ipsius
« auctores dicens.Quis furor,ò patres,quæ tanta licentia audendi.
« l.si quis in tantam.C.vnde vi.c.audacter.7.q.1.cap.2.iuncta glo.
« 2.de censibus lib.6.vesanum intellectum vestrum ad talia faciẽda
« induxit? deleantur profecto de libro viuentium,& cum iustis nõ
« scribantur.Psalm.73.transsumptiue.§.item secundum de pœnit.
« dist.4.sanè omne caput in eis languidum, omne cor mœrens,& à
« planta pedis vsque ad verticem non est in illis sanitas Isaiæ. c. 1.
« §. verum.6.quæstio.1.quæ Diabolica supplantatio vos oppressit
« temerè præsumendo,vicarium Iesu Christi,Petri successorẽ,mundi arbitrum,& magistrum coram vobis in iudicio euocare, dum
« omnis anima sublimioribus potestatibus subdita esse debeat? ad

Roma.

" Roma.13.cap.magnum.11.q.1.cap. prodest.23. q.5. cap.omnis
" anima, de censibus, &c. Nouistis enim patres antea veneratione
" dignissimi, quod vulgaris fama quorundam,& plurimorum æsti-
151 matio, non arguunt ipsum † Papam, quem semper esse bonum præsumitur,& eius opera recta.cap.primo iuncta glo.11.distinctio.cap.absit.11.q.4.

152 † Nec audiendus est vnus, qui velut fraterculus Gigantũ non formidauit Papæ potestatem immensam metiri, & inexhaustum maiestatis eius pelagus exsiccare, aduersus eius potentiã per emẽdicata fundamenta prosequendo suis scriptis: is est Ioãnes Gerson, qui vt Papæ authoritati detraheret, Synodales congregationes in earundẽ potius offensam quàm honorẽ, supra cœli culmina euehit, tribuens ipsis potestatẽ etiam supra Papam, non vno tantùm loco, sed repetitis assertionibus inculcando, vt est videre in suo tract. de potestate Ecclesiastica, consideratione.4.litera.R.in Constantiensi decreto subsistens, & iterum, & in sermone facto Constantiæ in die Sancti Antonij, versic. habet licet Summus Põtifex, & in discussione assertionis, sententia pastoris etiam iniusta timenda est, litera.o. versic. cõsequenter, & de examinatio. doctrinarum, considerat.2.omnes in prima parte suorum operum.

Cui potest vtique applicari quod Nicolaus Papa ait in dicta epistola ad Michaëlem Imper. & habetur in cap.finali.21. distin.
153 † Quòd sancti Patres apud Chalcedonẽ hanc præsumptionẽ in
" tantum detestati sunt; vt Dioscorum Alexandrinum antistitem
" inter cætera, idcirco potissimum sine vlla restitutione damnaue-
" rint, quia ponens os in cœlum, excommunicationẽ in sanctũ Pa-
" pam Leonem dictauit. Cardinal. Turrecremata in summa de Ecclesia, libro.3.cap.37.Franciscus Marcus quæstione parlamẽti
154 Dalphina.456.num.17.& seqq. † qui ait. Quòd disputare, & in
" opinionis discrimen adducere Papæ potestatem, est os ponere in
" cœlum, & res multum periculosa, & sacrilegij instar, vt ait Hostiensis initi. de consuetud. argum.l.disputare.C.de crimine sacrilegij. Bermon. Chouerius de publicis concubina. verbo ergo videtur quòd Rex. nu.7. Greg. Lop. gloss.7.in.l.32.tit.18.p.2.cuius rationes eas summatim recenset Fran. Marcus, quas latius supra ponderaui, Papã esse supra conciliũ, ita vt possit illud dissoluere, & ei derogare dicto.c.significasti de electione, vbi Ioannes Andreas asserit, esse standum sententiæ Papæ, etiam si cõtradicat

Con-

Concilio. cap. in istis, dist.4. cap. sicut.15. distinct.& ipse solus interpretatur.cap.nec licuit.16.q.5.etiam sine concilio,quod nō imponit legem Papæ,dicto.c.significasti:quia habet à Christo iura cœlestis,& temporalis imperij.cap.omnes.22. distinct. Alban. de potestate Papæ.2. par. num. 11. & per consequens potestatis plenitudinem.c.2.de præbend.in.6.Clem.1.vt lite pendente.cap. cuncta per mundum.cap.per principalem.9. q.3. & supra omne ius positiuū.cap.proposuit,de concess. præben. & ab eodem iure liber & solutus.glo. in cap. 1. de constitutio. tanquam habens idem tribunal, & consistorium cum Christo. Michaël de Anino. tracta.de vnita.ouilis,& pastoris.c.23.nu.5. Redoan. de simonia mentali.1.par.c.20.num.2. Andreas de Bartholinis consi.82.nu. 52.tomo.1.

155 Quòd † autem non sit audiendus Gerson, nec in authoritate habendus,tot iuribus, & authoribus refragantibus certissimum est: nam vt dixit Vincentius Lirinensis sanctus & antiquissimus author in libro,quem scripsit aduersus prophanas heresum nouitates, cap.37. Quidquid vel omnes, vel plures, vno eodemque sensu manifestè frequenter, velut quodam consentiente sibi magistrorum consilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerunt, id pro indubitato, certo, ratoque habetur. Quidquid vero quamuis ille sanctus & doctus, quamuis Episcopus,quamuis confessor, & martyr præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias, & occultas opiniunculas, à communis publicæ ac generalis sententiæ authoritate secretum sit, ne cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegam hæreticorū,& schismaticorū consuetudinē,vniuersalis dogmatis veri-
156 tate dimissa,vnius hominis nouitium sectemur errorem.† Isocrates in panegyrico,quæ multi dixerūt,& omnes audiuere, nō pro nouis,sed pro fidedignis habēda sunt. Vnde Celius Calcagninus in libro de imitatione dicit,postquam artem dicendi à rerū cognitione excluserunt,id est, postquam antiquos scriptores imitari desierunt,accidit illud quod fuit necesse, vt optimas, & splendidissimas commentationes fœdissimè inquinauerint. Nec enim audiendus est, qui antiquis,pijs, & doctis authoribus relictis, factionem contrariam formans, se illius caput ostentare co-
157 natur, vt Gerson ex nimia sui confidentia facit, † cuius vitio meritò notatur,qui receptas ab omnibus opiniones conuel-

kere

158 lere nititur, vt ait Isocrates in Busiride. † quia per ampliores
homines perfectius veritas reuelatur. l. vltima. C. de fideicom
159 miss. † Et integrius est iudicium quod plurimorum sententijs
confirmatur, vt ait Pontifex in cap. prudentiam, de officio de-
legati. c. de quibus. 20. distinct. c. extra conscientiam. 64. distin
ctio. cap. per hoc. 5. verum de hæreticis, libro. 6. l. 1. ff. de offi-
" cio quæstoris. In quam sententiam Liuius lib. 3. decadis. 1. scri-
" bens plus pollere multorum ingenia, consiliaq; Tiraquel. de
160 pœnis temperandis, causa. 51. num. 54. Sunt † enim opiniones
singulares veritatis destructrices, vt ait Castellus à Bouadilla
in politic. lib. 2. cap. 7. num. 7. & 20. asserens verisimilius esse
quod multorum approbatur iudicio, quàm vnius tantum au-
ctoris, qui etsi doctrina, & rectitudine polleat, facilius quàm
plures præsumitur errasse. Vnde meritò S. Celestinus primus,
Summus Pontifex in epistola ad Constantinopolitanos, quæ
161 est quarta tomo. 1. epistolarum ipsius, ait. † Certum esse, quòd
" tales sentẽtiarum nouitates de vanæ gloriæ amore descendũt:
" dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicacesq; videri. Tiraq.
" vbi proximè, num. 62. quo etiam tendit Aurelij Cassiadori di
" ctum, de diuinis lectionibus, cap. 11. Quòd sunt nonnulli qui pu
" tent esse laudabile, si quid contra antiquos sapiant, & aliquid
" noui, vnde periti videantur, inueniãt, vt adnotauit in alio pro
" posito Gregorius Lupus Madera, in discursibus montis sancti
162 Granatensis, cap. 5. † Lactantius Firmianus lib. 3. diuina. insti-
" tutio. cap. 4. Rectius esse de necessitate asserens, quod plures
" sentiunt, quàm quod vnus, maximè in causa Papam, & sic vni-
" uersos, quibus præest tãgentẽ, nam vt ait Symmachus lib. 1. epi
" sto. 49. Aegerio, res quæ ad omnes pertinet, nunquam vno teste
" contenta est.
163 Maximè quia † Ioannis Gersonis authoritas nõ debet adeò
sacrosancta haberi, vt ab schola Parisiẽsi approbatur, ac si pu
" blica religione consecrata esset, & nõ reprobata, vti est in mul
" tis quæ tenuit profectò malè sonantia in doctrina Theologi-
" ca, vt ipsum de hoc, & de singularitate notans ait Francisc.
" à Victoria in relectione. 4. de potestate Papæ, & concilij, ver-
" sic. sed dato, in fine, & num. 5. propositione. 5. dicens. Itaque fal
" sum puto, & periculosum dicere, quòd ratione decreti irritan
" tis tolleretur à Papa potestas dispẽsandi. Gerson autem Can-
Bb cellarius

« cellarius Parisiensis.1.parte.tracta.3. determinat, quòd conci
« lium generale potest limitare vsum potestatis Papalis, certis
« legibus, vt non possit vel dispensare, vel abrogare decretum
« Conciliorum; imò aliquem ex rationabili causa auferre ab obe
« dientia Papæ, & multa in hanc sententiam. Sed ille Doctor per
« omnia fuit infestus authoritati Summorum Pontificum, &
« multos alios infecit suo veneno, parum enim differt à schisma
164 te eius sententia de authoritate Papæ; † nisi ex bono & æquo volumus saluare Ioannis Gersonis scripta, vt intelligantur iuxta miseriam temporum in quibus scripsit, nam ob schisma illorum non agnoscebatur, quis cum certitudine esset verus Sum-
165 mus Pontifex. Quo casu DD. resoluunt, † ad concilium generale spectare discutere inter duos in Papam electos. iuxta tex. singularem in cap. si duo fortè. 79. distinctione: quem singularem dicit Panormita. in cap. quia diligentia, & cap. licet de vitanda, de electione. Petrus de Baisio. in tracta. cui titulus est, Directorium electionum. 2. par. cap. 2. nu. 4. Ioannes Rojas in tracta. de hæreticis, num. 518. & seqq. Cardinalis Iacobatius lib. 3. de concilio, artic. 1. num. 101. & libro. 7. artic. 1. num. 140. Cardinalis Albanus de potestate Papæ, in principio, num. 10. & seqq. Oroscius in. l. est receptum. num. 8. de iur. om. iud.

166 Nam quando † Papa est certus, & non dubitatur de assumptione eius, nullo modo concilium est supra Papam, vt resoluit Cardinalis Albanus vbi proximè, num. 7. & duob. sequet. Cardinalis Turrecrema. in summa de Ecclesia, lib. 3. cap. 50. Ioannes Lupus de benef. vacan. in curia. §. 1. versic. huius quidem, & ideo non potest dubitari, quòd cum sanctissimus Dominus noster Paulus. 5. sit verus, & legitimus summus Pontifex, & Christi vicarius, sit supra concilium, non concilium supra eum, maximè in hac causa, quæ vertitur contra Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum.

Pro quo facit resolutio Couarru. lib. 4. variarum, cap. 16. num. 6. qui post Gratianum in initio distinctionis vicesimæ
167 resoluit, † quòd in causis, & litibus diiudicandis, & diffiniendis, ac discernendis non minor est Papæ potestas, quàm Conciliorum vniuersalium, imò maior, sicuti tradidere glo. in cap. ad apostolicæ de, in principio, de re iudicata in. 6. Innocent. & Imola in cap. graui, de præbendis. Cardina. Turrecrem. dicto libro

libro.3.cap.37. Antonius Rosellis tracta. de cōcilijs. quęst.12. Aegidius Bellamera consil.99. q. 16. Iacobatius dicto tracta.
168 de concil.lib.5.artic.8. † Et licet recentiores Theologi, & Iurisperiti in ea fuerint opinione, quòd Papa hæreticus manifestus possit per vniuersale concilium puniri, duabus potissimū rationibus id comprobantes. Prima, quia esse Christianum, est conditio simpliciter necessaria, vt quis sit caput Ecclesiæ: hæreticus autem ab Ecclesia præcisus, & à religione alienus est: & ideo ab vniuersali concilio potest puniri perinde ac si inuentus esset paganus, iudæus, aut non baptizatus. Altera ratio, quòd cum defensio omni iure licita sit. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Cicero in oratione pro Milone, versic. est enim. Iustus Lipsius libro.5. politicorum, cap.4. ac proinde Respublica Christiana iure naturalis defensionis posset hostem religionis ab Ecclesia pellere, ac punire. argumen. cap. si Papa. 40. distinctio. cap. Anastasius, vbi glo. 19. distinctio. Ioannes à Capistrano de potest. Papæ. 1. par. tertiæ partis principalis. num. 1. & .2. Corrasius in paraphrasi sacerdota. 2. p. cap. 2. num. 2. Selua de beneficio. 2. p. q. 1. num. 37. Cardinalis Turrecremata in summa de Ecclesia, libro. 2. cap. 93. & seq. Iacobat. lib. 3. de concilio. art. 1. Alaua. dicto cap. 2. Oroscius in. l. est receptum. num. 5. & .6. ff. de iurisd. omni. iudicum. Iulius Clarus lib. 5. sententiar. §. fina. quæst. 35. num. 3. & .4. Siman. de cathol. institutio. titu. 12. num. 13. Alua. Pelag. dicto lib. 2. cap. 10. Hugo de officio quat. præl. 1. p. in princi. num. 2. Hæc autem opinio non obest Pontificis authoritati, quippe qui præsupponit vnum impossibile, quod
169 nec euenit, neque eueniet; quia † nunquam visus est Papa hæreticus, vt satis piè, & eruditè asserunt, & probant Hosius lib. 2. aduersus prolegomena Brentij. Albertus Pighius lib. 4. de ecclesiastica hierarchia, cap. 8. F. Petrus de Bollo in œconomia canonica. 3. classi. cap. 5. §. 14. verfic. tertia opinio. Bernardinus Miedes libro. 5. de sale, num. 47. Simancas vbi proximè, num. 14. asserentes, neque in futurum esse posse, saltem vt publicam personam, & de Pontificali cathedra definientem iuxta com-
170 muniorem, & securiorem sententiam. Quia † Christus Redemptor noster sua oratione impetrauit, ne vnquam deficeret fides Petri, Lucæ. 22. cuius prærogatiuæ participes sunt facti Pontifices Maximi Petri successores. Didacus ab Alaua. in tra

ꝺat.de concilio.1.par.cap.2.§.in hac tamen.Couarru.lib.1.variarum resolutionum,cap.10.num.12.& lib.4.cap.16.num.6.& apertè ostenditur in illa promissione Christi ad Petrum facta Matth.c.16. *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi*(hoc est hereses)*non præualebunt aduersus eam.*Vargas de iu-

171 risdictione Episcoporum,confirmatione vndecima.† Nec historia à Gratiano adducta de Anastasio Pontifice in dicto cap.Anastasius.19.distinctio.vera est,vt multis authoritatibus,& rationibus probat Couarru.dicto lib.4.variarum resolutionū,cap.13.& secundum hæc intelligenda sunt quæ tradit Cardinalis Albanus dicto tracta.de potestate Papæ.§.his igitur.n.127.& sequentibus.&.2.par.num.4.

Et licet nullum aliud crimen committere, nedum commis-

172 sionis,verum nec omissionis,† Papa præsumatur;quinimo sanctum esse iuxta suæ supremæ dignitatis meritum.cap.21.distinctione.40.ibi. *Ille quippe perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiæ transmisit ad posteros*, id est,*suos successores*.cap.absit.11.q.3.Aluarus Pelagius lib.2.de planctu Ecclesiæ,dicto cap.10.paulo post principium.& lib.1.cap.63.colum.21. ponderans verba dicti cap.1.distinctio.40.ibi. *Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit?*pro nullo alio crimine,hæresi cū pertinacia excepta, posset accusari,vt tenent communiter Theologi,vt asserunt Zabarella,& Cardinal. Alexandrinus in dicto

173 cap.si Papa.40.distinctio.† reprobata glo.finali ibi,quæ tenuit, quòd ex quocunque notorio crimine posset Papa accusari, si admonitus esset incorrigibilis: nam vt Berous asserit in cap.at si clerici,num.9.de iudicijs, glossa illa communiter reprobatur,maximè àCanonistis,& meritò secundum eum,quia est contra tex.in dicto cap.si Papa.Idem Berous in c.cum venissent.num.etiam.4.dè iudicijs,& num.43. Iulius Clarus dicto.§.finali.q.35.n.3.in fine.Bonacossa inter communes Doctorum opiniones,titulo de foro competenti,num.1. Iacobatius de concilio,libro.9.arti.12.nu.100.& sequenti.&nu.200.& lib.3.artic.1.num.55.& dicto lib.9.articulo.1.num.86. Hierony. Albanus de potestate Papæ.1.parte,nu.201.Abbas in c.quanto,num.10.de translatione Episcopi,& in cap. quia diligētia,num.2.de electione,& in cap.cum venissent,nu.7.de iudicijs. Barbacia consil.1.num.24.libro.1.Probus in additio.ad Ioann. Mona-

Monachum in rubrica de hæreticis in.6. nu.15. Felinus in cap. super literis, versic.nono facit, nu.21. de rescriptis. Anania in c.fraternitatis, num.1.de hæreticis, qui omnes resoluunt, quòd Papa incidens in hæresim potest corrigi per concilium, aliàs non. Turrecre.de Ecclesi.lib.3.c.50.Fran.Marc.q.937.nu.2.

Quare ad propositum nostrum redeundo, non mirum si appellatio non potuerit interponi per dictos Ducem, & Senatū Reipublicæ Venetorum à dicto monitorio, quia hoc rationi
174 est maximè consonum, & omni iure fulcitur: † nam si vti certum est, Princeps, & inter principes maior, scilicet Romanus Pontifex, potest appellationem tollere.l.1.ff à quibus appellare non licet.cap.super quæstionum.§.si vero, de officio delegati.cap.pastoralis de appellationib. DD.in cap. vt debitus, eodem titu. Menochius consil.100.num.102.libro.1.Abbas in c. dilecti filij, num.14.de exceptio. Grego. Lopez in.l.13.titu.23. part.3.glo.11.Cosmas Gumier.in pragma. sanctione, tomo.2. titu.de annatis. §.item quòd ratione.glo.verbo remota, multo magis poterit prohibere, ne appelletur ab ipso. argum.authē.multo magis.C.de sacrosanct.Ecclesijs.l.quotiens.ff.de hęred. instituendis.

175 Et † pro hac parte facit, vltra supradicta, bonus tex.in cap. ad apostolicæ, de senten.& re iudicata, lib.6. vbi Ioannes Monachus nu.3.per ipsum notat, quòd Papa suam sententiam nō supposuit correctioni, vel emendationi de consilio concilij, vel aliorum; sed suæ dūtaxat emendationi reseruauit: à Papa enim non habetur recursus nisi ad ipsum Papam, vt dicitur in cap.si quādo, de rescriptis. Cardinal.Iacobat.tracta.de concilio, lib. 7.art.1.nu.136.

176 † Neque obstabit ponderatio Francisci Marci decisione Parlomenti Dalphinalis.456. n.57.quòd conciliū repræsentat vniuersalem Ecclesiam.c.sicut.15.dist.cap.Ecclesia, de cōsecratio. dist.1.

Nam respondetur, quòd licet Ecclesiæ fuerit data potestas
177 ecclesiastica, † Papæ tamen fuit attributa excellentiori modo tanquam capiti.cap.ita Dominus.19.distinctio.cap.in nouo, distincti.21. cap.quodcunque.24.q.1. cap.2. &.4.de translatione Episcopi.Ioannes à Capistrano de aucto.Papæ.2.parte.2. partis principalis, nu.108.Gambara de potestate Legati de latere,

versic. illud nosse, lib. 2. nu. 324. D. Thom. 2. 2. q. 8. articu. 1. & in 4. senten. artic. 15. Flami. Paris. de confidentijs benef. q. 11. n. 15. & q. 28. nu. 141. Cosmas Gumier. in pragmatica sanctione, tom. 1. titu. de auctorit. concilij generalis, cap. sacrosancta. §. item declarat. glos. verbo pertinentibus, vbi ex hac ratione concludit,
178 nec vllam Apostolicam regulam, † nec concilia posse Papam ligare, cum sit supra ea. Henrri. in cap. 1. de consti. in 6. Cataldi. de potestate Papæ, versic. his ita, nu. 79. 88. & 104. Capistrano eod. tracta. 3. parte. 2. partis principa. nu. 31. & seqq. Cardin. Alban. de potest. Papæ, & concilij in principio, num. 7. & 8.
179 Ratio rationis est, † quia caput est dignius, pretiosius, & nobilius cæteris membris. Tex. in l. cum in diuersis. ff. de Religios. & sumptib. funerum. Bald. in cap. 1. §. ad hæc de pace iuramento firmanda in vsibus feudorum. Bonus de Curtili tractatu de nobilitate. 2. parte, nume. 24. Paris à Puteo in tractatu de re militari, versic. in singulari certamine, num. 5. Hieronym. Gigas tractatu de resid. Episcopo. cap. 4. numero. 6. & 7. Macrobius libro. 1. in somnium Scipionis, cap. 6. Ioann. Montanus de au-
180 tho. magni consilij, num. 19. & sequentibus, † membra enim à capite fomentum, decorem, & formam recipiunt. Petrus Perusin. in tracta. de mutatio. stat. Eccles. cap. 3. nu. 12. Gigas dicto cap. 4.
181 nu. 3. Et † animæ immortalis virtutes, & potentiæ, hoc est, intellectus, voluntas, & memoria in capite hominis velut in arce sedere dicuntur, teste Macrobio vbi proximè. Aristote. lib. 1. de histor. animal. cap. 15. Ludouicus Celius lib. 2. lectionum antiquarum, cap. 23. & lib. 11. cap. 13. vnde merito Plato in Timæo caput, non solùm principale, sed etiam totum, in corpore nuncupauit. Galenusque primo regiminis acutorum, & Platonici omnes rationalis animæ sedem nuncupant. Cassaneus in cathalogo glo-
182 riæ mundi, parte. 12. consideratio. 46. † dirigit enim alia membra in suis actibus propter sensus, & imaginationem, quæ in eo radi-
183 caliter insunt: ideo iustissimè iura decernũt, † non licere, nec decere, vt mẽbra à capite suo discedant, cap. nolite. 11. distin. cap. non decet, distinct. 12. cap. celebritatẽ, de cõsecra. distinct. 3. cap. cum non liceat, de præscriptio. Alban. de potest. Papæ. 2. parte, num. 87. Iacobatius de concilio, lib. 3. artic. 1. num. 245. & lib. 6. artic. 2. numero. 107. sed secundum caput suum regulentur. l. finali. C. de iurisdictio. omnium iudicum. Lucas de Penna in. l. cum

cum antea. C. de agricolis, & censitis, libro. 11. Mandosius in tractatu de priuileg. ad instar glos. 11. numero. 29. Quæ omnia cum procedant in mystico corpore, domini videlicet, & subditorum, aut superioris, & inferiorum, vt ait Ioannes Montanus
184 vbi proximè, numero. 18. † cum sola Ecclesia Romana caput sit, cap. 1. & sequenti, distinctio. 12. cap. dudum. 3. quæstione 6. ipsaque à Christo fundata principaliter in Petro, & successoribus eius, cap. 1. de homicid. in. 6. cap. cum beatissimus. 24. quæstione. 1. Ioannes à Capistrano de authorita. Papæ. 1. parte tertiæ partis principalis, numero. 13. Iacobatius de concilio, libro. 6. articulo. 2. numero. 114. non in concilijs, quæ vti membra ab eodem vnico capite pendent: & inconueniens esset dicere, quòd Deus potestatem dederit membris in caput, & perfe-
185 ctiora fecerit † membra quàm caput, quod indecens habetur, cap. miramur. 61. distinctione. Cassaneus vbi proximè, versiculo ideo dicit. Ioannes Montanus vbi proximè, numero. 20. in fine.
186 Nam † in hoc ecclesiastico capite per ipsius excellentiam viget, & obtinet ratio. l. si quis in metallum. C. de pœnis, vt sit diuinæ
187 pulchritudinis effigies. † Et quia secus dicendo, esset subijcere caput legi, quam membris tribuit, quod nullomodo facere licet, cap. prima salus. §. his ita. 25. quæstione. 1. Ioannes à Capistrano in speculo conscientiæ, versiculo restat vltimum, numero. 254.

Neque obstabit alia ratio, de qua Francisc. Marcus dicta quæst.
188 456. nu. 58. † quod ab Archiepiscopo appelletur ad prouinciale concilium, cui interest Archiepiscopus tanquam caput, cap. multis. 17. distinctio. glos. in cap. super quæstionum. §. si verò, de officio delegati, & in cap. à collatione de appellatio. lib. 6. quasi idem sit in Papa, vt possit appellari ab ipso ad concilium generale, vt falso putauit hoc fundamento Abb. Panor. quæst. 1. num. 21. Roman. consil. 321. num. 3.

189 Nam † huiusmodi ratio friuola & futilis est, & à qua non potest inferri, cum Archiepiscopus superiorem habeat, quod non est in Papa; & ista differentia apertè assignatur in cap. licet, " de electione, maximè in illis verbis. In Romana vero Eccle-" sia speciale aliquid constituitur, quia non poterit ad superio-" rem recursus haberi: & aliæ duæ specialitatis, & diuersitatis rationes colliguntur ex codē Francisco Marco quæstione. 1122.

num. 13. quòd Papa non tenetur seruare iuris ordinem in priuando aliquem suo iure, excepta vocatione, & defensione partis, secus in inferiori Prælato, qui iuris ordinem seruare tenetur.
190 tur. † Altera quod præsumitur pro facto Papæ, quod ex iusta causa processerit, propter authoritatem sanctæ sedis, cap. cum à nobis, in fine de testibus. Philippus Probus in additione ad Monachum in cap. dudum, numero. 11. de rebus Ecclesiæ in 6. Decius concil. 341. numero. 5. Aymon. consilio. 253. num. 6. Rojas de successio. cap. 23. numero. 14. &. 15. Vldaricus Zasius consilio. 16. numero. 14. libro. 1. Nec mirum cum in alio Principe eadem iusta causa præsumatur, cap. in memoriam, cum sequenti. 19. distinctione. l. finali. C. si contra ius, vel vtilitat. public. Guido Papæ tractatu de præsumptio. versiculo quia, numero. 106. Mandosius de inhibitioni. quæstione 47. numero. 5. Morla in emporio iuris. 1. parte, titu. 11. quæ-
191 stione. 6. numero. 4. Cum † in Principe sola voluntas habeatur pro ratione, iuxta glossam in. l. relegati, in principio. ff. de pœnis, vbi Bartol. Cynus in. l. rescripta. C. de precibus Imper. offeren. quæ omnia deficiunt in inferioribus Prælatis, in quibus
192 non præsumitur iusta causa, nisi appareat. † Et ita à tam separatis male infertur. l. auxilium. ff. de minorib. Et comprobatur pars ista, nam cum concilium sit infra Papam, vt latè supra tractaui, nullo modo potest ipsius Papæ sententiam, aut facta re-
193 uocare, † quia inferior sententiam superioris non infringit. l. minor autem magistratus. ff. de minoribus. l. nam & magistratus. ff. de receptis arbitris. Vitalis de Cambanis tracta. de clausulis, verbo ex pleno errore, num. 18. Aymon Craueta consil. 148. num.
194 3. &. 4. resoluens, † quòd inferior non potest reuocare factum superioris, licet illud esset nullum. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. l. formam. C. de officio præfecti Prætorio, l. eos. §. ne liceat. C. de vsuris. Clem. 2. de consuetud. Clem. ne Romani, de electio. cap. cum inferior, de maiorita. & obedien. cap. vt nostrũ de appellatio. vbi moderni, Innocen. in cap. inter dilectos, de excessibus Prælat. Ancharran. consil. 57. incip. circunscriptis. Roman. consil. 335. incipien. circa primum, num. 8. Decius in cap. cum accessissent, colum. 6. versic. secunda conclusio, de constitutionibus, & consil. 393. col. 4. in fine.
195 Nec † valeret consuetudo, quod à maiori iudice appelletur ad

ad minorem: & sic quòd inferior poſsit cognoſcere de geſtis per ſuperiorem, vt per Ancharra. conſilio. 132. prima facie, colu. 2. dubio. 1. Præpoſitus in cap. dilecto, colum. 10. de appellationibus. Bertachin. in reperto. 1. parte, verbo. conſuetudo quando valeat, verſiculo. 84. Craueta pluribus alijs comprobans dicto conſi. 148. num. 4. Marcus Anton. Nicel. tractatu de concilio. num. 84.

Nec eſt veriſimile dicere, quòd cum concilia acceperint ſuam poteſtatem à Romana Eccleſia, & Summis eius Pontificibus, poſsint eadem poteſtate vti aduerſus eandem Eccleſiam, &
196 Pontificem eius: quia † Eccleſia Romana non priuilegiat aliquem contra ſe. cap. cum inſtantia, de cenſibus. Cardinalis Iacobatius tractatu de concilio, libro. 5. articul. 19. num. 26. nec Papa contra ſe, vt reſoluit Ioannes Andreas in dicto. cap. cum inſtantia, & referunt moderni in cap. cum nobis, de præſcriptionibus, & facit. l. competit. C. de præſcriptio. 30. annorum. Cardinalis Iacobatius lib. 7. articulo. 5. num. 142. Cataldinus de poteſt. Papæ. verſiculo. his ita. num. 13. Spina. in eodem. tracta. num. 152. aſsignantes rationem, de qua ſuprà: quòd Papa non poſsit ſe iudicio aliorum ſubmittere. dicto. cap. nemo. 9. quæſt. 3. cum ſeptem ſequentibus.

Neque obſtabunt quæ tradit Abbas Panor. in quæſtione de Concilio Baſilienſi, à num. 18. & quæſtione. 1. incip. Epiſcopus, & quidam, num. 22. & ſequentibus, & Ioannes Gerſon. tomo. 1. tractatu. quomodo, & an liceat in cauſis fidei à Summo Pontifice appellare, fol. 84. col. 4. & qui eos ſequitur Romanus, conſilio. 522. & ſequenti, quatenus tradunt, licere appellare à Papa ad Concilium in quibuſdam caſibus, noſtro tamen diſsimilibus, nam vti refert Iulius Clarus lib. 5. ſententiarũ. §. finali, quæſt. 35. num. 3. tractatus ille Abbatis fuit poſitus inter damnatos in Indice librorum prohibitorum publicato tempore Pauli. 4. Ideo Victoria dicta relectione. 4. de poteſtate Papæ, & concilij, propoſitione. 20. num. 21. aſſerens non videri ſibi expediens, reſiſtere mandatis Papæ per viam appellationis ad futurum concilium,
197 † ait. *Bene ſcio quod Panormita, & Gerſon, & Ocham defendunt, quod liceat appellare à Papa ad concilium: ſed illi ſunt plurimum infeſti autho-*
198 *ritati Summorum Pontificum:* † *& dictus Ocham, fuit ſchiſmaticus:* quo nomine ipſum infamat Vargas in tracta. de Epiſcopo. iuriſdictio.

ctio.confirmatione:vnde satis colligitur, nullam ipsos authoritatem habere in præiudicium potestatis Pontificiæ. Turrecrem. supra lib.2.cap.100.

199 Et † vt nominatim, & in specie satisfaciam fundamentis, quibus Ioannes Gerson, & alij mouentur: non obstat primum: quòd appellatione negata sequeretur quòd Papa non subijceretur legi Diuinæ, vel Euangelicæ à Christo promulgatæ Matthæi.cap.18. dum loqueretur ad personā Petri. *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* Et paulò post, *Dic Ecclesiæ; quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Hoc autem esse erroneum: quoniam Papa est frater noster, cum maximè Cardinales, & Episcopos fratres appellet; sicque peccabilis: quia humana infirmitate circundatus, vt notatur ad Hebræos.cap.5.quasi correctio eius possit in concilio deduci.iuxta glo.in cap.nemo.9.quæst.3.Greg.Lop.in.l.10. titu.25.pag.4.glo.3.

200 Nam † dupliciter respondeo, primò quòd per verbū *dic Ecclesiæ*, potest intelligi persona ipsa Petri quatenus publica, & Ecclesiæ caput, ita vt post fraternam admonitionem, & correctionem ipse Petrus posset aduersus taliter peccantem ad vlteriora procedere, vt tradit Ioann. Quint. Hædui de aristocratia Christianæ ciuitatis, verbo. si peccauerit in te frater tuus, fol. 94. non quòd opus sibi esset Ecclesiam alibi, nec alio modo adire, nec

201 Ecclesiæ imaginariæ dicere; cum † Ecclesiam Petrus repræsentet, non Ecclesia Petrum. cap. quodcunque. 24. quæst. 1. Iaco-

202 batius, lib. 8. de concilio, artic. 6. num. 16. dicens, † quòd Papa solus est successor Christi, non Ecclesia. dicto. cap. 1. de homicidio.in.6. Clem. ne Romani de electio. & Ecclesia fundata est in Petro, non è contra. cap. ita Dominus. 19. distinctione. cap. fundamenta de electio.in.6.

203 Vlterius, † dicta authoritas Matthæi plures intelligentias habet: nam sicuti Cardinalis Iacobatius lib. 9. de concilio, articulo. 12. num. 92. & sequentibus asserit, verba *dic Ecclesiæ*, non habent locum in Papa, & fuit doctrina Hostiensis in cap. proposuit, de concessio. præbendæ. Archidiaco. & DD. in cap. si Papa. 40. distinctio. supplentes ad glossam ibi dicentem, quòd non potest denunciari crimen ipsius Papæ. Addunt, rationem esse, quia non habet superiorem. Idem Hostiensis in cap. magnæ

de voto

de voto. & in c. per tuas, de simonia. & in cap. licet, de accusationib. glo. in cap. si peccauerit. 2. q. 1.

204 Vel † intelligitur illa authoritas, *dic Ecclesiæ*, id est prælato, secundum glo. Nicolai ibi. & tradunt DD. in cap. nouit, de iudicijs: & ideo nequit intelligi de Papa: cum non habeat prælatum supra se, nec per inferiores sit arguendus, iuxta illud Apostoli. 1. ad Timoth. capite. 5. & trassumptiue. 2. quæstione. 7. Paulus. *Seniorem ne increpaueris.* & illud Exodi cap. 19. *Omnis qui montem tetigerit, lapidabitur.* iuncto cap. non liceat. 3. quæstio. 6. ibi. *Sine præiudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis reuerentia, & auctoritas debetur.*

205 Nec obstat, † quòd Papa sit subiectus legi Euangelicæ, sicut quilibet alius Christianus, qui comprehenduntur sub fratris nomine. cap. ad mensam. 11. quæst. 3. glo. in dicto cap. si Papa. 40. distinctio. vt ponderauit Iacobatius dicto articulo. 12. num. 30. & sequenti: nam illud verum est Papæ respectu in his quæ ei conueniant. Sed illud *dic Ecclesiæ*, non conuenit in persona Papæ, qui non habet cui delictum eius deferatur: sicut si diceremus, quòd præceptum honorandi patrem, & matrem non conuenit ei, qui caret patre & matre. Et licet ea verba dirigantur Petro, diriguntur tamen ei tanquam capiti Ecclesiæ, & Apostolis simul: & debent intelligi in Petro secundum ea quæ possunt personæ eius conuenire; vt est prima pars illius præcepti; sed secus de illa *dic Ecclesiæ*, quæ ei non potest conuenire passiuè, sed tanquam capiti Ecclesiæ, & iudici: & hoc consonat expositioni Chrysostomi, Augusti. & B. Thomæ. vt refert Cardina. Turrecrema. in summa de Ecclesia, lib. 3. cap. 46. num. 1. Cardinal. Iacobatius dicto artical. 12. num. 94. & sequenti: & ita constat ex cap. præcipuè. 11. quæst. 3. vbi Nicolaus Papa dicit. *Imo uero sanctæ Ecclesiæ dicamus, quia Ecclesiæ nomine non intelligit uniuersalem Ecclesiam, uel concilium, sed seipsum designat ut in iudicio præsidentem.* Et hoc confirmat Sanctus Thomas in. 4. distinctio. 19. & 2. 2. quæst. 34. pertractans intellectum dictæ authoritatis, *si peccauerit in te, &c. dic Ecclesiæ.* subiungit. *Dicere prælato in iudicio præsidenti est dicere Ecclesiæ*: nec mirũ cum in denunciationis causa idem possit esse iudex, accusator & testis. cap. licet, de simonia. Turrecrema. supra. lib. 2. cap. 92.

Neque

206 Neque † obstabit secunda Gersonis illatio, quòd Paulus egisset contra ius diuinum, & humanum, dum restitit Petro in faciem publicè, & coram Ecclesiæ congregatione, ad Galatas. 2. quasi hæc resistentia non fuerit minor prouocatio Pauli contra Petrum, quàm fuisset appellatio ad Ecclesiam; imò æquiualens ei; nam huic obiectioni pluribus modis est suprà satisfactum: & quia illud non potest applicari Papæ cum à nemine possit iudicari. dicto. cap. si Papa. 40. distinctio. cap. eiectionem. 79. dist. cap. nemo. 9. quæst. 3. Cardinal. Iacobatius dicto articulo. 12. num. 91. &. 157. Nec obstabit inculcatio Gersonis de dicta authoritate Matthæ. *Si peccauerit in te frater tuus*: nam vt doctè resoluit Cardinal. Turrecrema. in summa de Ecclesia, libro. 2. cap. 98. quem refert & sequitur Iacobat. dicto articu. 12. num. 121. & sequenti; licet Papa sit frater noster conformitate naturæ, & fidei religione, est tamen Princeps, & caput totius vniuersalis Ecclesiæ. Vnde licet in quantum est frater ad eum se extendat prædicta authoritas in ea parte, in qua tangitur simplex fraterna correctio, quæ est actus charitatis; in quantum tamen est Princeps, & caput supremam habens iurisdictionem in Ecclesia, non se extendit ad eum dicta authoritas, in ea parte, in qua contra non suscipientem fraternam correctionem iubetur fieri denunciationem. Et hæc fuit sententia Alberti Magni in. 4. distinctio. 19. vbi quærens, vtrum fraterna correctio sit omnium, respondet. *Omnis homo omnem hominem cum reuerentia, & mansuetudine tenetur admonere, & corrigere de delicto; sed non vlterius potest denunciare, si inobediens est, quando prælatus supremus est; quia non habet iudicem.* In idem. S. Thomas in. 4. eadem distinctio. dicens. *Quamuis prælati sint corripiendi a subditis, non tamen est eis pœna infligenda, sed recurrendum est ad superiorem denunciando; uel si non habeat superiorem, ad Deum, ut eum emendet, aut de medio tollat.* Et hoc confirmat Magister Vlricus in doctissima sua summa Theologica, libro. 6. tractatu. 3. cap. 15. de accusatione loquens ita

207 ait. † *Accusari etiam non possunt aliqui propter excellentiam dignitatis; ut Papa non potest accusari, nisi de crimine hæresis.* vt dicitur in gestis Bonifacij martyris, & ponitur authoritas in. c. si Papa. 40. dist. Optimè idem Turrecrema. dicto lib. 2. c. 92. & seq. vbi latè agit de intellectu eiusdem authoritatis, &. cap. 98. versic. hinc est, vbi in versic. ad secundam, deallegata authoritate D. Pauli

ad

ad Galat.cap.2.tractans ait. *Aliud esse resistere, & se opponere Papæ, ubi immineret periculum fidei: aut si aliquid preciperet contra legem Domini: & aliud est, iudicare per coertionem pœnæ, siue punire: quia primũ potest esse inferioris: secundum autem non nisi superioris.* iuxta cap. inferior.21.distinctio.& 1.ad Corint.4.vbi dicitur. *Qui iudicat me, Dominus est.* Et ita, licet vbi immineret periculum manifestum fidei, posset vniuersalis Ecclesia, siue synodus vniuersalis resistere Romano Pontifici, sicut Paulus Petro: tamen ex hoc nulla superioritas arguitur in Ecclesia super verum Romanum Põtificem, sicut nec in Paulo ex pręfata correctione supra Petrũ: solùm autem potest argui, & commendari charitas in Paulo, & in Petro humilitas, cum patienter susceperit libertatem, & correctionem Pauli: & ita comprobatur ex glossa Augustini in epistola ad Hieronymũ super illud, *Dixi Cephæ coram omnibus.* dum ait ipse Petrus, quòd à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis sanctæ, atque benignæ, pietate humilitatis accepit, atq; ita exemplum posteris tribuit, quòd non dedignarentur, vbi forte rectũ tramitem reliquissent à posterioribus corrigi; laus vtique iustæ libertatis in Paulo, & sanctę humilitatis in Petro: Imò hęc maiori encomio cõmẽdari meretur, quàm Pauli factũ: nam vt S.Thomas in.4. Sententia.distinctio.19. dixit. Beatus Paulus excessit modum fraternæ correctionis, quæ prælatis à subditis debetur, qui non coram multitudine, sed humiliter in priuato sunt corripiendi, nisi vbi immineret fidei periculum. Cardina.Turrecremata dicto cap.98.

108 Neque † obstabit tertia ratio, seu inconueniens à Gersone ponderatum, quod sequeretur, quod Papa qui est membrũ corporis Ecclesiæ, sicut alij homines, si scandalizaret totum corpus, non esset rescindendus, vt totum corpus sanum fieret, contra doctrinam Christi euangelicam fundatam in similitudine iuris naturalis. Matth.c.18.cum glossis, & determinationibus Doctorum se fundantium in eodem naturali iure, in materia de scandalo. Roman.consi.323. à.nu.11.

109 Quia Papa † non est pręcidẽdus à corpore Ecclesiæ, sicut nec caput naturale à corpore naturali; quia ab illo pẽdet sẽsus, motus, & virtus corporis; & sine eo corpus non viuit. c.nulla.93.

110 distinctione, † & amputato capite frustra se iactat quis cętera membra habere, c.illi offerũt.1.q.1.cap.sunt plurimi.§.verũ.6.

quæst.

quæst. 1. Ioannes Montanus dicto tractatu. de autho. magni concilij, num. 20. Turre. lib. 2. de Eccles. cap. 102. Quare Cardinalis Iacobatius dicto lib. 9. artic. 12. num. 185. & seq. prudenter considerat, quòd Christus Matthæi inter membra ratione scandali abscindenda, non nominat caput; sed membra illa cũ quorum abscisione adhuc stat vita, sensus, & motus corporis; à Papa autem vt à capite post Deum pendet salus vniuersitatis fidelium, vt in dicto cap. si Papa, distinctio. 40. Et ita quantumcunque Papa sit, prout est caput Ecclesię, non efficitur malis moribus membrum putridum, nec potest totum corpus vniuersalis Ecclesię inficere, non permittente hoc Spiritu sancto, quo Ecclesiæ corpus & viuit, & vegetatur, & à quo salus eius
211 principaliter dependet: † quia Christus pollicitus est, se semper cum corpore suo mansurum, dicens Matthæi cap. vltimo. *Ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Et quia pro eadẽ Ecclesia Christus rogauit, vt in cap. à recta. 24. quæst. 1. & ideo
212 languescente hoc capite, † quod nunquam est sperandum, ne eueniat tam tristis euentus. l. inter stipulantem. §. sacram, versic. sed hæc dissimilia sunt. ff. de verborum obligatio. Marcus Antonius Columna de ecclesiast. reddi. origine. 3. parte. c. 27. num. 38. membra non inficerentur.

213 Minus † obstat quarta ratio à Gersone deducta ex cap. 11. actuum Apostolorum, quòd Petrus Summus Pontifex non debuisset compelli, reddere rationem ab Apostolis & fratribus qui erant in Iudæa, quia visitauerat Cornelium gentilem, cuius tamen oppositũ ait D. Lucas ibi. *Quare introisti ad uiros preputium habentes, & manducasti cum illis? &c.* Nam respondetur cũ D. Gregorio libro. 9. epistola. 39. Theotistæ patriciæ relato in « cap. 40. Petrus. 2. q. 7. quòd Petrus potestatem regendi acce« perat, & tamen idem Apostolorum primus quærimoniæ con« tra eum factæ, cur ad gentes introisset, non ex potestate offi« cij, qua posset dicere, oues pastorem suum non accusent, nec reprehendant; sed ex authoritate diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant Spiritum sanctum, respondit dicens. Eandem gratiam, quam vobis, dedit eis Dominus. Hæc Gregorius. Ex quo & Gratiano ibi patet, quòd cùm Beatus Petrus ex officio potuerit repellere querelas illorum, & sola dispensatione humilitatis illas sustinuerit, non potest ex illorum reprehensione argu-

argumentum sumi, quòd prælati cogantur reprehensionem subditorum suscipere,& minus quòd vniuersalis Ecclesia, extra casum hæresis,possit Papam iudicare,vel appellari ab ipso Papa,vt benè resoluit Cardina.Turrecrema.lib.2.de Ecclesia, dicto cap.98.in fine. Iacoba.lib.9.artic.12.num.141.& lib.10. artic. 1. nu. 61.

214 † Nec obstat quinta ratio, vel inconueniens à Gersone ponderatum, quòd scilicet sequeretur, quòd si aliquis per Papam iniuriatus esset,aut in corpore,membris,aut fama circa ea quę purè fidei sunt,non pateret defensio,aut grauaminis subleuatio,quod esset contra ius naturale,cui diuinum non repugnat. vt etiam animaduersum est à Ioanne Gersone in exemplo per ipsum assignato, & à Turrecremata dicto lib.2. cap. 97. versicu. quarto, & quinto. Nam, vt ipse respondet cap. 102.

215 Aliud est, † se cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere, & resistere,quod videtur permitti.l. liber homo.ff.ad.l.Aquiliam,dicta.l.vt vim.ff.de iustitia,& iure.l.itaque.ff.ad.l.Aquiliam.Medices de casibus fortuitis.q.8.num.26. &.51.l.1.C.vnde vi.l.3.§.cum igitur.ff.de vi & vi armata. Aliud est esse superiorem iudicem illius, & posse contra illum procedere via iuris ad eum puniendum,vel ab ipso appellandum:nam primum aliquando inferiori permittitur;secundum non nisi superiori. Imò si verum amamus,hæc defensionis,aut resistentiæ permis-

216 sio non ita habet laxas habenas † contra magistratus,maximè si sit omnium supremus, vti est Papa; quia glo. 1. in dicta.l. vt vim,eam intelligit de vi illata ab aliquo priuato, & de vi iniusta,non de ea quę infertur ab eo,cui subditi sumus.l.iniuriarũ. §.1.ff. de iniurijs.l.qui restituere.ff.de rei vindicatione: & ita quando ille qui offendit est offensi superior, nec ipse superiorem habet,solùm restat,vel ad Deum recurrere orando, vt ipsum emendet, vt supra retuli,& resoluit Cardina.Iacobati.dicto.lib.9.art.12.num.127. & sequenti.

217 Neque † obstat quod Ioannes Gerson asserit sexto loco,scilicet quòd sequeretur,quòd in nullo casu Papa posset iudicari, vel deponi per generale concilium, etiam si esset criminosus, vel scandalosus Ecclesię:& quòd dato quòd possit,poterit etiã denunciari per aliquem, vel aliquos coram concilio præsenti vel futuro;etsi voluerit grauamen inferre denunciare volentibus,

bus, possent ipsi se ponere extra eius potestatem, ne grauet ipsos, & sic ab eo appellare, vt refert practicatum in concilio Pisano, per collegium duarum obedientiarum Gregorij, & Benedicti.

Nam vti diximus, & latius infra tractabitur; cum extra casum hæresis non possit concilium de Papa cognoscere, de nulloque alio ab ipso prætensó crimine non poterit per aliquem denunciari, vt bene resoluit Cardinalis Iacobatius dicto tracta. de concilio, libro. 9. artic. 12. num. 158. &. 123. & seq. qui alio etiam modo in proposito respondet ad authoritatem D. Matthæi dicto cap. 18. quòd auctoritas prædicta non fuit dicta Petro peccanti in alium, sed quando alius peccasset in Petrum; & consequenter cum aliquis scandalizat fratrẽ, aut peccat in eũ, dicendum est, & denunciandum post monitionem prælato, & sic Papæ tanquam supremo prælatorum Ecclesiæ: sed quando è conuerso Papa peccaret in fratrem, illa authoritas nihil facit;
218 † sed debet ipsi Papæ supplicari, vt suum factum, vel sentẽtiam commutet in melius. cap. veniam. c. sententiam. cap. apostolicæ. 35. quæst. 9. Franciscus Marcus dicta questione. 457. parlamenti Dalphinalis. n. 59. & q. 1078. num. 1. & quæstione. 1123. num. 36. & 1313. Innocentius in cap. tum ex literis, de in integrũ restitutione: cuius est ratio:
219 † nam Deus interdũ cõmutat suam sententiam comminatoriam. cap. incommutabilis. 22. q. 4. vnde Ionæ. 3. cap. de comminatione Niniuę ciuitatis, Deus commutauit sententiam suam propter pœnitentiam Niniuitarum. & Isaiæ. cap. 38. vbi fuit dictum Ezechiæ Regi. *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues*: nam postea Deus prolongauit comminationem suam in. 15. annos, quia fuerat conditionalis; si non faceret pœnitentiam, vti fecit. Abb. q. 1. n. 23. versic. si ergo.

220 † Et quia quando non est locus appellationi, propter superioris defectum, restat supplicationis remedium ad eundem Principem, qui sententiam tulit. dicto. cap. tum ex literis de in integrum restitutione, ibi. "Nos supplicationem eiusdem Ecclesiæ admittere debebamus, præsertim quia sententia Romanæ sedis non denegatur posse in melius commutari, cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsi pro consideratione ætatum, & temporum, seu grauium necessitatum dispensatiuè quicquam ordi-

ordinare decreuit. Abb. ibi. nu. 2. Rebufus. 1. tomo ad constitutiones Gallicas, tract. 1. de supplicationibus, quæstio. 8. & 9. num. 45. Cardinal. Iacobatius libro. 10. artic. 1. nu. 59. in fine. Ioannes Ferrarius lib. 4. titulo de suplicandi vsu, cap. 1.

221 Et quia † licita est supplicatio à Principe malè informato ad eundem benè informandum. l. 1. §. quæsitum. ff. de appellationibus. l. 1. C. de relationibus. Martinus Laudensis in tractatu de principibus, quæstione. 389. & 42. Cardinalis Albanus de potest. Papæ. 2. parte, num. 80. Iacobatius dicto. num. 59. Bal. in. l. vltima. C. de relationibus. Ioannes de Neuicanis consil. 12. inter consilia Alberti Bruni, versiculo quarta principalis. pro quo facit Tex. in dicto cap. ad apostolicæ, de re iudicata, in. 6. vbi Papa dicit se paratum reuocare gesta contra Imperatorem, si in aliquo eum læsisset, & Imperator in authent. de nuptijs in principio collatio. 4. ait. *Non erubescimus, si quid in melius, etiam horum quæ ipsi prius diximus adinueniamus hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem.* Et teste Iacobatio dicto lib. 10. articulo. 1. num. 60. hæc non est propriè appellatio, quia non suspendit iudicatum, nec deuoluit causam ad superiorem, sed largè sumpto vocabulo, quia per eam prouocatur ipsemet Papa,

222 vt diligentius negocium examinet. † Tamen vt ait Rebufus vbi proximè num. 46. Si Princeps recusaret talem supplicationem admittere, etiam in casu in quo locum haberet de iure, non esset ad futurum concilium appellandum, cum non sit superior Papæ, dicto cap. licet, de electione. Ioannes Andre. in cap. cum inferior, num. 2. de maiorit. & obedien. & in cap. proposuit, num. 14. de concessio. præbendæ. Alua. Pelagius. lib. 1. cap. 6. Franciscus Marcus quæstione. 751. & 838. num. 1. Rebufus in. l. quod iussit. notabili. 2. num. 49. ff. de re iudicata. Caro-

223 lus Sigonius lib. 4. de Regno † Italiæ in Carolo magno, anno Domini. 800. in exemplum adducens quod suprà ex Paulo Aemilio retulimus de Leone Pontifice Maximo. Nam cum inimici „ eius criminibus inferendis accusationem peregissent, ac plerique „ apparatam Leonis defensionem erecto animo expectarent: ne- „ que res pro dignitate Sedis Apostolicæ agi videretur, consur- „ rexere Episcopi, ac causæ Pontificiæ cognitionem dixerunt „ non Episcopis, sed ipsi conuenire Pontifici, susciperet. Leo par- „ tes suas, quique summum iudicium in omnes haberet, idem de se

solo numine vel teste, vel vindice iudicaret. Et cum Leo respondisset, leges veteres de criminibus purgandis extare, se ea defensione, quæ legibus esset constituta vsurum; alia die præsentibus omnibus, ambonem ædis ascendens, ac contingens euangelia, solemni iureiurando se innocentem esse pronunciauit, his verbis. Nota res est, fratres charissimi, malos aduersus me homines surrexisse; meque ac vitam meam grauissimis criminibus infamasse: cuius rei cognoscendæ gratia clementissimus hic, ac serenissimus Rex Carolus vnà cum sacerdotibus ac Principibus suis ad hanc vrbem se contulit. Quamobrem Ego Leo Pontifex S.R.E. à nemine iudicatus, neque coactus, sed mea voluntate impulsus, purgo me præsentibus vobis coram Deo, & Angelis eius, qui cõscientiam nouit, & Beato Petro principe Apostolorum, in cuius conspectu consistimus, neque sceleratas res, quas mihi obijciunt, perpetrasse, neque perpetrari iussisse. Deum testans, in cuius iudicium venturi sumus, & in cuius conspectu consistimus, & hoc facio non legibus vllis obstrictus, neque hanc consuetudinem, aut decretum in sancta Ecclesia successoribus meis, & fratribus coëpiscopis imponere cupiens, sed vt certius iniquis vos suspicionibus liberem. Quibus verbis auditis, vt Sigonius ait, omnes eum pro insonte habuerunt, ac per solemnes supplicationes gratias Deo, matrique eius, & Beato Petro, omnibusque sanctis egerunt. Ex quo satis colligitur, quam fragile sit fundamentum Gersonis, conantis frustra Papam concilio submittere, & eius denunciationem, & coërcitionem coram, & per concilium habere locum, quando particularis quispiam se læsum à Papa conqueritur. cap. auditum. 2. quæst. 7. Alban. de potest. Papæ. 1. par. num. 124.

224 Et confirmatur, † nam in fortioribus terminis Cardin. Iaco-
batius dicto libro. 9. articu. 12. num. 158. resoluit, quòd etiam
quando Ecclesia extra casum hæresis esset læsa per Papam, non
posset habere locum dicta authoritas Matthæi. cap. 18. quia sequeretur, quòd Ecclesia diceret Ecclesiæ acæphalæ, vt caput suũ
225 iudicaret in causa eiusdemmet Ecclesiæ. † Cum speciale sit Prin-
cipum, & eorum qui sunt capita iurisdictionum, vt in propria
causa iudicent. l. proximè. ff. de his quæ in testam. delentur. l. &
hoc Tyber. ff. de hæredibus instituendis. Doctores in d. l. qui iurisdictioni. vbi Deci. nu. 10. ff. de iurisdict. omnium iudicum. c. cum

veni-

venissent. vbi Abb. nu. 6. Felyn. 5. & 6. Decius. nu. 33. de iudicijs.

Vlterius, quia vt ait idem Iacobatius dicto num. 158. etiam si Papa peccaret in fratrem, adhuc non posset habere locum dicta authoritas Matthæi, etiam si intelligeremus verbum illud, *dic Ecclesiæ*, de concilio: quia resultaret magnum inconueniens, quòd si inferior à Papa scandalizat fratrem. id est proximum, ob hoc sit conuocandum concilium, quod impossibile est; cùm quotidie
226 sint in Ecclesia vniuersali mille, qui scandalizant proximum: † & intellectus, per quem inconueniens aliquod sequitur, admitti nō debet, vt ait Rainan. Corsus lib. 1. indagationum iuris, cap. 20. Et multo magis hoc in Papa dicendum est: nam si pro quolibet scandalo illato vni personæ per Papam, esset congregandum conciliū, Papa esset deterioris condicionis, quàm quilibet priuatus; & semper opus esset, quòd concilium teneretur: quia quotidie particulares personæ scandalizantur de Papa propter negotiorum multitudinem, quæ Papa exequi habet in subditos. Et ita authoritas prædicta de necessitate venit intelligenda de superiori prælato, quem cum Papa non habeat supra se, non conuenit aduersus eum illud, *dic Ecclesiæ*, maxime si hoc fiat per viam appellationis, vt putauit fieri posse Gerson. Quia vti ait Cardinalis Iacobatius
227 libro. 10. artic. 1. num. 85. † nullibi reperitur, etiam in causa fidei, quòd concilium per viam appellationis receperit potestatem iudicandi de Papa, nec hoc dicitur in cap. si Papa. 40. distinctione. Optimè Turrecremata in summa de Ecclesia. lib. 2. cap. 92.

Maximè, quia vt iam supra ponderatum est, illa authoritas Matthæi principaliter dicta fuit in fauorem Petri, cui verba dirigebantur; vt si aliquis eum scandalizaret, primò eum corripe-
228 ret, & si non desisteret, diceret Ecclesiæ, † idest armis Ecclesiæ vteretur, ac conuocaret prælatos, & Principes Christianos, & catholicos, vt sibi subuenirent, prout ex debito tenentur. cap. cum ad verum 96. distinctio. cap. principes. 23. quæstio. 5. & nos latius
229 in sequenti parte. Et ita quod fuit dictum, † & inductum in fauorem Petri, & successorū, non debet in odium ipsorum retorqueri. l. quod fauore. ff. de legibus. Roland. à Valle consil. 36. incip. de duobus, num. 9. vol. 4. Franc. Herculan. de attentatis. cap. 7. nu. 7. Porcelin. de confect. inuenta. cap. 5. nu. 37. Benincas de paup. q. 8. nu. 48. Bald. de statut. verb. filius. nu. 21.
230 Et † sic in diminutionem Pontificiæ potestatis, quod iuri repugnat.

pugnat.l.si mancipia.ff.de fundo instructo.l.cum tale.§.fina.ff.de
conditio.& demonstratio.l.qui hominem.§.fina.cum ibi notatis.
ff.de solutio.l.cum is.§.1.ff.de condictio.indebiti.l.2.C.de iura-
men.calumniæ. Crotus consil. 143. num. 4. Surdus de alimen.
tito. 8. priuilegio. 22.num.4.

231 Neque obstat † septimum fundamentum Ioannis Gersonis,
quòd sequeretur, quòd concilium generale non esset supra Pa-
pam, vel iudicem Papæ legitimum: cuius oppositum asserit esse
determinatum in Constantiensi Concilio, in depositione Ioan-
nis: & ita quòd ab eo qui habet superiorem, siue sit vnus homo,
siue vna communitas, potest appellari: quia possumus eundem
argumentum contra Gersonem retorquere. Ille, à quo non licet
appellare, non habet superiorem in terris: quia vt diximus, solum
est licitum appellare ab inferiori ad superiorem. cap. placuit. 2.
q. 7. sed à Papa appellare non licet. cap. ipsi sunt. cap. cuncta. 9.
quæstio. 3. ergo Papa non habet iudicem superiorem in terris.
Et ita arguit Turrecrema. in summa de Ecclesia, libro. 2. cap.
232 93. versiculo septimo. Nec potest fundamentum sumi † à dicto
Constantiensi Concilio; nam neque fuit Concilium vniuersale
& legitimum, sed contradictum per eos qui erant de obedientia
Angeli Corarij, qui se nominabat Grego. 12. & per obedientes
Petro de Luna vocato Benedicto. 13. Quinimò patres ibi con-
gregati aduersus sanctorum patrum sententias, quorum doctri-
nam sequitur Ecclesia in his quæ fidei sunt, & aduersus conci-
liorum decreta, & Pontificum constitutiones voluerunt vno
ictu ea delere, & eandem doctrinam hæreticare, manifeste ipsi
contradicendo: vnde non possunt argumenta sumi à gestis di-
cti Concilij, cum ipsa processerint schismatis tempore, ab ali-
quibus solummodo patribus, qui erant sub vnius obedientia; &
quia non habent virtutem euertendi fidem, quam de Romani
Pontificis principatu semper seruauit sanctorum Patrum autho-
232 ritas, & vniuersalis Ecclesiæ pietas venerata est. † Nam si au-
thoritas concilij non præiudicat authoritati vnius sancti, scili-
cet Hieronymi, maximè cum diuinæ scripturæ innititur. iux-
ta cap. placuit. 36. quæstione. 2. quid dicendum erit, vbi
233 interuenit authoritas tot sanctorum patrum, † & Summo-
rum Pontificum, quæ maior habetur quàm sanctorum? capite
de libellis. 20. distinctio. Hierony. Gigas tractatu de pensionib.

quæst.

quæstione. 37. num. 5. Et ita iustè & pluribus confirmationibus Cardinalis Turrecremata dicto lib. 2. cap. 99. probat, non posse nec debere attendi obiectiones fundatas in decretis eiusdem Constantiensis Concilij; & ea quæ tendebant in derogationem primatus Papæ fuisse abolita, & annullata per Martinum. 5. Papam in condemnatione errorum Ioannis Vuicleff, & Ioannis Hus, vt habetur in bullario Summorum Pontificum, constitutio. 1. Martini quinti. Rursus quia cum esset schisma eo tempore, Ioannes. 23. qui prius nuncupabatur Balthasar Cossa, non erat indubitatus Pontifex; & antequam Concilium contra ipsum processisset, iam liberè, & voluntariè renunciauerat in eodem Concilio iuri, quod in Papatu habebat, quod & iterum ratificauit, vt recenset post alios Ioannes Pineda in Monarchia Ecclesiastica, libro. 23. capite. 11. §. 4. & cap. 13. §. 2. Nam si fuisset certus, & indubitatus Pontifex, non potuisset Concilium de ipso cognoscere, hæresis causa cessante. Et idem de Benedicto respondetur: quinimo, vt ex Pineda vbi proximè, & alijs eius temporis historicis colligitur, pro hæresi, & schismate fuerunt inter alia damnati, vt ait Cardinalis Turrecremata dicto libro. 2. summæ de Ecclesia, cap. 103. qui per totum caput, & Cardinalis Iacobatius dicto lib. 9. articulo. 12. num. 189. & sequentibus, respondent ad hæc & similes obiectiones, quæ opponuntur de deiectionibus quorundam Summorũ Pontificum, vel qui se tales esse prætendebant. Quare etiam manet sufficienter satisfactũ octauæ & vltimæ obiectioni eiusdem Ioãnis Gersonis.

234 Nec audiendus est Ioann. Gerson, quatenus ad cognoscendũ de causis Summi Pontificis, æquiparat alia crimina verè, vel falsò eidem obiecta, & imputata † crimini hæresis, quod grauius reliquis habetur criminibus, quia hæreticus scandalosus est, & vti ait Tex. in cap. excommunicamus, de hæreticis, habet caudas colligatas, & sophismatibus suis, & diabolica arte sæpe opprimunt ecclesiasticos. cap. transferunt. 24. q. 3. & est vti morbus contagiosus. cap. resecandæ. cap. corripiantur, & cap. ecce. 24. quæstio. 3. Iacobatius dicto artic. 12. num. 167. & seq.

235 Et ratio † specialitatis est, quòd hæreticus est separatus ab Ecclesia, & fide. cap. de illis, vbi glo. 23. quæst. 3. tanquam hostis illius. Conradus Brunus de hæreticis, cap. 15. num. 4. & qui non

est fidelis, non potest esse caput fidelium, nec potestatem ecclesiasticam habere. cap. præter. 32. distinctio. cap. dicimus. cap. pudenda. 24. q. 1. cap. verbum Dei, cum seq. de pœnit. dist. 1. Diuus Cyprianus lib. 1. episto. 6. Albertus Pighius lib. 4. de hierar. ecclesiastic. cap. 8. Turrecrema. lib. 4. de Eccles. cap. 18. Simancas de catho. institutio. titu. 46. num. 62. Laudens. de principib. nota. 522.

236 In † tantum, quòd hæreticus etiam si quancumque dignitatem habeat, sit minor omnibus fidelibus, vt dicit. S. Thomas in 4. & tradit glo. in cap. Achatius. 24. quæst. 1. Turrecrem. dicto libro. 2. de Ecclesia, cap. 102. ideo secundum eum cadit à Papatu. ideo non mirum si ab Ecclesia iudicetur, aut declaretur iudicatus à Deo. cap. sicut. cap. quod autem. cap. audiuimus. 24. " quæstione. 1. Ideo Tex. in dicto cap. audiuimus, ait. Si autem in " corde suo nouam hæresim confixerit, ex quo talia prædicare " cœperit, neminem damnare potuit, quia non potest deijcere " quenquam iam prostratus. cap. omnis qui recedit, & non per- " manet in doctrina Christi. &. cap. dicimus. ead. causa. & quæst. " vbi Cyprianus ait. Dicimus, omnes omnino hæreticos, & schis- " maticos nihil habere potestatis, aut iuris. idem in cap. Nouatia- " nus. 7. quæstio. 1. dicens. Qui nec vnitatem spiritus, nec com- " municationem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo, & sa- " cerdotum collegio separat, nec Episcopi potestatem habere po- " test, vel honorem. §. his authoritatibus. 24. quæst. 1. vbi dicitur. " His authoritatibus perspicuè monstratur: ex quo aliquis contra " fidem cœperit aliquid docere, nec deijcere quenquam valet, nec damnare. glo. verbo careant firmitate, in cap. 1. de schismaticis, asserens quòd Ecclesia vacare intelligitur, quandiu habet pastorem hæreticum, vel schismaticum. Et illud Matth. cap. 10. *Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo.* Et Ioan-

237 nis. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est.* † Et quia ius canonicum hanc differentiam agnouit, & expressit, inter hæresim, & alia peccata, per quæ Papa non amittit Pontificatum. dicto. cap. si Papa. 40. distinctione. cap. oues. 6. quæst. & prosequitur Turrecremata

238 dicto cap. 102. lib. 2. & lib. 3. cap. 50. † Et ita Papa remanens non poterit ab aliquo iudicari. Iacobatius dicto articulo. 12. nu. 86. & duobus sequentibus, & num. 165. vbi asserit, quòd priuilegium vt non possit iudicari ab alio quàm à Deo, datum est à Deo

Deo dignitati Pontificiæ, & non personæ solæ; & ideo non potest tali priuilegio priuari quandiu est in dignitate Papali. argumen.
239 cap. si diligenti. & cap. significasti, de foro competenti. † Quia priuilegia dignitati concessa perpetua sunt, vt ait Anton. de Butrio. in cap. duo simul. num. 9. de officio ordinarij, cap. 1. cum duobus sequentibus. 25. quæst. 2.

240 Quare possumus † de Ioanne Gersone dicere, quod de Tullio, ipsum notans, & increpans, dixit Lactantius Firmianus lib. 2. " diuina. institutio. cap. 9. Quòd ex falso maluit colligere quod " falsum est, quàm ex vero quod est verum. Et cùm debeant incer- " ta de certis probari, hic probationē sumpsit ex incerto ad euer- " tendum quod erat certum. Ideo possum dicere cum Turrecre- " mata lib. 3. summæ de Ecclesia, cap. 46. quòd valde periculosum " est, & insanum tantorum sanctorum patrū traditiones postpo- " nere, imò tanquam falsas conculcare, & assertionibus adhærere " nouellorum istorum magistrorum, quorū caput, & magister ex- " titisse videtur Ockam, & eius quidam discipulus Gerson nomi- " natus: qui prætermissis sanctorū patrum, & Doctorum Ecclesiæ " expositionibus, scripturam sanctam hæreticorum more ad pro- " priam voluntatem interpretātur, contra quos Beatus Hierony- " mus in cap. non afferamus. 24. quæstio. 1. ait. Non afferamus sta- " teras dolosas, vt appendamus quod volumus pro arbitrio nostro " dicentes, hoc graue, hoc leue est; sed afferamus diuinam stateram " de scripturis sacris, tanquam de Thesauris dominicis, & in illa " quid sit grauius appendamus. Et Nicolaus Papa Ignatio Epis-
241 copo, ridiculum, † & satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à patribus suscepimus, infringi patiamur, & trassumptiuè habetur in cap. ridiculum. 12. distinctione. Optimè Michaël de Anino in tractatu de vnita. ouilis, & pastoris, cap. 28. num. 1. & sequentibus. Simancas de catholicis institutio. titu. 24. de Ecclesia, num. 16. & 26. & sequentibus. Feuardentius in Ruth, cap. 1. Lupus Madera in discursib. montis sancti, cap. 22. & 38. Guillel. Durandus de modo generalis concilij celebrandi, rubrica. 57. num. 2. Cano de locis Theolog. lib. 3. de traditionibus apostolicis.

Quare non ex eo quod Gerson, & Otkam ipsorūque sequaces in ea fuerint opinione, id tenendum est; quinimo repellendum: quia vt Cassiadorus dixit in libro de diuinis lectionibus, cap. 24.

242 *† Origo sæuissimi erroris est, in suspectis authoribus amare totũ, & sine iu-*
dicio defendere uelle quod inuenis: scriptum est enim, omnia probate, quod
bonum est tenete: Ideoque cuncta quæ antiqui expositores probabiliter dixe-
runt, solicita mente tenenda sunt.

243 Imò † Abbas, quem aduersarij in suam sententiam conati
sunt adducere testem, dicta quæstio. 1. postquam à num. 17. ver-
siculo in secunda quæst. & tribus sequentibus plura fundamenta
adduxerat, quibus ostenditur manifestè non licere appellari à
sententia, aut mandato Romani Pontificis: tandem procedens
ad distinctionem quæstionis num. 23. versiculo fateor, conclu-
dit, quòd in his quæ sunt iuris positiui, in quibus Papa habet
plenitudinem potestatis, & non decoloratur status Ecclesiæ, nõ
debet admitti appellatio: quia nemo in illis potest dicere, cur ita
facis? quia cum ipsi data fuerit à Christo plena potestas dispo-
nendi, solùm astringitur in interiori foro disponere benè, & non
malè, ne Deum habeat vltorem, iuxta cap. in memoriam. 19.
distinctio. cap. aliorum. cap. nemo. 9. quæstione. 3. ideo suffi-
ceret talis authoritas ad conuincendum aduersarios, vt negare
non possint, nullam, & inualidam esse appellationem interposi-
tam per dictos Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum ad
futurum concilium: & vt confusi remaneant de suo temera-
rio facto, quia vt dixit Claudius Mamertinus lib. 11. capi. 10.
relatus per Iustum Lipsium in libro aduersus Dialogistam,
pagina mihi. 22. *Gloriosum uictoriæ genus est, ab eo cum quo decer-*
tem arma capere; quæsitumque aduersario testem illinc stare, & istine
dicere.

Nec potest dici, quòd in permittenda appellatione à Papa
ad concilium, versetur commune bonum Ecclesiæ, cum propter
244 id concilia celebrari soleant; † bonumque commune esse præfe-
rendum priuato bono. cap. licet, de regularibus. cap. bonæ el. 1.
de postula. prælato. cap. scias. 7. quæstio. 1. l. 1. ff. soluto matri-
monio. Iacobatius lib. 10. de concil. articul. 1. num. 27. quia vt
ipse respondet num. 86. etsi commune bonum præferatur priua-
245 to, † negandum est, versari bonum commune in eo quòd à Pa-
pa appelletur ad Concilium: nam vt ait Augustinus super illud
Genesis. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona; omnia à*
Deo producta bona quidem erant in se; sed ualde bona propter ordinem
quem ad inuicem retinent. Et ita cum totius ecclesiastici ordinis Dux,

& ca-

& caput sit ipse Papa; sicut per appellationem tolleretur talis ordo, ita tolleretur tale bonum; quia cùm bonum exercitus non sit, nisi propter bonum ducis; & bonum Ecclesiæ non nisi propter bonum Papæ, maius habetur bonum ducis quàm totius exercitus, & bonum Papæ quam totius Ecclesiæ, vt respondet Augustinus de Ancona tractatu de potesta. Ecclesiæ, quæst. 6. artic. 6.

Imò si experientiam & exempla attendimus, quæ in moralibus faciunt magnam probationem, cap. quam sit de electione in
246 6. † Vbi experientia rerum magistra dicitur. Iodocus de subhastatio. cap. 1. num. 7. Bartholomæus Spina tracta. de strig. cap. 18. & sequenti. Ambros. de Vignat. in tracta. de vsuris, nu. 289. & ex Aristotele, Fabio, Theophrastro, & alijs, Antonius Massa Gallesi. de exercitatio. iurisperito. lib. 1. num. 10. & sequentibus. Rojas de hæretic. num. 1. Dionysius Halicarnas. lib. 11. antiquit. Romana. dicens. Vbi experimentum docet quod conferat, quid illic opus est speculationibus? Didacus Velazquez. Simancas in defensorio statuti Toletanæ Ecclesiæ, cap. 29. & de Republica, lib. 5. cap. 11.

247 Et de exemplis, † Ioannes Montaig. tracta. de bigamis, quæst. 7. num. 11. Nicolaus Moron. de fide, tregua, & pace, quæst. 60. num. 70. Anton. Colum. de pœnis omnifariam coitus, arti. 49. num. 49. Redin. de maiestate Principis, verbo, non armis, nu. 64. & sequenti. Titus Liuius in præfatione suæ historiæ Romanæ, dicens. "Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, vnde tibi, tuæque Reipublicæ, quod imitere capias, inde fœdum inceptis, fœdum exitu, quod vites." Polybius lib. 1. historiarum in principio. Baptista Fulgosius in præfatione ad librum suum dictorum, factorumque memorabilium. Lipsius lib. 1. ciuilis doctrinæ, cap. 9.

248 Possumus † dicere (absit audacia,) multoties, non commune bonum, sed commune malum esse sequutum de appellationibus interpositis à Papa ad futurum concilium: quia vt ait Victoria summæ fidei, & authoritatis vir in dicta relectione. 4. de auctoritate Papæ, & concilij, num. 21. *Omnes appellationes hactenus factæ ad concilium male cesserunt; & tandem deuenerunt in schisma aliquod, uel etiam hæresim; essetque causa multorum malorum, & inconuenientium talem appellationem in posterum admittere.*

249 Quare † iustissimè Doctores grauissimi resoluunt, non posse appellari à Papa ad futurum concilium, vt per B. Antonin. in summa. 3. parte, titu. 23. cap. 3. glossa in pragmatica sanctione, titulo de electione, cap. 1. in fine, & titulo de causis in fine. §. item fuit, glos. verbo foros. Guillermus Benedictus in cap. Raynuntius, verbo si absque liberis, num. 45. de testamentis. Petrus à Monte in tracta. de potestate Papæ, cap. de concilij praeminen. num. 17. &. 18. Iacobatius de concilio, lib. 10. articulo. 1. per totum, & artic. 3. num. 5. Spina tracta. de potesta. Papæ, num. 12. Catald. in eodem tractatu. §. his igitur, num. 101. Selua tractatu de beneficijs. 2. parte, quæst. 2. num. 6. versic. sexto. Menochius lib. 2. de arbitrarijs iudicum, casu. 458. num. 57. Cardinal. Albanus de potestate Papæ. 2. parte, num. 80. Ioann. Andreas in cap. Romana, num. 17. de appellationib. lib. 6. Rebuf. dicto. 1. tomo ad leges Gallicas, tractatu de supplicationibus, quæst. 8. &. 9. nu. 46. Turrecremata in dicta summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 98. & lib. 3. cap. 47. & sequentibus. Martinus Lauden. de Principibus, quæst. 266.

250 † Et hoc in tantum est verum, quòd appellantes à Papa ad concilium declarantur hæretici, vt refert Præpositus in cap. 1. distinct. 15. circa finem, & in rubrica de appellationibus. Franciscus Marcus quæstione parlamenti Dalphinalis. 456. num. 57. & sequenti, & quæstione. 1122. num. 37. Rebufus vbi proximè, & in. l. quod iussit, notabili. 2. num. 49. ff. de re iudicata. Cardinal. Iacobatius in dicto tractatu de concilio, lib. 5. artic. 16. num. 26. & lib. 10. artic. 1. num. 66. & sequenti, & num. 80. & num. 35. & artic. 2. num. 7. Secundum † quos rationes sunt huius

251 assertionis: quia quicunque priuilegium Romanæ Ecclesiæ à Christo traditum auferre conatur, est hæreticus, iuxta cap. omnes. 20. distinctio. Ioannes à Capistrano de auctorita. Papæ. 1. parte secundæ partis principalis, num. 4. &. 5. sed dicens & tenens quòd liceat appellare à Papa ad cõcilium, aufert priuilegium primatus à Christo traditum: ergo est hæreticus. Quòd autem auferat, siue auferre conetur priuilegium Romanæ Ecclesiæ, patet: quia conatur auferre priuilegium capitis, & principalitatis, ac primatus, quod est in Papa. cap. non decet. cap. præceptis. 12. distinctione. cap. rogamus. 24. quæstione. 1. Speculator de modo generalis concilij celebrandi. 3. parte, rubri. 1. num.

num. 1. & 3. Mantua de concilio, num. 78. Cataldinus vbi proximè, num. 86. Ioannes à Capistrano dicto tractatu de potestate Papæ. 3. parte. 1. partis principalis, num. 2. † Et potestatis
252 plenitudinem, quæ est in solo Romano Pontifice. cap. decreto. cap. qui se scit. 2. quæst. 6. cap. ad honorem, de author. & vsu pallij. cap. proposuit, de concessio. præbendæ: & conatur auferre priuilegium superioritatis Papæ ad concilium, cum Papa det robur concilijs, dicto cap. significasti, de electione: & conatur auferre priuilegium, quòd à nullo iudicetur nisi à Deo, dicto. §. hinc etiam. 17. distinct. cap. si Papa, distinctio. 40. cap. nemo. cap. aliorum. cap. facta. 9. quæstio. 3. cap. cuncta per mundum. cap. ipsi sunt, ead. causa, & quæst. Ex quibus rationibus Archiepiscopus Florent. in dicta eius summa. 3. parte, titu. 24. cap. 2. §. quoniam quidam, concludit, esse hæreticum dicere, quòd à Papa possit appellari ad futurum concilium. Ideò Franciscus Marcus dicta quæst. 1122. num. 37. ait. *Non enim auderem consulere, quod ab eodem Papa appellaretur ad concilium; quia talis appellatio uidetur reprobata: cum a sententia concilij appelletur ad Papam, & non e contra.* cap. ipsi sunt. 9. quæst. 3. & ideò emanauit extrauagans Pij. II. contra appellantes à sententia Papæ ad futurum concilium, quòd sint suspecti de hæresi; & quia præsens rerum status postulat, vt eadem constitutio omnibus nota sit, eam, prout habetur in Bullario Summorum Pontificum, constitutione. 3. eiusdem Pij, pagina. 75. subiungere opportunum duxi, quæ talis habetur tenoris.

253 † PIVS EPISCOPVS, SERVVS SERuorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

" EXECRABILIS, & pristinis tēporibus inauditus, tempestate nostra inoleuit abusus, vt à Romano Pontifice IESV CHRISTI Vicario (cui dictum est in persona Beati Petri. *Pasce oues meas; & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatū & in cœlis:*) nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicij, sed commissi euasione peccati, ad futurum concilium prouocare præsumant: quod quantum sacris canonibus aduersetur, quantumque Reipublicæ Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus iurium intelligere potest. Namque (vt alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissimè refragantur:) quis non illud ridiculū iudicauerit, quod ad id appellatur, quod nusquam est,

" est, neque scitur quando futurum sit? Pauperes à potentioribus
" multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur
" aduersus primam sedem rebellio, libertas delinquendi concedi-
" tur, & omnis ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confun
" ditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus à Christi Ecclesia
" procul pellere, & ouium nobis commissarum saluti cõsulere, om-
" nemque materiam scandali ob ouili nostri Saluatoris arcere; de
" venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car
" dinalium, cunctorumque Prælatorum, ac diuini, & humani iuris
" interpretum Curiam sequentium, cõsilio, & assensu, ac certa no-
" stra scientia, huiusmodi prouocationes damnamus, & tanquam
" erroneas, ac detestabiles reprobamus, cassantes, & penitus annul-
" lantes, si quæ hactenus taliter interpositæ reperiantur; easque
" tanquam inanes, ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus,
" ac declaramus: præcipientes deinceps, vt nemo audeat quouis
" quæsito colere ab ordinationibus, sententijs, siue mandatis qui-
" buscunque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellatio-
" nem interponere, aut interpositæ per alium adhærrere, seu eis
" quomodolibet vti. Siquis autem contra fecerit, à die publicatio-
" nis præsentium in Cancellaria Apostolica post duos menses, cu-
" iuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit; etiam si
" Imperiali, Regali, vel Pontificali præfulgeat dignitate, ipso facto
" sententiam execrationis incurrat, à qua nisi per Romanum Pon
" tificem, & in mortis articulo absolui non posit. Vniuersitas ve-
" rò, siue collegium ecclesiastico subiaceat interdicto: & nihilo-
" minus, tam collegia & vniuersitates, quàm prædictæ, & aliæ
" quæcunque personæ, eas pœnas, ac censuras incurrant, quas rei
" maiestatis, & hæreticæ prauitatis fautores incurrere dignoscun-
" tur. Tabelliones insuper, ac testes, qui huiusmodi actibus inter-
" fuerint, & generaliter qui scienter consilium, auxilium dederint,
" vel fauorem talibus appellantibus, pari pœna plectantur. Nulli
" ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum, volun-
" tatis, damnationis, reprobationis, cassationis, annullationis, de-
" creti, declarationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario
" contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indigna-
" tionem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Aposto-
" lorum eius, se nouerit incursurum. Datum Mantuæ Anno Incar-
" nationis Dominicæ milesimo quadringentisimo quinquagesimo
nono.

nono. Quintodecimo Calendas Februarij Pontificatus nostri Anno secundo.

254 Cuius constitutionis memor Andreas Sicul. in cap. super quæstionum. §. si vero, de officio delegati, dicit, quòd disputare, vtrū à sententia Papæ possit ad concilium appellari, esset ponere os in cœlum; & quòd stat determinationi Pontificali factæ Mantuæ vnà cum Cardinalibus per Pium secundum, quòd à sententia Papæ non licet appellare ad concilium futurum: de qua meminit Cardinal. Alexandri. vbi proximè. Alberic. in. l. 1. ff. de officio præfecti prætorio. Ange. in. l. 1. ff. de ferijs. Rebuf. dicto tractatu de supplicatio. artic. 9. num. 48. Iacobatius dicto lib. 5. articu. 16. nu. 6. & lib. 10. artic. 1. num. 64.

255 Et † dicta Pij constitutio innouata est per Iulium. II. Sūmum Pontificem, qui declarauit, esse schismaticos appellantes à Papa ad futurum concilium vltra pœnas per Pium. II. iam inflictas, vt habetur in præfata Bullarum collectione, constitutione. 10. eiusdem Iulij, pagina. 156. quæ constitutio lata fuit aduersus eosdem Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum, qui similem appellationem ad futurum concilium interposuere, vt vel ex eo colligatur inueteratum admissum esse, quod nunc committere denuò non formidarunt, vti debuerant, cuius constitutionis series vt omnibus innotescat se ita habet.

256 † IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS SERuorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

« SVSCEPTI regiminis nos cura solicitat, vt eorum malitijs, & audaciæ, quorū sceleris cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas animos occupantes (discordiarum fautore, ac schismatum inuentore, & alumno humani generis inimico procurante) eos in illam temeritatem impellunt, vt, quæ sibi à iure interdicta, & à sanctis Patribus etiam in cōgregatione fidelium, pro huius sanctæ sedis dignitate, & Ecclesiæ vnitate seruandis, ad schismatis occasionem tollendam (quo in Dei Ecclesia perniciosior morbus inueniri vix potest.) Spiritu Sancto cooperante non minus prouidè, & salubriter, quàm necessariè decreta, & statuta esse nouerint, damnata audacia, & exquisitis artibus, & fraudibus attentare temere conentur, & eis contrauenire contendant. Nunc nouorum editione iurium: nunc antiquorum innouatione, & declaratione. Nunc vero extensione, & nouarum

pœnarum

« pœnarum adiectione, prout salubriter expedire conspicimus, sol-
« licitis studijs obuiare curemus. Sanè licet olim fœlicis recorda-
« tionis Pius Papa. II. prædecessor noster, de fratrum suorum S. R.
« E. Cardinalium, cunctorumque Prælatorum, ac diuini, & huma-
« ni iuris interpretum curiam Romanam sequentium, in dicta seu
« congregatione Mantuana existentium, approbatione matura
« prius, & graui præmissa discussione, & de eorundem congrega-
« torum, vnanimi consilio, & assensu, ac ex certa scientia, prouoca-
« tiones ad futurum concilium efficacissimis, & palpabilibus ra-
« tionibus tanquam erroneas, & detestabiles damnauerit, ac sub
« excommunicationis latæ sententiæ, & interdicti pœnis præce-
« perit, nequa persona cuiusuis dignitatis, siue etiam vniuersitas,
« aut collegium quouis quæsito colore, ab ordinationibus, senten-
« tijs, seu mandatis quibuscunque suis, ac successorum suorum ap-
« pellationem huiusmodi interponere auderet; & contra facien-
« tes, vnà cum fautoribus suis, & consilium, auxilium ve præstan-
« tibus, siue hi tabelliones essent, siue testes, siue aduocati, siue alij
« quicunque, non solùm pœnis & censuris prædictis, sed etiam ijs,
« quæ læsæ Maiestatis, & hæreticæ prauitatis reis imponuntur ob-
« noxios esse statuerit, Leonardus tamen Lauredanus Dux. Ro-
« gati ac generale consilium, & commune Venetiarum, omnesque
« & singuli Patricij & ciues communis eiusdem, vnà cum prouiso-
« ribus, potestatibus, commissarijs, & reliquis officialibus suis, quo-
« rum authoritate, industria, consilio, opera, aut fauore, ciuitates,
« oppida, castra, & arces, ad nos, & sanctam Romanam Ecclesiam
« legitimè pertinentes occupatæ fuerant, aut detinebantur, de Fra
« trum nostrorum consilio, à nobis requisiti, & moniti, vt intra
« certum terminum, sub pœnis tunc expressis, nos & sanctã Apo-
« stolicam sedem plenè, & omni ex parte in concessa sibi authori-
« tate, & libertate cum obedientia recognoscerent, & redintegra-
« rent, ac Rauennam, Ceruiam, Ariminum, Fauentiam, Sarsinam
« ciuitates, cum oppidis, castris, terris, & districtu ipsarum, cumque
« Cesenaten. Foroliuien. ac Imolen. territorij, castris, oppidis, ter-
« ris, & locis quæ occupabant integrè, & expeditè nobis, & dictæ
« Romanæ Ecclesiæ cuius iuris esse noscebantur relaxarent, atque
« inde recederent, nec impedirent, quominus illorum ciues, &
« habitatores ad pia matris suæ Romanæ Ecclesiæ obedientiam
« reuerterentur. Omnes eorum fautores, ab auxilij in talibus
præsta-

" præstatione deterrendo, ita quòd requisitioni, monitioni, & mã-
" dato nostro huiusmodi non parentes, maioris excommunicatio-
" nis sententia de simili consilio eo ipso innodati censerentur, à
" qua, præterquam in mortis articulo constituti, per alium, quàm
" per Romanum Pontificem etiam prætextu cuiuscunque faculta-
" tis cuicunque pro tempore concessæ absolui non possent. Quam
" quidem excommunicationis sententiam in huiusmodi non pa-
" ritionis euentum iteratis etiam vicibus aggrauauimus, paternis
" monitis, & salutaribus iussis obsequi prout debebant, indebi-
" tè recusantes, seu qui iuri proprio diffidunt, & superioris man-
" data contumaciter obaudiunt, vt quæ minus iustè vsurparunt,
" indebite etiam cum animarum suarum detrimento retineant,
" ad prohibitum, atque damnatum remedium confugientes, à
" requisitione, monitione, & mandato, ac sententijs, censuris,
" & pœnis prædictis, nulla constitutionis Pij prædecessoris hoc ex-
" pressè vetantis habita ratione ad futurum concilium temerè, vt
" accepimus prouocarunt, prout etiam perditionis filij quondam
" Ioannes Bentiuolus, & eius nati cum eos à tirannica oppressio-
" ne dilectæ ciuitatis nostræ Bononiæ expellere decreuissemus,
" damnabiliter fecisse dicuntur, videlicet ad futurum concilium
" prædictum appellasse, & prouocasse. Nos igitur quàm dete-
" standa sit eorum peruersitas attendentes, qui proprijs innixi cõ-
" modis, & nefarijs cupiditatibus mancipati salubria decreta pa-
" trum, & superiorum iussa spernentes, inconsutilem Christi tu-
" nicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere conten-
" dunt, & Ecclesiæ vnitatem diuidere, prædictæ sanctæ sedis
" principatum tollere, & contra tot sanctorum Patrum, & sacro-
" rum conciliorum decreta, temerè & damnabiliter magna au-
" dacia venire non erubescunt, & contra facere non verentur:
" asserentes inter cætera, consulentes, persuadentes, determinan-
" tes, seu determinationi huiusmodi interessentes, sola consilij
" præstatione, seu persuasione, deliberatione, aut determina-
" tione, quòd aliquibus casibus à Romano Pontifice, seu eius sen-
" tentia, vel decreto ad futurum concilium generale appellari pos-
" sit, dicta Pij prædecessoris constitutione non ligari, nisi ip-
" sa actuali appellatione, & illius interpositione, vel scripturæ
" compositione se immiscuerint, ne de cætero tali assertione se ex-
" cusare, ac tale quid in posterum præsumere impunè valeant,

idum oppor-

" opportunam, tam immani, & periculoso morbo medelam adhibere voléte, hac generali, & in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia, & potestatis plenitudine, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio promulgata sancimus, constitutionem Pij prædecessoris præfatam, tam citra, quàm vltra montes, & in vltra montanis partibus, quoad omnes tam ecclesiasticas, quàm seculares personas, etiam regali dignitate ac Cardinalatus honore fulgentes, capitula, vniuersitates, communitates, & collegia, congregationes, & Synodos, ac parlamenta valuisse, valere, & perpetuo valituram declaramus, cum suppletione solemnitatis cuiuslibet etiam publicationis omissæ, cuius in illa edenda, vel publicanda defectus prætendi posset, quæ iuxta illã fieri requirebatur, eamq. ex præterito nunc, & in posterum inuiolabiliter obseruari mandamus, ipsius violatores cuiuscunque dignitatis existant, pœnis, & censuris in eadem expressis, quocunque tempore subiacere statuentes, contraria consuetudine, seu potius corruptela non obstante. Decernentes & declarantes vltra pœnas impositas, quas ipso facto dictos violatores, & contrauenientes incurrere volumus, ipsos & eorum quemlibet, pro veris, & indubitatis schismaticis, & inconsutilis tunicæ Domini nostri Iesu Christi violatoribus, & dissipatoribus, ac de Catholica fide malè sentientibus habendos, & reputandos, pœnisque canonicis & legalibus contra tales impositis subiacere, & cum Dathan, & Abiron, partem, & damnationem habere, ipsasque etiam pœnas, & earum quamlibet omnes illos incurrere volumus, cuiuscunque conditionis existant, & gradus prærogatiua fulgeant, qui in Senatu, consilijs, parlamentis, congregationibus etiam Synodalibus, & prouincialibus, vel aliàs quomodolibet tacitè vel expressè, voce, vel scripto per se, vel alium, cuiuscunque timoris, vel reuerentiæ velamine, vel prætensa excusatione, & superioris mandato non obstantibus, decreuerint, consuluerint, seu deliberauerint, vel aliorum dicta approbauerint, consilium, aut vocem dederint, vt ad futurum vniuersale concilium à nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus contra prædictam constitutionem appellare liceat, possit, vel debeat, dictas pœnas ad ipsos, & eorum quemlibet contrauenientem in præmissis tenore præsentium extendentes, & locum habere declarantes, omni ambi-

" ambiguitate cessante. Et nihilominus prouocationes, & ap-
" pellationes, tam per Leonardum Ducem, rogatos consi-
" lium, & commune Venetiarum, factas huiusmodi, quàm per
" quoscunque alios prædictos pro tempore faciendas, & inde
" secuta, quæcunque, vtpote contra Pij prædictam ac præsen-
" tem, constitutiones attentatas, nullas pro vt sunt, & inualidas,
" nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & pro tempore fore
" authoritate, scientia, & potestate similibus, statuimus, de-
" cernimus, declaramus, ac pro potiori cautela cassamus, &
" annullamus. Et vltra supradictas pœnas, quas contra consti-
" tutionis huiusmodi violatores, in suo robore permanere de-
" cernimus, loca quæcunque ad quæ violatores ipsos declina-
" re, & in quibus scienter stare permitti contigerit, ecclesia-
" stico supponimus interdicto, decernentes illud quandiu ipsi
" violatores inibi scienter steterint, vt præfertur, per triduum
" post eorum inde discessum firmiter obseruari, ac præsentes li-
" teras in quinterno cancellariæ etiam describi mandamus,
" non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Apostoli-
" cis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino
" hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, declaratio-
" nis, mandati, statuti, decreti, voluntatis, extensionis, cassatio-
" nis, annullationis, & suppositionis infringere, vel ei ausu te-
" merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsum-
" pserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-
" tri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.
" Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnatio-
" nis Dominicæ, millesimo quingentesimo nono. Calen. Iu-
" lij, pontificatus nostri anno sexto: Ia. Quæstemberg. Sigis-
mundus.

Cuius constitutionis etiam meminit Cardinalis Iacobatius dicto tractatu de concilio, libro. 10. articulo. 1. numer. 65. & alicuius eius partis Platina, & Illescas in vita Iulij Secundi. Iulius Ferretus in tractatu de re nauali, libro. 12. num. 106.

Quare dolendum est, quòd dicti Dux, & Senatus quandam
257 veluti cõsuetudinem † in sua Republica inducere nõ sint veriti, inobediẽdi Apostolicę sedi, & ab ipsius iustis decretis appel

Dd landi

landi ad futurum concilium, suam culpam, & delictum aggra-
" uantes, iuxta capit. 33. schisma. 24. quęstio. 1. ibi. Nec enim leui
" gat, siue leuiat, crimen eorum, magis verò auget, quod eos diu
" restitisse dixistis, ne apostolicis sedibus communicantes in
sua communione reciperent. cap. flagitia. 32. quæstio. 7. & cap.
non satis, de simonia. Angelus in summa, verbo consuetudo,
versicu. 15. cap. vnum orarium. §. criminis. 25. distinctione. 1. ne-
mo. C. de episcopa. audientia, cum similibus. Tiraquel. de pœ-
nis temperandis, causa. 42. num. 4. & 14.
258 Et ideo, iura † præsumunt aduersus eos, qui delinquendi
consuetudinem habent. l. si cui. §. 1. ibi qui semel calumniatus.
de accusationib. l. de minore. §. 1. ff. de quæstionib. l. non om-
nes. §. à Barbaris. ff. de re militari. Marcus Anto. Blanc. tra-
259 cta. de indicijs, & tortura, num. 242. † Quia ex præterito
præsumitur in præsens. l. iubemus, vbi notatur. C. de proba-
tionibus. Gaudinus in titulo de præsumptio. col. 1. versicu.
aliquando, & versic. finali. Quare maiori pœna digni sunt
dicti Dux, & Senatus Reipublicæ Venetorum; qui in vetita ni-
tuntur, & semel commissa, & iustissime damnata perpetrare
non formidarunt.
260 † Nec sunt solæ prohibitiones dictorum Pij, & Iulij sum-
morum Pontificum, quia etiam Gregorius XIII. in Bulla seu
constitutione lecta die cœnæ Domini, Anno. 1584. eandem ap-
pellationem annullauit, excommunicationis sententiam profe-
rens in appellantes, & ipsorum fautores, vt habetur in allega-
to bullario summorum Pontificum, constitutione. 92. pagina.
1330. in hæc verba.

*Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cu-
iuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuer-
sitates, collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, ab ordina-
tionibus, sententijs, seu mandatis nostris, ac Roman. Pontif. pro tempo-
re existentium, ad vniuersale futurum concilium appellantes, necnon eos,
quorum auxilio, uel fauore appellatum fuerit.*

261 † Quare Aegidius consilio. 99. parte. 4. quæst. 18. relatus &
sequutus per Cardinalem Iacobatium dicto libro. 10. artic. 1.
num. 61. & seqq. ait, debere sibi cauere qui dicunt, quod à Pa-
pa possit appellari ad concilium: quia videntur in Ecclesia
Dei

Dei ponere duo capita, minus à quo appelletur, & maius ad quod appelletur, & sic errarent in illo articulo fidei, *Vnam sanctam, &c.* † Vnde concludunt, quòd talis appellatio etiam præ-
262 cedens non suspendit supremam potestatem Papæ; quia ex quo non potest appellari de iure, non potest operari aliquem effectum appellatio. regula non præstat, de regulis iuris in. 6.
263 Iura enim, quæ † dicunt, per appellationem causari suspensionem, loquuntur quando appellatio tenet, & valet. cap. pastoralis de appellationibus. cap. non solum, eodem titulo. in 6. cap. perpetuas, de sententia excommunicatio. glo. in cap. cupien-
264 tes, versic. appellatio. in. §. 1. de electio. in. 6. † dicens: appellationem friuolam non causare deuolutionem causæ. Gambara de Legato à latere, lib. 2. num. 390. Herculanus de attenta-
265 tis, cap. 18. nu. 20. & sequentib. † Nec attentata, vt eleganter resoluit Stephanus Aufrer. in additionibus ad capellam Tholosa. decisio. 500. Parisius consil. 108. incip. de bono iure, nume. 22. libro. 1. Marancta in speculo aduocatorum, 3. parte, sextæ partis principa. quæstio. 2. num. 173. Lancellotus tracta. de attentatis, ampliatione. 15. num. 19. & limitatione. 50. num. 1. &. 2. pro quo est bonus tex. in cap. cum appellationibus. §. friuolis, de appellatio. in. 6. Mandosius in tractatu de inhibitionibus. quæst. 100. num. 6. Manfredus de attentatis. 5. parte, nu. 21. & sequentib. Guido Papæ decis. 13. incip. statuta. num. 6. Simancas de catholi. institutio. titulo. 6. nume. 4. &. 5.

266 Et ita † denunciatio excommunicationis tam à iure, quàm à Summo Pontifice latæ aduersus dictos Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum non impeditur per nullam iniustam, & friuolam appellationem ipsorum. cap. pastoralis, vbi DD. de appellationibus. DD. in cap. vt nostrum, eodem titulo. Cosmas Gumier. in pragmatica sanctione, tomo. 2. rubrica de excommunicatis non vitandis. §. statuit. glo. denunciata, pagina. 208.

In tantum enim sunt odiosæ huiusmodi friuolæ appella-
267 tiones, & temerariæ, † vt iniuriam iudici à quo appellatur irrogent. glos. finalis in. l. finali. C. quando prouocare non est necesse. Geminianus in cap. cum appellationi. de appellatio.

568 glos. 2. in cap. si quis præpostera. 50. distinct. † potestque vel ex eo solo appellans excommunicari, & mulctari. Abbas in cap. solicitudinem, notabili. 1. de appellatio. Petrus Grego. in syntagmate iuris vniuersi, parte tertia. libro. 50. cap. 2. num. 51. Quod multo magis procedit in appellatione interposita ab eisdem Duce, & Senatu Reipublicæ Venetorum, vt luce clarius ostensum est in parte ista.

Finis sextæ partis.



SVM-

SVMMARIVM SEPTIMAE PARTIS.

1 *AGESILAI dictum, quòd virtus esset præstãtior iustitia, quã fortitudo, refertur.*

2 *Homines habent inter se cognationem.*

3 *Hominis interest, hominem beneficio affici.*

4 *Homines coniuncti natura, dissentiunt prauitate sua.*

5 *In Adam omnes peccauimus.*

6 *Deus concessit hominibus licentiam tuendi, & defendendi se.*

7 *Deus fecit hominem dominum animalium irrationabilium.*

8 *Homo à iustitia & ratione alienus crudelior est quàm irrationalis bestia.*

9 *Dei cõtemptus est causa malorum, quæ homines ad inuicem sibi inferunt.*

10 *Regimen est directio gubernatorum ad finem.*

11 *Imperatoria potestas dirigit homines ad humanam pacificam societatem, Papæ autem ad beatitudinem æternam.*

12 *Ecclesia præmisso gladio spirituali, potest tẽporali vti.*
13 *Moyses sacerdos gladium temporale exercuit.*
14 *Papa maior est sacerdotio, & potestate quã Moyses.*
15 *Melchisedech sacerdos, & Rex Salẽ habuit vtrunque gladium.*
16 *Melchisedech tenuit typum Christi.*
17 *Phinees sacerdos gladium temporale exercuit.*
18 *Samuel Propheta, & sacerdos, & Rector populi Israelitici fuit, habuitque vtrunque gladium.*
19 *Samuel vsus est gladio temporali in Agag Rege, & quare.*
20 *Heli Summus Sacerdos fuit, & Princeps politicus.*
21 *Helias Propheta exercuit gladium temporale.*
22 *Eliseus Propheta potestatem temporalem exercuit.*
23 *Iojada Summus sacerdos vsus est gladio temporali in Athaliam Reginam.*
24 *Eliachim sacerdos gladio temporali vsus in Holophernem.*
25 *Põtifex Sũmus æquiparatur Abel, Noe, Abrahã, & Melchisedech, Aaron, Moysi, Samueli, & Petro.*
26 *Christus fuit Sacerdos, legislator, Princeps, & Rex, & num. 27.*
28 *Canuti Regis Angliæ bona historia fatentis solum Deum, & Christum esse veros Reges.*
29 *Christus in hoc mundo vsus est potestate spirituali, & temporali.*

Chri-

30 *Christus flagellum faciens de funiculis, & eijciens de templo ementes, & vendentes, potestate Regali fuit vsus, secundum aliquos.*

31 *Christus potestatem temporalem exercuit, quoties vidit expedire.*

32 *Christus sacerdotalem potestatem exercuit.*

33 *Christus se obtulit Hostiam, & in sacrificium acceptabile.*

34 *Christus vtriusque gladij potestatem transtulit in Petrum.*

35 *Petrus temporali gladio & potestate fuit vsus contra Malcum.*

36 *Petrus potestatem tēporalem exercuit in Ananiam, & Saphiram.*

37 *Verbum, tuum, est significatiuum dominij.*

38 *Plura testimonia vtriusbue potestatis in Petrum translatæ referuntur.*

39 *Ecclesia habet vtrunque gladium.*

40 *Ecclesiam non habere vtrunque gladium, asserens, est hæreticus.*

41 *Ecclesiæ temporalem iurisdictionem auferre tentans confunditur.*

42 *Ecclesia habet liberum arbitrium in vsu gladij temporalis.*

43 *Verbum, nutus, imperij vim habet.*

44 *Leo Papa mouit gladiū temporalē contra Sarracenos,*

45 *Papa habet potestatis plenitudinē quoad vtrunque gladium, maximè in rebus tangentibus animam, & num. 46. & 47.*

48 *Papa potest vti gladio temporali ad consequendum finem spiritualem.*

49 *Gladium vtrunque negantes in Papa sunt heretici.*

50 *Dantes Poeta quare fuit damnatus de hæresi.*

51 *Papam, Episcopos, & ecclesiasticos habere temporalem potestatē, non continet incōueniens aliquod.*

52 *Summus Pōtifex in omnibus arduis, & causantibus scandalum in Christianitate, potest inter laicos exercere potestatem gladij temporalis.*

53 *Papa potest Principes apostatātes priuare dominio, quod habent super fideles.*

54 *Vassalli apostatæ absoluuntur eo ipso ab eius dominio, & iuramento fidelitatis.*

55 *Papa non habet gladium sine causa.*

56 *Gladius tēporalis potest sumi pro defensione rerum Ecclesiæ, quando spiritualis non timetur. Ferro debēt abscindi vulnera, quæ non recipiunt fomentum disciplinæ. Ibidem.*

57 *Regimine concesso conceduntur necessaria ad rectam expeditionem eius.*

58 *Papa iustè potest mouere bellum ad puniendum inobedientiam Venetorum.*

59 *Bella iusta sunt, quæ vlciscuntur iniurias.*

Bellum

60 *Bellum iustè mouetur contra eos, qui renuunt obedire cui debent.*

61 *Iniuriæ non resistens cum potest, est in vitio, ac si parentes, patriam, aut socios deserat.*

62 *Iustitiæ munus est, vt quis non noceat nisi lacessitus iniuria.*

63 *Bellum est præferendum paci à Deo discedenti.*

64 *Bellum iustum, & fœlicius, & honestius quàm pax.*

65 *Bellum ex quibus causis iustè assumatur.*

66 *Venatoria est pars bellicæ artis.*

67 *Dauid bellum gessit contra Isboseth filium Saulis in se rebellantem.*

68 *Proprium dicitur, quod quis habebat, & fuit ablatum ab eo, vel quod sibi debetur.*

69 *Obediētia Romanæ Ecclesiæ debet ex præcepto recipi, & recepta seruari.*

70 *Negatiuum præceptum fortius est, quàm affirmatiuum.*

71 *Schismatici sunt, qui renuunt subesse Romano Pontifici.*

72 *Papæ non obediētes effectiuè negant illū esse caput.*

73 *Inobedientiæ schismata lædunt diuinam maiestatem.*

74 *Papæ resistere est illicitum, & reprobum.*

75 *Schismatici debent per potestates temporales coerceri, si censuris Ecclesiæ non paruerint.*

76 *Fideles omnes tenentur iuuare Papā contra Princi-*

pem schismaticum, hæreticum, aut vsurpantem iura, & libertatem ecclesiasticam.

77 *Ecclesia pro rebus suis licitè mouet bellum, & conuocat Principes.*

78 *Pontificis Summi munus est, Ecclesiam, & iura eius pro viribus defendere, & vsurpatores bello præuenire.*

79 *Sara libera cur affligeret Agar ancillam.*

80 *Ecclesiæ proprium est, aberrantes, & diuissos à suo errore in viam salutis reuocare.*

81 *Pastor bonus non debet ouem morbidam, & aberrantem contemnere.*

82 *Pastor non excusatur, si lupus oues comedat.*

83 *Bonus pastor, & Medicus quando suauia, & leuia medicamina non prosunt, vrgentioribus vti debet.*

84 *Facientis culpam habet, qui quod potest emendare negligit.*

85 *Iurisdictionis, & iustitiæ exequutio est potius quàm bellum, quando mouentur arma contra vsurpantes iura Ecclesiæ.*

86 *Defensio est omni iure permissa.*

87 *Bellum prædictum iustissimum est.*

88 *Episcopi, & clerici arma capiunt ad personarum, & bonorum suorum, & Ecclesiæ defensionem.*

89 *Pontifex Summus idem maiori ratione facit.*

90 *Papa Principes Christianos potest conuocare, vt sibi subueniant.* Chri-

91 *Christianus quilibet debet curare; vt pax, & vnitas Ecclesiæ seruetur.*

92 *Principes maioris vinculi nexu astringuntur ad defensionem Ecclesiæ.*

93 *Fideles debent subuenire Romano Pontifici, non solùm in necessitatibus tangentibus bonum vniuersalis Ecclesiæ, sed in statu sui Apostolici, aut personæ necessitatibus.*

94 *Paulus aduersus iniuriosos, & sibi parantes insidias temporale auxilium inuocauit.*

95 *Concilium Carthaginense statuit, vt defensores Ecclesiæ ab Imperatoribus postulentur.* (Def.

96 *Reges præstant iuramentũ de defendenda Ecclesia*

97 *Principes Ecclesiæ defensionẽ reijciẽtes excõmunic.*

98 *Papa potest Principem in casu iusto non iuuantem sibi repellere ab Ecclesia vt inutile membrum.*

99 *Fidelium Rex non potest esse nisi sit Catholicus, & membrum vtile corporis mystici fidelium.*

100 *Carolus Magnus Episcopis concedebat gladij sui tẽporalis adiutoriũ, vt cõtumaces terrerẽt, & punirẽt.*

101 *Bellum pro Ecclesia, contra seditiosos, & quodcunque schisma inducentes iustissimum est.*

102 *Principes omnes in licitis debent Papæ præstare obedientiam.*

103 *Omnes Christiani Principes debent iuuare Ecclesiã, & Sũmum Pontificem contra dominiũ Venetorũ.*

Filij

104 *Filij Romanæ Ecclesiæ debent dolere, videtes ipsam iniquè lædi.*

105 *Catholicus Rex Hispaniarum Philippus. III. præ alijs debet Ecclesiæ, & Summo Pontifici fauere contra Venetos.*

106 *Hispaniarum Reges Catholici meruere nuncupari ab antiquissimis temporibus.*

107 *Hispaniarum Reges semper fuerunt sub obedientia Romanæ Ecclesiæ.*

108 *Ferdinandus Rex Hispaniarum Catholicus fauit Summo* Pontifici *contra Venetos.*

109 *Philipp⁹. III. Rex Catholicus obtulit à principio sui imperij auxiliũ suum Ecclesiæ, & Sũmo Põtifici.*

110 *Deus pronior est colentibus eum.*

111 *Deo habetur proximus, per quem eius maiestas vindicatur.*

112 *Solonis lege cauebatur, vt ciues in discordia ciuili neutrales non essent, sed vni adhærerent parti.*

113 *Bellorum exitus à Deo pendet.*

114 *Belli malus exitus esse non potest, si causa bona sit.*

115 *Causa iusta est velut caput bonæ spei in bellis.*

116 *Ecclesia habet in Deo suam fortitudinem.*

117 *Quod in Religionẽ diuinam committitur, in omnium tendit iniuriam.*

118 *Phinees pro Dei causa bellãtis mirabilis exhortatio.*

119 *Moriẽtes pro defensione* Ecclesiæ, *in statu saluationis decedunt.*

Dece-

120 *Decedentes in bello illicito sibi damnationem acquirunt.*

121 *Bella non debent suscipi, nisi iustis de causis.*

122 *Papa quod approbat, omnes debent approbare, & quod reprobat, reprobare.*

123 *Qui non est cum* Papa, *est contra Christum.*

124 *Qui non est Christi, Antichristi est.*

125 Peccant *grauissimè Veneti impugnantes* Ecclesiam, *quam debuerant defendere.*

126 Principes *qui* Ecclesiam *impugnarunt infœlicia passi: qui autem defenderunt, maxima præmia sunt consequuti.*

127 *Iniustum bellum mouentes Deum aduersum se habebunt.*

128 *Romani antiqui in sua gentilica politia antequam bellum mouissent, inquirebant, an esset iustum.*

129 Excommunicatis *Dominis clientes absoluuntur à sacramento fidelitatis, quousq; redierint in gratiam Ecclesiæ.*

130 *Vassalli non tenentur iuuare Dominum in bello iniusto.*

131 *Opem non dicitur ferre, qui ad lædendum adiuuat.*

132 *Confederationes contra Papam illicitæ sunt, & appellantur conspirationes, & num.*133.

134 *Vnitas in bonis vtilis, in malis noxior, & praua.*

Paulus

135 *Paulus Apostolus malos, qui in se conspirauerant diuisit.*

136 *Concordia malorum perniciosa est.*

137 *Conspirantes in* Papam *crimen læsæ Maiestatis incurrunt.*

138 *Bellum illicitum est contra superiorem.*

139 *Veneti precibus, & non armis, debent se habere contra spiritualem patrem* Pontificem *summum, & num. 141.*

140 *Patrem, aut matrem, idest* Papam, *& Ecclesiam affligens ignominiosus erit, & infœlix.*

142 *Praua consilia, & Deo aduersa non sunt auscultanda.*



PARS

PARS SEPTIMA.

POTESTATEM VTRIVSQVE GLAdij, ſpiritualis ſcilicet, & temporalis in Eccleſia, & Summo Pontifice capite ipſius iure proprio interuenire, & vigere demonſtrat. Oſtenditq; vtraque poteſtate vti poſſe aduerſus rebelles, & iuſtis eius præceptis non parentes; & præſenti tempore contra Dominium Venetorum, & Principes Chriſtianos conuocare, vt ſibi pro viribus adſint, eoſq; ad id aſtrictos ex debito obligationis eſſe.

1 † GESILAVS Lacedæmoniorũ Rex rogatus, vtra virtus eſſet præſtãtior, Fortitudo, an Iuſtitia: grauiter reſpondit. Fortitudinis nullum eſſe vſum, niſi adſit Iuſtitia. Quòd ſi omnes eſſent iuſti, nihil opus foret fortitudine. Si omnes eſſent fortes, tanto plus eſſet neceſſaria iuſtitia, vt referunt Plutarchus tomo.1. moralium, num. mihi.335. in apothegmat. Laconicis in Ageſilao, & in eiuſdem apothegmatis Eraſmus num.60. Paul. Manut. n. 58. non hoc dico ad alios fines vt poſſem; ſed ad confirmandã eam veritatem cauſæ quæ vertitur non alienam: nam ſi omnes homines fuiſſent iuſti, ſciuiſſentq; ſe conſeruare in ſtatu innocentiæ, in quo creati fuerunt, non eſſet opus rigore aut vi, aliquove medio acri & aſpero, quod vitaret damna, & impendia;
2 quæ non interuenirent ſi iuſtitia vbique obſeruaretur, † & homines præ oculis haberent cognationem & propinquitatem, quam natura, ſeu potius Deus, inter ipſos conſtituit. l. vt vim. ff. de iuſtitia, & iure. Quintilianus in declamatio. gladiator. di-
« cens. Ergò ſi alienum, & ignotum, tamen quæ publica omnium morta-

3 mortalium sub vno parente naturæ cognatio est.† Cum homi nis intersit hominem beneficio affici, lege seruus ea lege.ff. de
" seruis exportandis.Q.Curtius lib.7.dicens.Si quis ipsos bene-
" ficio,quàm iniuria experiri maluisset, certaturos ne vinceren-
" tur officio,viueretur vtique in terris Angelorum vita.Dixit be
4 nè(vt omnia) M.Tullius lib. 1. de legibus.† Sicut vna eadem-
" que natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus
" cohæret,ac nititur ; sic omnes homines inter se natura confusi
" prauitate dissentiunt : nec se intelligunt esse consanguineos,
" & subiectos omnes sub vnam eandemque tutelam, quod si te-
" neretur,Deorum profectò vita homines viuerent. Et licet per
" diuersum methodum idem repetit lib.5.de finibus. &.2.de offi cijs:adducitque,& celebrat Lactant.Firmianus lib.5.diuinarũ institutionum,cap.8.Verum cum propter peccata nostra,pri-
5 mique parentis, † in quo omnes peccauimus,& morimur, iux ta illud Ieremiæ cap.31. & Ezechiel. 18. *Patres nostri manducaue- runt unam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.* Boërius decis. 51.nu.3.melius Cardinal.Paleottus de nothis, & spurijs, cap. 53.num.5.Paul.1.ad Corinth. 15. *In Adam omnes moriuntur.* Tam citò perdita fuerit iustitia illa & innocentia simul cum nostro nata principio; præualuit cupiditas, & affectus auferendi ab altero quodcunque,& plura habendi,desideriũ etiam cũ dam-
6 no ac iniuria proximi.† Vnde opus etiam fuit vi,& executio- ne licentiæ à Deo innatæ nostro naturali, vt possemus, & debe remus defendere ab his,qui cõtra fas,& irrationabiliter nobis inferre damnum voluissent.† Deus enim fecit hominẽ dominũ
7 animalium irrationabilium,viribusque sufficientibus ornauit, & muniuit ipsũ,vt de ipsis, & aduersus ea posset se valere,præ ualere,& seruire,cum omnimoda libertate,absque eo quod al- terũ recognosceret,vt ait D.Aug.lib.19. de ciuitate Dei.c.15. & ita nõ fuit minus necessarium,aut iustum, eandem licentiã, & facultatem præstare,ad defendendũ se,ac præualẽdum ab ho
8 minibus,qui vellẽt discedere à ratione & iustitia;†cũ tales ha beãtur,& reputentur animalia ferociora,& crudeliora,quàm aliquę irrationales bestiæ,vt bene dixit Aristoteles.1. Politi- corũ,& Diccarchus antiquus,& excellens Philosophus,qui vt refert.M.Tullius affectissimus ei,dicto li.2.đ officijs,per librũ integrũ ostendit, omnia mala quæ aliunde genus humanũ sunt secuta,

secuta, non esse magna ex parte æqualia damnis, & incommodis quæ obuenerunt per manus, & medium ipsorummet hominum horum autem damnorū præcipua vtique causa est Dei contem-
9 ptus, † nam vt Lactanct. Firmia. dicto. cap. 8. dixit. Si Deus cole-
« retur, non essent dissensiones, & bella, cum scirent homines, se
« vnius Dei filios esse, ideoque diuinæ necessitudinis sacro, & in-
« uiolabili vinculo copulatos, vt nullæ fierent insidiæ, cum scirent,
« cuiusmodi pœnas Deus animarum interfectoribus præparet; qui
« clandestin a scelera, & ipsas etiam cogitationes præuidet. Non
« essent frau des, neque rapinæ, si Deo præcipiente didicissent, &
« suo paruo esse contenti, vt fragilibus, & caducis solida, & æterna
« præferrent. Non essent i gitur hæc omnia in terris mala, si ab ho-
« minibus in legem Dei coniuraretur, quàm beatus esset, quamque
« aureus humanarum rerum status, si per totum orbem mansue-
« tudo, & pietas, & pax, & innocentia, & æquitas, & temperantia,
« & fides moraretur. Vniuersa enim mala, quibus humanū genus,
« seipsum inuicem conficit, iniustus atque impius Deorum cultus
« induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui communem
« omnium patrem Deum, tanquam prodigi ac rebelles liberi ab-
« negassent.

Quare cum dicti Dux, & Senatus Reipublicæ Venetorum eorum quæ diximus obliti, ac Dei timoris, in sua inobedientia perstiterint, nihili habentes ecclesiasticæ disciplinæ neruum, & claues ecclesiasticas Petri, ac eius successoris Pontificis summi; cum ad ipsius regimen spectet; nedum vniuersalem Ecclesiam, & ipsius libertatem, ac ecclesiasticorum immunitatem; verumetiam suam iurisdictionem, & sedis Apostolicæ authoritatem
10 tueri. Vt enim † Aristotel. dixit. Ethicorum. 1. *Regimen nihil aliud est, quam directio gubernatorum ad finem.* Quemadmodum imperatoria potestas est ad dirigendum homines ad quietem, & pacifi-
11 cam humanam societatem: † ita potestas Papæ est dirigere homines ad beatitudinem æternam; & ideo iustè poterit procedere contra perturbantes eum in hac potestate, vt tradunt Michaël Vlcurrun. tractatu de regimine mundi. 2. quæst. principali. num. 31. & 86. Simancas de catho. inst. titul. 45. num. 25. Turrecrema. lib. 2. de Eccles. cap. 114.

Nec solum id efficere poterit, mediantibus Ecclesiæ clauibus, sed etiam si viderit claues contemni, accipiendo Pauli en sem, aut

12 gladium temporalem Petri, † quo vti potest Ecclesia præmisso spirituali, vt in cap. penultimo de hæreticis. cap. postulasti, vbi Abbas notabili. 1. de homicidio. Clem. 2. verbo remedijs, de religio. domi. Albericus in l. Episcopale. colum. 2. versicul. & dict. num. 4. C. de Episcopali audientia. Angel. in. l. qui restituere, num. 5. versiculo. in eadem gloss. ff. de rei vendicatione. Redinus de Maiestate Principis, verbo Imperatoriam Maiestatem, num. 143.

Nec nouum est, vtranque potestatem siue gladium in eodem concurrere: cum & veteris legis sacerdotes etiam materiali gladio vterentur; quod non fecissent, nisi ad eos etiam temporalis,
13 & materialis gladius pertineret. † Moyses enim etsi sacerdos fuerit, iuxta illud Psalmi. 98. *Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius.* capit. 2. distinct. 22. & notatur in cap. porro. 66. distinctione, & in integra. cap. solitæ de maioritate, & obedien. Tamen Aegyptium interfecit Exodi cap. 2. & mandauit Leuitis interficere fratres suos idolatras Exodi. cap. 32. cap. disciplina. 45. distinct. cap. non inferenda. 23. quæst. 3. cap. quid crudele. 23. quæst. 4. §. hinc apparet. 23. quæst. 5. Aluarus Pelagius. lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 37.

14 Ergo multo magis debet habere Summus Pontifex, † qui potestate, & sacerdotio maior est Moyse, vt ait Philipp. Probus tract. de iure regalior. quæst. 19. num. 17.

15 Et ante † Moysem Melchisedech, qui legem scriptam præcessit, vtrunque gladium habuit. Genes. cap. 14. ibi. *At uero Melchisedech Rex Salem proferens panem, & uinum,* (erat enim sacerdos Dei altissimi) *benedixit ei*: Diuus Paulus ad Hebræos, cap. 7. dicens. *Hic enim Melchisedech Rex Salem, sacerdos Dei summi.* Iosephus lib. 1. antiquita. Iudaica. cap. 10. Philon Iudæus libro. 2. allegoriarum sacræ legis, pag. mihi. 105. tomo. 1. Aluarus Pelagius libro. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 36. & 51. Origenes. 2. parte, lib. 1. in Iob. versic. Erant nihilominus. Ioannes Nauclerus Chronogra. tom. 1. generatione. 20. Cano. lib. 12. de locis Theologicis. versic. præterea Melchisedech. Conrrad. Brunus tracta. de seditiosis. cap. 6. num. 18. Petrus Gregorius lib. 16. Syntagmatis iuris vniuersi. cap. 8. num. 23. Michaël Agia in tracta. de exhiben. auxilijs, fundamento. 24. Pineda lib. 2. Monarchiæ Ecclesiasticæ, cap. 1. & 2. Turrecremata lib. 2. de Eccles. cap. 116.

Et

16 Et † ita Melchisedech tenuit typum Christi, vt dicitur Psalmo. 109. *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Et tradunt Diuus Cyrillus lib. 4. de adoratione, & cultu, circa finem, & Aluarus Pelagius dicto lib. 1. cap. 68. integra dicti cap. solitae, de maiorit. & obedien. relata per Anto. Contium dum ait. *Quidquid olim fuerit in ueteri testamento, nunc aliud est in nouo, ex quo Christus factus est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Angelus Rocha de bibliothe. Vaticana, pag. 187. Guiller. Duran. in rational. lib. 4. cap. 42. num. 5. Nicepho. lib. 1. cap. 4.

17 Item † Phinees filius Eleazari sacerdotis, & ipse sacerdos arrepto pugione intrãs scortum perforauit, quae vocabatur Cozbi filia Sur nobilissimi Principis Madianitarum, & Zambri filium Salu, de cognatione & tribu Simeonis cum ipsa cubantem; & reputatum est illi ad iustitiam, ita vt mereretur pactum sacerdotij sempiterni, vt habetur latius Numero. cap. 25. Diuus Hieronymus ad Riparium. Et D. Ioannes Chrysosto. homilia. 17. ad cap. 5. D. Matthaei relati in cap. legi Syromastem. & cap. occidit. 23. quaest. 8. Iosephus lib. 4. antiq. Iudaica. cap. 6. circa finem. & lib. 8. cap. 1. Alua. Pelag. dicto cap. 37. Philon dicto lib. 2. allegoriarum, pag. 148. & lib. 1. de vita Mosis, pag. 886. Et iste etiam gessit typum Christi, vt dixit D. Cyrillus lib. 4. de adoratione, & cultu in spiritu, & veritate.

18 Similiter † & Samuel propheta summus sacerdos fuit, Rectorque, & quasi Rex populi Israëlitici, & vtrunque gladium habuit, vt constat ex. 1. Regum cap. 7. & 8. & tradunt Iosephus libro 6. antiquitat. Iudaicarum, cap. 2. & 3. Philon Iudaeus libro de temperantia. Nicephorus Calixtus libro. 2. Ecclesiast. historiae. cap. 4. Ioannes Nauclerus. 1. tomo Chronographiae, generatio. 32. Petrus Gregorius lib. 15. Syntagma. cap. 38. num. 14. & lib. 6. de republica, cap. 6. num. 2. & libro. 13. cap. 10. num. 1. Ioannes à Capistra. de auctorita. Papae. 2. parte. 2. partis principalis. num. 34. Turrecremata dicto lib. 2. de Ecclesia. cap. 116.

19 Ideoque † Samuel vsus est gladio in Agag Rege, quem occidit, & in frusta concidit, eo quod Amalecitae, quibus regnabat, restiterant populo Israëlitico ascendenti de Aegypto, vt habetur latius. 1. Regum cap. 15. Iosephus lib. 6. antiquitat. cap. 8.

Textus in.§.hinc apparet.23.quæst.5.Palacios Rubios de iustitia & iure detentionis Regni Nauarræ.2.parte.§.8. Petrus Grego. dicto lib.15.cap.1.num.14.

20 Similiter † Heli Summus Pôtifex, & iudex politicus fuit annis quadraginta, vt habetur.1.libro Regum.cap.1.&.4.cap.licet.31. de simonia, Michaël Agia dicto tractatu de exhiben. auxilijs fundam.19.D.Gregor.Nazianzenus in oratio. de statu Episcopali. Alua.Pelag.lib.1.cap.68.

21 Nonne † & Helias prophetarum eximius occidit prophetas Baal.3.Regum.cap.18.&.cap.20.in principio.& duos quinquagenarios Ochoziæ.4. Regum,cap.1.cap.quod Christus. & cap. ea vindicta.23.quæst.4.Petrus Greg.dicto.cap.1. num.14.Alua. Pelag.dicto.lib.1.cap.37.

22 Et † Eliseus in pueros irrisores,quos maledixit in nomine Domini, ita vt egrederentur duo vrsi de saltu, & lacerarent ex eis quadraginta duos,vt habetur.4. Regum. c.2. & meminit Petrus Gregorius vbi proximè, & Ludoui.Carboni.tracta. de repacificatione,cap.57.

23 Eodem † gladio vsus est Ioiada Summus sacerdos in Athaliam fœminam illis temporibus in Iudæa regnantem, quam non solùm Regno priuauit, sed occidi ab exercitu iussit. Et Ioam de Regio semine vnxit in Regem, diademaque posuit super caput eius. 4. Regum. cap. 11. 2. Paralipome. cap. 22. Palacios Rubios, & P. Gregorius vbi proximè. Pontius contra Vuaramundum.cap.10.

24 Idem fecit † Eliachim in Holofernem.Iudit.cap.4.& Mathathias filius Ioannis sacerdos Domini zelator legis, quia occidit Iudæum super aram sacrificantem. 1. Machabæo.cap.2. Aluar. Pelagius.lib.1.cap.37.

Si autem sacerdotes prædicti & Pontifices potestatem gladij temporalis habuerunt,& exercuerunt,vt dicta exempla demon-
25 strant,multo magis eandẽ habere potest Summus Pontifex. † nã vti Diuus Bernardus summam eius potestatem,& reliquis omnibus excellentiorem ostendens. 2. de consideratio.ad Eugenium
" dixit. Age, indagemus adhuc diligentius quis sis, quam geras,
" videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei.Quis es? sacer-
" dos magnus, Summus Pôtifex, tu Princeps Episcoporũ, tu hæ-
" res Apostolorum,tu primatu Abel,gubernatu Noë,Patriarchatu Abra-

« Abraham, ordine Melchisedec, dignitate Aaron, auctoritate « Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus; tu es « cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt; sunt quidem & alij cœli « ianitores, & gregum pastores; sed tu tantò gloriosius, quantò & « differentius vtrunque præ cæteris nomen hæreditasti: habent « illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti « sunt, vni vnus; nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omniũ « pastor. Franciscus Vargas tracta. de Episcoporum iurisdictione, confirmatione. 4.

Quæ omnia certius procedunt, inspecto quòd vicem gerit
26 Christi, qui non solùm, † vt diximus, fuit verus sacerdos, sed legislator, Princeps, & Rex vniuersi, iuxta illud Isaiæ. cap. 33. *Dominus legifer noster*. Angelus Rocha vbi proximè, pag. 187. Et Isaiæ cap. 9. *Pater futuri seculi princeps pacis*. Et Petrus Apostolorum princeps Actuum. 2. ait. *Certissime sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem uos crucifixistis*. Iuxta Psalm. 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*. Ioannes à Capistrano de potestate Papæ. 2. par. 2. partis principalis, num. 188.

27 Nec desunt † sacræ paginæ tam veteris quàm noui testamenti authoritates eius regiam probantes potestatem: nam Isaiæ 16. dicitur. *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ*. Et dicto. cap. 33. *Dominus Rex noster ipse ueniet, & saluabit nos*. Ieremiæ. c. 23. *Ecce dies uenient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit: & ille est lapis abscissus de monte sine manibus, cui Dominus cœli dedit regnum, quod in æternum non dissipabitur*. Daniel. 3. & de quo in Psal. 2. *Ego autē constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctũ eius prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā: & possessionem tuam terminos terræ, Reges eos in uirga ferrea, &c*. Paul. ad Hæbreos. 1. *Quem constituit hæredē uniuersorũ*. Vbi glo. dicit, quamuis cũ patre omne possideat, tamen secundum humanitatem rectè dicitur hæres constitutus: cum omnes mundi nationes ei subsint. cap. legimus. versic. quod enim. 93. distinct. cap. non inuenitur cum sequenti. 23. quæstione. 4. Alua. Pelagius libro. 1. cap. 37. & . 51. Michaël Agia vbi supra. fundamen. 6. de eodem intelligitur illud Psalm. 44. *Et concupiscet Rex decorem*. & infra. *Adducentur Regi Virgines post eam*, & de eodem Psalmo. 46. & . 66. & . 144. &

Michææ. 5. & ferè in alijs mille locis veteris testamenti, & ante ipsius natiuitatem, imò ante conceptionem, Rex magnus ab Angelo nunciatus fuit Virgini matri suæ. Lucæ. cap. 1. & Magi qui venerunt adorare ipsum, interrogabant. *Vbi est qui natus est Rex Iudeorum?* Matthæ. 2. & Nathanaël Israëlita verus, in quo dolus non erat, dixit. *Tu es filius Dei, tu es Rex Israel.* Ioann. 1. optimè Petrus Bertrandus de iurisdictione ecclesiastica. quæst. 3. nu. 37. Albertus Brunus tracta. de seditiosis, cap. 6. num. 23. & sequent. Ioannes à Capistra. vbi proximè. nu. 186. D. Grego. homilia. 19. in euangelia. Nicepho. Calixtus lib. 1. Eccles. histo. cap. 3. & 4. Corsetus de potest. regia. 2. pag. nu. 18.

28 Nec † prætermittenda est illa pijssima historia Canuti Regis Anglorum in idem tendens, nam vt ait Polydorus Virgilius lib. 7. Anglicæ historiæ in fine. Cum animi causa aliquando secundum Oceani littus, haud procul à Suthantonensi portu, ambularet, ibique per otium, à milite auribus seruiente, appellatus esset Rex Regum, longè omnium potentissimus, qui hominibus, qui mari, qui terræ latè imperitaret: tum ille tacitus animo repentè ad Dei potentiam contemplandam erecto, vt suorum vanas assentationes aliquo argumento coargueret, vestem exuit, ac ex ea globum fecit superque sedit: quam proximè aquam, æstu tum forte ex alto se incitante; ac inquit. Vnda tibi iubeo, vt ne pedes meos tangas: Quæ vbi est factus suis demirantibus quatenus ista faceret, vnda insurgens totum madefecit. Tum ille retro progressus. En inquit, principes vocatis me, Regem, qui hanc paruulam vndam meo Imperio cohibere, vel remorari nequeo? nullus nempe mortalium est tali nomine dignus: est Rex vnus pater Domini nostri Iesu Christi, cum quo ille regnat, cuius nutu cuncta reguntur, hunc veneremur, hunc regem appellemus, hunc regum, hunc populorum omnium Dominum, hunc cœli, terræ, maris rectorem non solùm confiteamur, sed etiam profiteamur præterea neminem. Postea Vintoniam profectus, coronam quam gestabat, capiti simulachri Christi crucifixi, quod in templo apostolorum Petri, & Pauli pendebat, suis manibus imposuit, nunquam post hac eiusmodi ornamento capitis vsus insigni. Hactenus Polydorus.

29 Et ita † Christus in hoc mundo vsus est vtraque potestate, scilicet temporali, & spirituali, vt tradunt Bermond, Choueri. in tra-

ctatu de publicis concubinarijs versic. ergò videtur, nu. 12. Ioannes Hugo, de officio quatuor prælatorum, num. 2. sub rubrica de origine sacerdotij. Nicolaus Papa primus in epistola ad Michaël. Imperatorem, relatus. in cap. quoniam. dist. 10. Aluarus Pelagius dicto lib. 1. cap. 51. Michaël Vlcurrunus de regimine mundi. 2. quæstio. principa. num. 2. Angelus Rocha vbi supra, à pag. 186. P. Bertran. de orig. iurisdict. cap. 3. nu. 38. Turrecre. lib. 2. cap. 116.

30 Nam † quando fecit flagellum de funiculis, & eiecit ementes, & vendentes de templo. Et nummulariorũ mensas euertit, videtur vsus imperatoria, & regali, & sic temporali potestate. Vnde Iudæi dixerunt ei. *Dic nobis, in qua potestate hoc facis?* vt constat latius Matthæi. cap. 21. Marci, cap. 11. cap. ex multis. 1. quæstio. 3. Petrus Bertrandus de origine iurisdictionum, quæst. 3. num. 23. Ioannes à Capistrano de auctori. Papæ, 2. parte, 2. partis principalis. num. 88. allegans ad id cap. accusatio, 2. q. 7. & ponderans, quòd coronam de spinis portauit, quod est signũ regni. cap. duo. 11. q. 1. Ioannes Hugo vbi proxime. Vlcurrunus etiam vbi proximè, nu. 79. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 61. Turre. dicto lib. 2. cap. 116.

31 Et † eandem temporalem potestatẽ semper exercuit, maximè quotiescunque id expedire vidit, præsertim cum mulierem de adulterio accusatã à morte temporali manifestè liberauit. Ioannis. 8. & cum dæmonum legionem in porcos intrare, eosque in mare præcipitari concessit. Matthæ. c. 8. Marci. 5. Lucæ. 8. quæ res cũ absque possessoris damno fieri nequiret, Christus non fecisset, nisi temporaliũ etiam esset dominus. Idem ostendit, cum asinam, & pullum ad se adduci Apostolis iussit, possessore nõ reclamãte; vbi primum Christum Dominum ita iussisse fieri audiuit: & cum ficum arefieri iussit, vt recensent D. Matthæus. cap. 21. Marc. cap. 11. Luc. 13. Angelus Rocha vbi proximè, pag. 188.

32 De † sacerdotali potestate nulli dubium est, eam exercuisse, vt superius retulimus, & ex dicto actu eiectionis à templo colligũt, Angelus Rocha vbi proximè, Bermond. Chouerius de publicis concubinarijs, Verbo ergo videtur quod Rex, num. 25.

33 Et † cum se obtulit hostiam discipulis dicens. *Hoc est enim corpus meum.* Lucæ. c. 22. Ipse enim sacerdos Dei Patris dicitur filius Dei, secundum humanitatem, in qua obtulit se pro nobis acceptabile sacrificium eidem Deo Patri, vt sit idem sacerdos & sacri-

ficium. cap. Sacerdos, de consecratio. dist. 2. Ioannes Hugo vbi proximè.

34 Ideo † Christus tanquam verus dominus vtriusque gladij, & potestatis vtramque transtulit in Petrum suum vicarium. Ioánes Montaigne de parlamentis. 2. par. nu. 15. ponderans illud Lucæ cap. 22. vbi dicentibus Apostolis. *Domine ecce duo gladij.* Respondit. *Sufficit, uel satis est.* Secundum Marc. cap. 8. non dixit nimis est. Ex quo infert Diuus Bernard. scribens ad Eugenium Papam, quòd vtrunque gladium Christi ordinatione Ecclesia suscepit, alioquin non dixisset, *sufficit*, sed nimis est, vt prudenter etiam aduertit Guiller. Benedictus in cap. Raynuntius, verbo & vxorem, decis. 1. nu. 10. de testamen. Ioann. à Capistrano de aucto. Papæ. par. 1. 2. partis principal. num. 4. & 6.

35 Hac † potestate temporali fuit vsus Petrus, cum materiali gladio auriculam Malchi abscidit. Ioannis cap. 18. Angel. Rocha. vbi sup. pagina. 189. Et licet Dominus iusserit, vt conuerteret gladium in vaginam, id fuit, quia iam temporalis potestatis actus erat exequutus per Petrum, noluitque vt hac via nostra redemptio impediretur: nam vt eodem tempore Petro dixit apud Matthæum cap. 26. *An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur scripturæ? quia sic oportet fieri* Ange. Rocha. supra. pag. 191. in princ. & in princ. 24. quæst. 1.

36 Eandem † potestatem exercuit Petrus, cùm Ananiam, & Saphiram temporali morte mulctauit, Actuum aposto. cap. 5. Nicephorus Calixtus lib. 2. Ecclesi. histo. cap. 2. Ioannes à Capistrano in tractat. de aucto. Papæ. 3. parte. secundæ partis principalis, num. 51. Petrus Grego. dicto. lib. 15. Syntagma. cap. 1. nu. 14. Angelus Rocha vbi proximè, pag. 188. P. Bertran. de potesta. Ecclesi. cap. 3. nu. 38. tom. 12. tractatuũ. Quare Restau. Castal. in tract. de Imperatore. q. 50. nu. 23. post Aretinũ in. §. sacræ. inst. de rerũ diuisione, ait. Non reperiri quòd Christus abstulerit Petro gladiũ temporalem, quem antea habebat summus sacerdos: quia

37 non solùm dixit. *Conuerte gladium in uaginam,* Sed adiecit, † *tuum.* quod verbũ est dominij significatiuũ in Petro. l. quintus. §. argento. & §. cum aurum. & §. si cui. ff. de auro, & argento legato. l. meorum. 91. vbi Rebuf. de verbo. significa. l. 2. §. in locum. ff. de religios. & sumpt. fune. & notatur in cap. 1. distinct. 8. glo. 1. in

cap.

cap.si ergo.12. quæst.2. vnde D.Bernard.in.4. de consideratio-
" ne ad Eugenium hoc benè inducit, dicens. Aggredere subditos,
" sed verbo,& non facto: quid vsurpare gladium tentas, quem
" iussus es semel mittere in vaginam? quem tamen qui tuum esse
" negat,non satis videtur attendere verbum Domini dicentis.*Conuerte gladium tuum*: est ergo tuus; & forsitan tuo nutu, & si non
" tua manu euaginandus. Alioquin, etsi nullo modo ad te pertineret, non dixisset Dominus ipsis Apostolis dicentibus. *Ecce duo gladij hic,satis est*: sed potius nimis est: vterque ergo est Ecclesiæ,
" scilicet spiritualis,& materialis; sed is quidem per Ecclesiam; ille verò est ab Ecclesia excercendus; ille sacerdotis,is militis ma-
" nu, sed sanè ad nutum sacerdotis, vt habetur etiam in extrauaganti vnam sanctam,de maioritate,& obedientia: & per Ioann. And.in cap.nouit,de iudicijs. Optimè præ cæteris Ioann.à Capistrano dicto tractatu de auctoritate Papæ, secunda parte. 2. partis principalis, num. 171. & sequenti, & vt resoluit Castal. vbi proximè. Dominus non dixit Petro,proijce,quasi non suum, sed dixit,conuerte,quasi pro se habitum retineret.

38 Et † in horum confirmationem est textus mirabilis in cap. omnes.22.distinctio.vbi Nicolaus Papa ita Mediolanēsibus scri-
" psit. Romanam Ecclesiam solus ille fundauit, & supra petram
" fidei statim nascentis erexit, qui beato Petro vitæ æternæ claui-
" gero terreni simul, & cœlestis Imperij iura commisit, & illius
" priuilegio fungitur,cuius authoritate fulcitur. Vnde dubium nō
" est, quia quisquis cuilibet Ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam
" facit; qui autem Romanæ Ecclesiæ priuilegium ab ipso Summo
" omnium Ecclesiarum capite tradito auferre conatur, hic pro-
" culdubio in hæresim labitur; & cum ille vocetur iniustus; hic est
" dicendus hæreticus: per quem tex.omnes DD. communiter resoluunt,Petro, & successoribus esse concessam temporalem potestatem, quam gladium temporalem appellant, vt constat ex Bermondo Chouer.dicto tractatu de publi.concubi.versic.ergo videtur. num.12. versic.decimotertio, & ex eodem tex. & cap. solitæ, de maio. & obed. & proœmio libri sexti, & cap.fundamenta de electio.eodem libro. Guillerm.Duran.in sæpe allegato tracta.de modo generalis concilij celebrandi. 2.parte, rubrica.9. num.1. Gaspar de Perusio de reseruatio. beneficio. verbo de reseruatio. nu.18. Ioann. à Capistra. dicta.2.parte.2.partis,

num.215. Turrecremata dicto lib.2.de Eccles. cap.114. Angel. Rocha de bibliothe. Vaticana, pag.190. versic.de duplici.

39 Vnde † certissimum est, quòd Ecclesia habet vtrunque gladium, spiritualem, & temporalem, cap. dilecto, de senten. excommu. cap. cum ad verum. 96. distinctio. Ioannes Lupi in tracta. de libertate Ecclesiastica, quæst.13. num.2. Cardinal. Iacobat. lib.6. de concilio, articulo.5. num.19. & lib.10. articulo.8. num.5. concludens, habere gladij temporalis exercitium quandocunque viderit expedire. Michaël Vlcurrunus de regimine mundi. 2. quæstio. principali, num.52. Petrus Bertrand. de iurisdictio. ecclesiasti. & secula. quæst.3. num.39. & 40. Et idem tenuit Bald. in. l. si militaris, num.3. C. si à non competen. iudice. Hostiens. in cap. causam quæ, lo.2. Abb. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Astlexanus lib.6. suæ summæ, titulo de papatu. Franc. Arias. tractatu de bello, num.202.

40 † Et hoc in tantum est verum, quòd negans, Ecclesiam habere duplex gladium, sit hæreticus, cap. violatores. 25. quæst.1. Extrauaganti vnam sanctam, de maiorita. & obedien. vbi Lælius Iordanus idem in tractatu de Romanæ sedis origine, cap.8. nu. 36. & sequentib.

41 Vnde † Guillerm. Benedictus in dicto cap. Raynuntius, verbo & vxorem, decis.1. nu.21. doctè probat, quòd iurisdictionē temporalem Ecclesiæ tentans auferre, in sua iniquitate confunditur.

42 Ex quo † Lælius Iordanus vbi proximè, num.37. & seq. ponderans verba Diui Bernardi, & extrauagantis vnam sanctam. §. in hac, ibi ad nutum, & patientiam sacerdotis, ait. *Ex eo non cohortationem, aut permissionem, sed dispositionem, imperiumque, & arbitrium liberum Ecclesiæ significare: ita ut materialis etiam gladij dispositio sit Ecclesiæ.* vt notauit Cardin. Turrecrema. in dicto cap. cum ad verum, vers. nutus verò. 96. distinct. in nu.4. & in summa de Eccle

43 sia, lib.2. c.113. & ita colligitur ex vi verbi, nutus. † Nam vt demonstrat Cicero.1. de oratore, per hæc verba. *Authoritate, nutuq; legum docemur coercere cupiditates.* hoc verbū, imperij vim præsefert. Et idem Cicero ibidē dixit. *Ad alicuius arbitrium, nutumq. totum resingere, & accōmodare.* & lib.3. Epist.10. Appio. *Ad uoluntatem, nutumq.*

44 *alicuius uiri totum se conuertere.* Vnde † Leo Papa.4. in cap. ergo. 23. q.8. contra Sarracenos iubet, populū congregari, & eis ad littus maris occurrere, & in c. hortatu, eadē causa, & quæstione. *Hortatu,*

Hadriani.

Hadriani Papæ exhortatu Carolus Rex contra Longobardos bellũ suscepit similiter. *Beatus Gregorius nobiles quosdam hortatur, ut milites congreget, & arma uiriliter contra hostes præparent.* cap. quidem, eadem causa, & quæstione, & in Regist. eiusdẽ Sancti legitur. *Ciuitatibus Tusciæ mandasse, ut contra eosdem Longobardos arma pararent, & stipendia militantibus decreuisse.* Palac. Rub. de Regno Nauarræ. 4. par. §. 2. & 3.

45 Quare † negari non potest vllo modo Sũmum Pontificem Ecclesiæ eiusdem caput vtrunque gladium habere, & plenitudinem potestatis quoad vtrumque: ita probat Innoc. 3. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, qui ex sacræ Scripturæ authoritate, ita dicit. *Non solum in Ecclesiæ patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, uerum etiam in alijs regionibus, certis causis inspectis tẽporalem iurisdictionem casualiter exercemus: non quod alieno iuri præiudicare uelimus.* Sed quia Deutero. 17. continetur. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas uideris uariari, uenies ad sacerdotem Leuitici generis, &c.* Turrecre. dicto. lib. 2. cap. 113. & ex dicta extrauaganti vnam sanctam. Ideò resoluunt Ioann. Igneus in tracta. an Rex Franciæ, nu. 11. in confutatione argumentorum. Felinus in cap. nouit, verbo in glossa. 2. de iudicijs, & ex cap. quoniam, dist. 10. cap. 1. dist. 22. & dicto cap. cum ad verum. 96. distinct. tradit Gambara lib. 2. de Legato à latere, nu. 323. Flosculus clericorum. 1. par. nu. 67. Grego. Lop. glos. 5. in procemio, partitæ. 2. Augustinus Morla in emporio iuris. 1. p. titu. 2. quæst. 4. nu. 10. & duobus seqq. Restaurus Castal. de Imperatore, quæst. 5. nu. 2. & quęst. 50. à nu. 16. & diuinis auctoritatibus, & mirabilibus probans rationibus. Augusti. de Ancona tractatu de potestate Papæ, quæst. 1. artic. 7. Ioann. Quin. Hedui tracta de Aristocratia Christianæ ciuitatis, titu. de duobus gladijs. Michael Vlcurrunus de regimine mũdi, versic. ista quæstio. nu. 13. Aluarus Pelagius lib. 1. de plãctu Ecclesiæ, cap. 13. & 37. Bonaudius in glossis ad Ioann. de Terrarubea tracta. cõtra rebelles, tracta. 1. arti. 1. fol. 17. asserens, ita tenẽdum esse de necessitate salutis. Don Gonsalus Pontius aduersus Vuaramundũ. c. 10. Fasciculus tẽporum sexta ætate, Anno Christi. 314. fol. mihi. 47. eam ex D. Tho. ratione adducens ex iuris naturalis, & diuini dictamine, quod ex quo tota Christiana vita ordinatur principaliter ad finẽ spiritualem, non tẽporalem, ideò Sũmus Pontifex, qui est Christi

Vica-

Vicarius in terris, & cui commissa est huiusmodi ordinatio, debet habere plenam potestatem præcipiendi Christi fidelibus pro prosecutione huius finis tanquam architector: quia ei, ad quem pertinet vltimi cura finis, subdi debent illi, ad quos pertinet cura antecedentium finem: qui enim debet vti armis, imperat fabro, qualia debeat facere arma. Henrri. de Gandauo. quodlib. 6. articulo. 23. relatus per Turrecremata dicto lib. 2. cap. 113. num. 3.

46 Et † hanc resolutionem vti indubitatam sequuntur Abbas num. 11. Imola num. 8. Decius. 7. Alciat. 25. Nauarro notabili 3. num. 19. de iudicijs. D. Antoninus. 3. parte summæ, titu. 26. cap. 4. §. 17. Dominicus Soto lib. 4. de iustitia, & iure, quæstio. 4. articulo. 1. & lib. 10. quæst. 1. articulo. 3. Cardinal. Albanus de potesta. Papæ. 2. parte, num. 16. Petrus à Monte de potestate Pontificis, versic. his ita expeditis, num. 27. Nicolaus Moronus de fide, tregua, & pace, quæst. 5. num. 9. & 10.

47 Vnde † Franciscus de Aretio consilio. 58. num. 9. resoluit, Papam habere plenitudinem potestatis, etiam quoad temporalia, ex Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in glos. super verbo, totius orbis, & dicto cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & cap. si duobus in fine de appellatio. Gambara dicto lib. 2. nu. 324. Alexand. Halensis in summa. 4. parte. quæst. 10. parte. 2. §. 2. verbo, pro Rege nostro, & 3. parte, quæst. 40. membro. 5. Hugo è sancto Victore lib. 2. parte. 2. cap. 4. Diuus Bonauentura in 4. dist. 37. in expositione literæ, dubio. 2. Gabriel Biel in expositione canonis, lectione. 23. Egidius Romanus de potesta. Ecclesi. cap. 7. Alexander. S. Elpidij eodem tractat. cap. 6. Sylnester Prieras in summa, verbo Papa. §. 10. & 11. Ioannes Selestadiensis in quadriuio, par. 1. Tartaretus in. 4. distinct. 18. quæst. vnica, & plures alij, quos refert Thomas Bocius in libro de antiquo, & nouo statu Italiæ contra Machiauell. lib. 3. cap. 4. & melius lib. 4. cap. 5. Angel. Rocha de bibliotheca Vaticana à pag. 186. cum sequentibus. Franciscus Vargas de Episcoporum iurisdictione,

48 confirmatione. 10. afferentes. † Tunc maximè sine dubio hoc procedere, quãdo opus esset, Papam vti potestate temporali ad spiritualem finem consequendum, vti B. Thomas docet libro. 3. de regimine Principum, cap. 12. & sequentibus, &. 3. parte, quæst. 59. artic. 4. Ioannes Driedonius de liberta. Christiana, lib. 1. cap. 9. &. 15. & Victoria in relectionibus, prima, &. 2. de potesta.

ecclesia-

ecclesiastica,& de potesta.ciuili. Nauarro dicto notabili.3.num. 41. versic.secundo. Michaël Agia super fundamen.19.in fine. Et isto casu posset certius habere locum,quod aliquibus audaciæ tribuitur, scilicet, quod dixit Bartol. in. L. 1. §.1. ff.de requirend.
49 reis, † quòd negantes in Papa temporalis gladij exercitium, & potestatem, vel contrarium tenere, sit hæreticum: quod sequuti fuerunt Bellamera in dicto cap. nouit. num.18. de iudicijs. Augustinus de Ancona de potestate Ecclesiæ, quæstio.6. 36.39. & 46. Cartusianus de regimine politiæ, cap. 19. & super Lucam articulo. 49. Speculum vitæ humanæ. 2. parte, cap.1. Iordanus de maioribus Episcoporum causis, cap. 8. num. 16. & Boccius
50 dicto cap.5. versic. Doctores Canonistæ. † Et ita Dantem poëtam, quia contrarium defendere ausus est, fuisse de hæresi damnatum,vt affirmat Albanus in.l.finali. num.3. &.4. ff.de iurisdictio.omni.iudicum. Morla dicta.1.parte, titulo. 2. quæst. 4. nū. 9. Cardinal.Alban.de potestate Papæ. 2.parte. num.17. Cardinal. Iacobatius de concil. lib. 10. articulo. 8. num. 17. pro quo Aluarus Pelagius lib. 1. cap. 37. tractans, an sit hæresis asserere, Papam non habere vtranque potestatem in terris. Idem cap.56. &. 59. vbi bene disputat, an temporalis potestas sibi de iure di-
51 uino competat. Et confirmatur, quia † nullum versatur inconueniens, quòd Papa, Episcopi,imò & inferioris gradus ecclesiastici habeant simul spiritualem, & tēporalem potestatem,vt.23. quæst.8. §.ecce.&.§.hinc datur intelligi, &.22. quæst.3. per totum,&.12. quæst.1. per totam, & quæst.4. & notat glos. vltima in cap.in Archiepiscopatu de raptoribus, & glossa. 1. in fine in cap.1.distinctio.95.glos.2. in cap.clericis, ne clerici, vel monachi. Castellus à Bouadilla.2.parte, cap.17.num.14. Aluarus Pelagius de planctu Eccles. lib.1. cap. 64. in fine. Michaël Agia dicto tractatu de exhibendis auxilijs, fundam.19. in fine.

52 Quare † Summus Pontifex in omnibus arduis negotijs,& causantibus scandalum in Christianitate, potest suæ maioritatis ratione se intromittere etiam inter laicos, & exercere potestatem gladij temporalis sibi à Deo tributam, vt patet in cap. pro humani,de homicidio,in.6. & tradit Auiles in capitulis prætorum, cap.20. glos.vsurpan. num.6. & ex.l.si hominem.ff.mandati, resoluit Abbas in cap.nouit. num. 11. & sequenti, de iudic. Tiraquel.in præfatione tractatus de pœnis temperan. nu. 36. in fine.

Pala-

Palacios Rubios de Regno Nauarræ.4 parte. §.3. in fine ex doctrina Abbatis in cap. sicut, lo.3. de iure iurando, num.12. Bermond. Choueri.de publicis concubina. dicto verbo, ergo videtur quòd Rex, num.12. versic. vndecimo; concludens, quòd quando necessitas est vrgens, poterit ipse Papa vti vtraque potestate cōtra quoscunque, etiam contra Reges, & Imperatores. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib.2.cap.114. per totum, vbi propositione.14. ponderat cap. postulasti, de Iudæis, vbi Innocent. mandat quendam Iudæum, qui manus violentas in clericum iniecerat, pecuniaria pœna puniri, & clerico læso congruam satisfactionem temporalem fieri: quod si non fecerit, Christianis præcipit, ne cum præfato Iudæo præsumant exercere commercia, antequam satisfaciat. Et idem colligitur ex cap. sæpe. 28. quæstione. 1. vbi ex Toletano concilio præcipitur, vt Iudæi, qui cōsortia cum antiquis Christianis non vitauerint, publicis cædibus deputentur.

53 Et similiter † potest Papa Principes à fide apostatantes priuare dominio temporali, quod habent super fideles, vt ostendit S. « Thomas. 2. 2. quæst. 12. artic. vltimo, dicens. Ad Ecclesiam non « pertinet infidelitatem illorum, qui nunquam fidem perceperunt « secundum Apostolum. 1. ad Corinthi. cap. 5. Quid enim mihi de « his, qui foris sunt iudicare? sed infidelitatem illorum, qui fidem « prius cœperunt, potest sententialiter punire: & communiter in « hoc puniuntur, quòd subditis fidelibus dominari non possunt; « hoc enim vergere posset in magnam fidei corruptionem: quia « vt dicitur Prouerbio.cap.6. Homo apostata in corde suo machi« natur malum, & iurgia seminat, intendens homines separare à
54 fide: & ideò † quantò citius aliqui per sententiam denunciantur « excōmunicati propter apostasiam à fide, ipso facto subditi sunt « absoluti à dominio eorum, & iuramento fidelitatis, quo eis tene« bantur. Hæc S. Thom. sequutus per Turrecremat. dicto lib. 2. cap. 114. circa finem, & idem colligitur ex cap. absoluto, de hæreticis, & cap. nos sanctorum, & cap iuratos. 15. quæst. 6. Ioann. de Lignia. tracta. de bello, cap. 15.

Quare Nicolaus Moronus dicto tractatu de fide, tregua, & pace, quæstione. 5. num. 9. & sequentibus, authoritate Pauli ad
55 Romanos, cap. 13. ait, † Quòd etiam Papa non sine causa gladium portat. Oldrald. consilio. 83. incip. an Episcopus. Dei enim minister

minister est, vindex in iram ei qui malum agit: & proptèrea prælati res Ecclesiæ gladio defendere poterunt, cap authoritate. 15.
56 quæst. 6. Inno. in cap. olim, de restit. spoliato. † Et ita pro manutentione, & defensione rerum Ecclesiæ, procurare defensionem aduersus malos, & assumere gladium temporalem vbi spiritualis non timetur, cap. vergentis, de hæreticis: quia conuenit vt ferro abscindantur vulnera, quæ fomentum non recipiunt disciplinæ, cap. in canonibus. 16. quæstione. 1. Moronus vbi proximè, num. 11. vnde Seneca tragediographus in Agamemnon. actu. 2. scena 1. dixit.

Et ferrum, & ignis sæpe medicinæ loco est.

Et vt scitè dixit Sophocles in Aiace flagellifero, actu. 2. in fine.

——Haud profectò esse medici
Sapientis arbitror, ubi sectionibus
Morbus eget, incantationibus uti.

Nam si Papa non posset temporali se potestate iuuare contra spirituali resistentes, & Ecclesiæ damnum inferre conantes; non esset vtique plenè, vt decebat Ecclesiæ regimini cōsultum, quod
57 minimè dicendum est: † cum cōcesso regimine, siue officio, censeantur etiam concessa omnia, sine quibus officium siue regimen rectè expediri non potest, cap. 1. cap. præterea, de officio delegati, cap. suspicionis. 39. eod. titu. l. 2. ff. de iurisdict. omni. iudicum. Turrecremata lib. 2. de Ecclesia, cap. 114. propositione. 2.
58 Quare † cum dicti Dux, & Senatus Reipublicæ Venetorū, libertatem, & immunitatē ecclesiasticam violare non sint veriti, & vsurpare, Summoque Pontifici resistere, dubium non est ad puniendum ipsos, posse iuste moueri bellum, vt post Innocen. in capite olim, de restitutione spoliatorum, & in cap. dilecto, de sentent. excommunica. in. 6. & alij relati per Guillermum Luueranum in tractatu de arbore iurisdictionum, num. 16. tomo. 3.
59 tractatuum. † Pro quo facit D. Augusti. sententia. super Iosue, lib. 6. quæstionum, quæstione. 10. dicens. *Iusta bella solent definiri, quæ ulciscuntur iniurias; sic gens plectenda est, quæ uel uindicare neglexerit, quod improbe factum est, uel reddere quod per iniustitiam ablatum est.* cap. Dominus. 23. quæst. 2. & posuit optimè. l. Hispaniæ. 1. titulo 23. partita. 2. vbi guerra iusta *en Latin. Quiere tanto dezir en Romance, como derechura, e esta es quando home la face por cobrar lo suyo de los enemigos, o por amparar a si mesmos, o a sus cosas dellos.*

Vbi

Vbi Gregorius Lopez glos. 2. in fine post Ioann. de Platea in.l.
« 1.C.vt armorum vsus,lib.11.resoluit. Papam posse bellum indi-
« cere contra schismaticos,vel hæreticos,seu contra iura, & liber-
« tatem Ecclesiæ vsurpantes. Isidorusque lib.20.ethimologiarum,
« iustum bellum asserit esse, quod ex edicto geritur de rebus re-
« petendis, cap. iustum.23. quæst. 2. & Cassiadorus doctissimus
« politiæ magister,lib.3. variarum Episto.1.asserit. Vtile tunc esse
« ad arma concurrere, cum locum apud aduersarium iustitia non
60 potest inuenire, † & ex causa puniendæ inobedientiæ: nam vt
dixit Philosophus.1.Politicorum,cap.5. *Bellum iustum est natura cõtra eos homines, qui cum nati sint ad parendum & obediendum, nolunt tamen parere.* Ideoque Franciscus Arias tractatu de bello, & eius
« iustitia,num. 145.concludit. Prælatorum auctoritate posse fie-
« ri bellum,præcipuè pro fide, vel contra eos, qui excommunica-
« ti pro mortali parere nolunt, & pro subditorum suorum iniu-
« ria. A quo non dissentit Cicero. 3. de Republica dicens. Nullum
« bellum à ciuitate optima suscipitur, nisi aut pro fide, aut pro sa-
lute: & melius Aristotel.Rhetoricorum ad Alexandrum,dicens.
Oportet iniuriam passos pro se ipsis arma capere, siue pro cognatis, & beneficis; itemque socijs iniuria affectis auxiliari. Nam teste Tullio.1. de
61 officijs: † *Qui non defendit, nec obsistit*, si potest, iniuriæ tam est
« in vitio,quàm si parentes,aut patriam, aut socios deserat.Ideo-
que Diuus Augustinus relatus per Arias vbi proximè, ait. Ma-
« ximianus Vagien. Episcopus auxiliũ petit ab Imperatore Chri-
« stiano,non tam vlciscendi causa,quàm tuendæ Ecclesiæ sibi cre-
« ditæ; quod si prætermisisset, non esset eius laudanda patientia,
« sed negligentia culpanda. Et idem Diuus in libro de verbis Do-
« mini dixit. Apud veros Dei cultores,etiam illa bella peccata non
« sunt, quæ non cupiditate,aut crudelitate, sed pacis studio gerun-
« tur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.

Nec enim Summus Pontifex sanctissimus poterit notari ex
libidine, & leuitate ad bellum suscipiendum progredi; sed esse
ad id grauiter lacessitum, & prouocatum per dictos Ducem, &
62 Senatum Venetorum. † Quare etsi Tullius.1.lib.officiorum,ver-
siculo de tribus, & qui ab ipso mutuatur, Lipsius lib. 5. ciuilis
doctrinæ, cap. 4. dicant. *Quod iustitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria.* Quis,nisi mentis inops,asserere po-
terit, Venetos eosdem nedum in Ecclesiam, Summumque Pon-
tificem,

tificem, & ipsius potestatem, imò & in Deum ipsum insultasse; & quantum sibi possibile arbitrati sunt, eosdem iniuria afficere conatos esse: quare nullo modo poterat id sub dissimulatione prætermitti, causamque Dei, & ipsius offensam sub timidæ pacis prætextu relinquere inultam. Vnde Diuus Gregorius Naziancenus in Apologetico dixit. « Si quod verum est dicere conuenit, laudo potius, & condelector, optoque vnus ex illis esse, qui pro veritate decertant, & aduersariorum odia sustinent; imò es-

63 se me ex illis gloriabor. † Est enim bellum laudabile, paci à Deo « discedenti præferendum. Vnde Polybius politicorum scientissimus, libro.4. suarum historiarum, pagina mihi.351. prudentissimè dixit. « Ita existimo, fugiendum quidem esse bellum; non tamem ita fugiendum, vt omnia, ne in id incidamus, sustinere, perpetique velimus. Quid enim vel æquabilitatem in republi. vel fiduciam, vel libertatis iucundissimum nomen laudaremus, si nihil omnino esset paci anteponendum? Pax enim si iusta, & honesta sit, res est certe omnium pulcherrima, atque optima. Nihil tamen est, aut faciendum iniustè, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus. Quare Diuus Chrysostomus tomo. 1. homilia in Psalm. 134. dixit. *A Deo habemus dexteras, ut & nobis ipsis, & alijs iniuria affectis opem feramus, ut scelera de medio tollamus: uæ his, quibus uis, & damnum ad fertur, ...simus portus, & refugium.* Optimè Petrus Gregorius libr. 11. de Republica, cap. 11. num. 3. 6. & 7. melius idem D. Chrysostom. Homilia. 36. in Matthæum, ex capite. 10. Matthæ. tomo. 2. dicens. « *Non ueni mittere pacem, sed gladium*, inquit Christus. Matthæi. 10. Ille gladius est separatio boni à malo; tunc enim sequitur pax, quæ decantatur Lucæ.2. ab Angelis, & in terra pax, & futuram in diebus Christi prædixerunt Prophetæ; tunc enim pax præstatur, quando quod tabo, & sanie corruptum est abijcitur, & abscinditur, quando factiosa, & improba pars repellitur, aut omnino destruitur. Sic enim cœlis terra coniungi potest. Nam & hoc modo reliquum corpus conseruat medicus facilè, si quod reduci ad sanitatem non potest, absciderit, & proiecerit. Et militiæ Dux ad soluendam militum conspirationem, alterum in alterum concitat. Sic in turre illa Babel factum videmus. Genesis capit. 11. quando perniciosa illa pax, per salutarem vocis dissonantiam dissoluta, tranquillam, atque laudabilem

pacem reddidit. Sic etiam Paulus Actuum. 9. & 23. qui aduer-
sum se conspirabant, diuidebat, ac dissipabat : tempore vero il-
lius Naboth. 3. Regum, cap. 21. concordia illa quouis bello fuit
atrocior : nam bellum iustum pace fœlicius est, & honestius, te-
ste Demosthene tomo. 2. in oratione de corona. Zoanet. de Ro-
ma. Imper. num. 1.

65 Ex quibus † Petrus Gregorius dicto numero. 7. concludit ex
Aristotel. cap. 37. Rhetoricorum ad Alexand. quem supra re-
tulimus. Bellum suscipiendum esse in eos, qui Rempublicam, aut
eius siue amicos, siue socios, iniuria violare moliuntur, pro in-
iurijs antea nobis illatis, aut ijs, qui aliàs nobis auxilio fuerunt,
aut pro eo quod pertinet ad gloriam : concluditque, natura iu-
stum esse bellum contra rebelles, seditiosos, factiosos, & in-
66 quietos, & eos qui ad parendum astricti parere nolunt. † Vn-
de Celius Calcagninus in paraphrasi ad Aristotelis politica, nu.
32. ait. *Venatoriam bellicæ artis partem esse; qua non modo aduersus
feras pugnemus; sed in eos etiam homines arma vertamus, qui ad paren-
dum nati parere detrectant, & per contumaciam mores non patiuntur.
Huiusmodi bellum iustum est : utpote quod auspicijs naturæ geritur.* Præ-
67 stat † nobis prædictorum optimum exemplum sacra pagina, li-
bro. 2. Regum, capit. 2. vbi Dauid bellum gessit contra Isbo-
seth filium Saulis, quia aduersus ipsum rebellauerat, conatus
auferre ab eo Regnum, quod Deus ipsi Dauid concesserat
per Samuel. Regum. 1. cap. 16. Sanctus Thomas secunda secun-
dæ, quæstione. 40. Canonistæ communiter in dicto cap. olim,
de restitutio. spoliatorum, & in cap. sicut, de iure Iurando. &
in summa. 23. quæstio. 2. & in capite quid culpatur. 23. quæstio.
1. Legistæ in. l. vt vim, & in. l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iu-
re. Couarru. in cap. peccatum. 2. parte relectionis. §. 9. num. 4.
vbi etiam memorat aliud Regis Dauid bellum aduersus Seba fi-
lium Bochri, propterea quod populum solicitauit, vt à Dauid
Rege ad ipsum deficerent. 2. Regum, cap. 20. Inde D. Augustin.
lib. 22. contra Faustum, cap. 74. ait. Aduersus violentiam resisten-
tium siue Deo, siue aliquo legitimo Imperio iubente, gerenda ip-
sa bella suscipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordi-
ne inueniuntur, vbi eos, vel iubere aliquid tale, vel in talibus obe-
dire iustè ipse ordo constringit. Et habetur in dicto cap. quid
culpatur. Quare cum à Deo sit tributa Summo Pontifici supre-

ma

ma iurisdictio aduersus dictos Venetos, & quoscunque alios temporales dominos; & similiter Ecclesijs, & ecclesiasticis, immunitas & libertas, de qua supra latè deducitur, quod ad tuendam eandem libertatem, & potestatem fertum est bellum: & verificatur, quod ait dicta lex Regia partitæ, esse iustum bellum
68 ad recuperanda, quæ sunt inferentis bellum: quia proprium † dicitur quod habuerat, & sibi est ablatum; aut quod debetur, & denegatur inique, vt vltra.l.2. titulo.23.part.2. probant Iurisconsulti in.l.cedere diem.§.æs alienum. ff.de verbo. significa. l.1.eodem titulo,habetur inquit. l. C. quod peti potest.l.bonorum appellatio.l.rei appellatione,eodem titulo. Hæc veritas cõstat ex cap.dominus.23.quæst.2.ibi. Iusta autem bella solent diffiniri, quæ vlciscuntur iniurias: sic gens & ciuitas petenda est, quæ vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per iniuriam ablatum. Paris de Puteo, de re militari, libro. 1 cap. 14. num. 3. Aluarus Pelagius libro. 2. de planctu Ecclesiæ, cap. 46. folio. 90. Panuin. de visitat. 2.parte, quæst.7. num.80.

Quod eo magis dicendum est, cum Veneti fuerint à multis retro seculis sub obedientia Romanæ, & Apostolicæ sedis, à cuius
69 obedientia nequeunt discedere, neque ipsam leuare.† Vnde Lelius Iordanus in tractatu de Romanæ sedis origine, cap.10 num. 46.& sequenti, ait. Affirmatiuum esse præceptum recipi oportere Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientiam: acceptam autem non relinquere negatiuum esse præceptũ: & propterea patet articulus quodammodo omnes astrictos ad conseruãdam susceptam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ debitam obseruantiam, quam illam ini-
70 tio suscipere, ex natura ipsorum præceptorum. † Negatiuum enim præceptũ magis quàm affirmatiuum (vt loquuntur DD.) ligat semper, & ad semper, vt probat S. Thomas.2.2 articulo.1. quæst.140. Turrecremata in cap. si peccauerit.1. quæst.1. num. 13. versiculo præcepta negatiua. Bermond. Chouerij, de publicis concubinarijs, verbo hoc enim, num. 14. Mandos. de inhibitio. quæst.2. num.4. Albertin. de agnoscen. assertionib. hæreticis, quæst.12. num.3.

71 Vnde eo ipso † quòd renuunt subesse Romano Põtifici, schismatici sunt, vt post Cardinal. à se allegatum tradit Iacobatius de concilio, lib.7.articu.1. num.83. pro quo Augustinus de Ancona

in tractatu de potestate Papæ, quæst.25. articu.1. in fine dicens: quod schismaticus is est, qui sponte, & ex animo per manifestam rebellionem se subtrahit ab vnitate Ecclesiæ, tam capitis, quàm membrorum. Idem quæst.26. arti.1. dicens, non sufficere in Ecclesia seruare congregationem, vel vnitatem membrorum, sine vnitate capitis, imò hoc ipso, quod tyranni vniunt sibi membra Ecclesiæ, & diuidunt ab ipsa vnitate, & obedientia capitis, cui simul cum eis deberent subiici, schismatici sunt: & ita ostendit
« Diuus Cyprianus in Epistola ad Papam Cornelium, dicēs. Neque
« aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, nisi inde,
« quod sacerdoti Dei, non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia
« ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex, vice Christi iudicatur:
« quia Christus fuit iudex æquus, qui sedet super thronos, & iu-
« dicat æquitatem; de quo Ioannis cap.5. Omne iudicium dedit pater filio, qui eandem iudiciariam potestatem suæ sponsæ Ecclesiæ, & Vicario contulit, vt bene resoluit Turrecremata lib. 1.
72 de Ecclesia, cap. 39. † Nam ex eo quod inobediunt Papæ, effectiuè negant esse caput, cui de necessitate debetur obedientia: & ita nec Christum videtur habere pro capite, iuxta cap. nolite. 11. distinctio. cap. quis nesciat, distinct.12. cap. qui cathedram. 93. distinct. cap. in Ecclesia.1. quæst.1. cap. quicunque.24. quæst.1. cap. si quis autem, de pœniten, distinct.3. cap. vltimo, de sponsa duorum. Aluarus Pelagius dicto libro.1. cap. 24. Iacobatius vbi proximè, num.82.

Quare mirandum non erit, si Summus Pontifex ad corrigendā duriciem Venetorum moueat bellū, & Reges & Principes Christianos in sui, & Ecclesiæ fauorem conuocet: † quia talia inobe-
73 dientiæ schismata diuinæ Maiestatis læsæ crimen important, vt ex Diuo Cypriano tracta. de simplici Prælato, & D. Augustino lib. 2. contra Cresconium tradit Petrus Gregor. lib. 33. Syntagma. iuris vniuersi, cap.11. n.1. & .2. & per totū caput. Idem Cy-
74 prian. lib.4. Epist.9. Quia † Papę resistere, illicitū, & reprobū est, cap. licet ex suscepto, de foro cōpetenti. Lelius Iorda. dict. tract. de Romanæ sedis origine. c.3. nu.71. & seqq. Aufrerius tracta. de
75 potestate Eccles. super laicis. n.61. † Et ita constat ex Pelagij.2. decreto, & Episto. Narsæ Patricio relata in cap.42. de liguribus
« 23.q.5. dū ait. De Liguribus, atq. Veneticis, & Histrijs Episcopis
« quid dicā? quos idonea est excellētia vestra, & ratione & potestate

repri-

" reprimere: & dimittitis eos in contemptum Apostolicarũ sedium
" de sua rusticitate gloriari (& post aliqua) nolite ergo dubitare hu
" iusmodi homines principali, vel iudiciali authoritate cõprimere:
" quia regulæ Patrum hoc specialiter constituerunt: vt si qua eccle-
" siastici officij persona, cui subiectus est restiterit, vel seorsum col-
" legerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit, iste excom-
" municetur, atque damnetur: quòd si forte & hoc contempserit,
" & permãserit, diuisiones & schisma faciendo, per potestates pu
" blicas opprimatur, vt facientes scissuras in sancta Ecclesia, nõ so-
" lùm exilijs, sed etiam proscriptione rerum, & dura custodia per
" publicas potestates debeant coërceri. Idem probat tex. in cap. quali. eadem causa, & quæstione. Et ita communiter resoluunt DD. in cap. venerabilem, de electione, cap. nouit, de iudicijs, cap. ex gestis, de clericis non residentibus, cap. ad Apostolicæ, de re iudicata, lib. 6. cap. 1. de homicidio eod. lib. Ioann. de Lign. tracta.
76 de bello, cap. 16. † dicens. Quòd si Papa indicat bellum contra
" Imperatorem schismaticum, hęreticum, vel aliàs vsurpãtem iura,
" & libertates Ecclesiarum, omnes fideles tenentur iuuare Papam. Archiepis. Florenti. 3. parte, titu. 4. cap. 2. §. 3. in principio. & §. 10. versic. item quæritur. Palacios Rubi. de iusta retentione Re-
77 gni Nauarræ, parte. 4. §. 3. vbi tenet, † quòd pro rebus Ecclesiæ licitè potest Ecclesia bellum mouere, & Christianos Principes ad hoc vocare, cap. igitur, cap. hortatu. 23. q. 8. cap. auctoritatem, vbi glo. 15. q. 6. c. Maximianus. 23. q. 3. & propugnatores penes se habere. c. vt igitur. c. vt pridem. 23. q. 8. c. suppliciter, & in summa. c.
" scire vos, vbi Leo. IIII. scribit. Scire vos oportet quòd nunquam
" ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi; sed (si necessitas
" ulla occurrerit) præsentialiter vindicamus: quia nostri gregis in
" omnibus vltores esse debemus, & præcipui adiutores; & contra
" violatores ecclesiasticę libertatis arma capere. cap. Principes cum sequenti. 23. q. 5. & multomagis contra delinquentes, & Apostolicæ sedis maiestatem, Pontificalemque iurisdictionem contem-
78 nentes, omni vtendo seueritate; † cum proprium munus Summi Pontificis sit, Ecclesiæ vnitatem, & iura pro viribus defendere, nec semper spectare persequutionẽ, sed ex causa iusta eam præuenire, inimicos Ecclesiæ persequendo, vt doctè docet D. Aug. libro de correctione Donatistarũ ad Bonifacium Comitem. c. 8. & transsumptiuè in cap. Ecclesia. 23. q. 4. nam in talibus non est

mansuetudine vtendum; ne mansuetudo, & misericordia, si illi arma cœperint, in miseriam vertat, vt dixit Cato apud Salusti. de coniuratione Catilinæ, & Lipsius aduersus dialogistam.

79 Exemplum † nobis præstat sacra veteris testamenti pagina in muliere libera Sara, quæ Ecclesiam figurabat, vt inquit Apostolus ad Galatas.4. affligebat Agar ancillam in se superbientem Genesis cap. 16. ideò non mirum si Ecclesia malos & superbos ipsi obedire renuentes persequatur. Iusta illud Psalmi. 17. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.* Hæc enim persecutio, quam Ecclesia Christi facit aduersus impios propter iniustitiam eorum, iusta est; cùm ab ipsis Ecclesia beata persequutionem patiatur propter iustitiam, quam defendit: nam Ecclesia persequitur diligendo; illi sæuiendo: ista vt corrigat; illi vt euertant; ista vt ab errore reuocet; illi vt præci-

80 pitent in errorem. Ecclesiæ † namque proprium est, aberrantes, & diuisos, à sui erroris semita, & præcipitio reuocare in viam salutis, ad bonumque cogere, vt latè monstrat Ezechiel. cap. 34. D. Augustin. lib. de correctio. Donatistarum. c. 16. & 20. & habetur

81 per Gratian. in cap. schismatici. 23. q. 6. † Quia bonus pastor non debet morbidam, & aberrantem ouem contemnere, sed curare quibus opus fuerit medicamẽtis, & ipsam in ouile reducere, cap. importuna de pœnitent. distin. 1. exemplo Christi parabolicè introducto Lucæ. 15. de eo qui habens centum oues, si vnam perdiderit ex illis, dimisit. 99. in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat donec inuenerit illam. Ioann. à Capistrano in speculo cõ-

82 scienciæ, versiculo testat, num. 287. aliàs enim esset in culpa. † Vt enim dixit Grego. in regist. *Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit:* vt habetur in cap. quamuis de regul. iuris. Boerius de custodia clauium, num. 13. Iasso in. l. si pascenda, num. 2. & 4. C. de pact. l. 15. tit. 8. part. 5.

83 Nam † non esset bonus medicus & pastor, nec pater, si postquã vidit monita, & suauia remedia morbo Venetorũ non profuisse, ad medendũ ipsum, non vteretur alijs fortioribus, & vrgentissimis medicamentis, cùm & ratio, ac necessitas hoc postulet.

" Nam vt ait Seneca lib. 1. de ira. c. 5. Legũ præsidem, ciuitatisq. re-
" ctorem decet, quamdiu potest, verbis, & his mollibus ingenia cu-
" rare. Trãseat deinde ad tristiorẽ orationem, quia moneat adhuc,

& ex-

« & exprobret: nouissimè ad pœnas, & has adhuc leues, & reuoca-
« biles decurrat. Vltima supplicia sceleribus vltimis ponat, vt ne-
« mo pereat, nisi quem perire pereuntis etiam intersit. Idemque
« Seneca de prouidentia, cap. 3. dixit. Si miraris hoc pro aliquo es-
« se, miraberis quosdam ferro, & igne curari; nec minus fame, & si-
« ti, sed si cogitaueris tecum, remedij causa quibusdam & radi os-
« sa, & legi, & extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ
« sine pernicie totius corporis hærere non poterant: hoc vtique
« patieris tibi probari, quædam incommoda pro his esse, quibus
« accidunt. Nam teste Lipsio aduersus dialogistam, bonus Princeps
semper habet finem per pœnas corrigendi, & emendandi. Quare
« idem Seneca de ira, lib. 1. cap. 5. hoc eo simili probat. Quod que-
« madmodum hastilia quædam detorta vt corrigamus, adurimus,
« & adactis cum eis nõ vt frangamus, sed vt explicemus, elidimus,
« sic ingenia vitio praua, dolore corporis, animique corrigimus.
« Quare D. Augusti. Epistola ad Bonifacium dixit. Molestus est &
« medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille li-
« gando, hic cædendo, sed ambo diligẽdo: si autem illos negligant,
& perire permittant: ista potius mansuetudo falsa crudelitas est;
aliàs enim Deus animas Venetorum requireret de manu Papæ
non corrigẽtis ipsos, cap. irrefragabili, de officio ordinarij. Eze-
84 chiel. cap. 3. & cap. 34. † quia facientis culpam habet, qui quod
potest corrigere, emendare negligit, cap. facientis. 86. distinctio.
Ioannes à Capistrano vbi proximè, num. 284. & 288.

85 Nec tam dicitur bellum, quàm iustitiæ, † & iurisdictionis exe-
quutio quando sumuntur arma contra schismaticos, aut iura
Ecclesiæ vsurpantes, vt ex. l. qui restituere. ff. de rei vindicatione,
notabiliter ait Innocen. in dicto cap. olim, causam de restitutio.
spoliator. nam vt ait Palac. Rub. dicta. 4. parte. §. 3. in eo versa-
86 tur † defensio, quæ iure naturali permittitur, dicta. l. vt vim. ff.
de iust. & iure. l. 1. C. vnde vi cum similibus: hoc & ratio doctis,
& necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præ-
scripsit, vt omnem semper vim, quacunque ope possent à corpo-
re, à capite, à vita sua propulsarent, vt dixere Cicero pro Milo-
87 ne, & Lipsius lib. 5. ciuilis doctrinæ, cap. 4. † Et ita esse tale bellũ
non solùm iustum, sed etiam iustissimum ex iuribus allegatis, & . l.
illud. ff. de petitio. hæreditatis, & cap. tibi Domino. 33. distin. 63.
& glos. verbo negligẽtia, in dicto cap. Maximianus. 23. q. 3. tradit.

Bouadilla lib.2.politic.cap.15. num.2. concludens, in eo versari defensionem, & iustitiæ administrationem, & exequutionem. Petrus Gregorius lib.19. Syntag. cap.2. num.7. & sequentibus.

88 Et confirmatur, † nam si Episcopis & clericis, qui membra sunt, permititur arma capere ad suarum personarum, & bonorū, iuriumque Ecclesiarum defensionem, vt ait Inno. in dicto.c.ólim de restitutio. Spoliatorum allegans cap.penulti. & fina. de cler. percusso, & contra subditos inobedientes, cap.auctoritatē, cap. nos sanctorum.15.quæst.6. cap.scire igitur, cap.hortatu, & cap. dispar.23.quæst.8. & per Archidiaconum, & Præposit.in cap. si quis.26.distinctio. Archiep.Florentinus.3.parte, titu.4.cap.2.§. 9.versic.ita quæritur vtrum. Palacios Rubios vbi proximè, versi. quinimo, & eadem. 4.parte. §.2.in princi. Bouadilla dicto cap. 15.nu.3. & pro defensione ecclesiasticæ potestatis: nam vt dixit glossa in cap.côuenior, verbo pro altaribus.23.q.8. Prælatus mortē subire debet, nō solùm, vbi fides, & salus impugnatur, sed etiā vbi res, & claues Ecclesiæ auferūtur. Ioan.de Lign.de bello.c.69.

89 Multo † magis poterit Ecclesia, & caput ipsius Summus Pontifex mouere bellum contra violatores ecclesiasticarum libertatum, aut inuadentes res Ecclesiæ, vt colligitur ex capite paratus, cum seq.23.quæst.1. Nicolaus Moronus de fide, tregua, & pace, quæst. 5. num. 5. Cardinalis Iacobatius in tractatu de concilio,

90 lib.9.artic.12. num.158. quòd Papa † potest his & similibus casibus prælatos, & Principes Christianos, & Catholicos inuocare, vt sibi subueniant, vti tenentur ex debito obligationis, cap. cum ad verum.96.dist.cap.Principes.23.quæst.5.cap.dilecto, de senten.excommu.in.6. Ioann.de Lign.dicto cap.69.

Imò Principes omnes Christiani, etiā non vocati debent suppetias ferre, Ecclesiæ, ac Summo Pontifici in causa ista, si opus fuerit, vsque ad Veneri nominis internecionem, & omnis eorum dominij priuationē; idque multa sanctorū Patrum probant

91 testimonia. Primò, † quia quilibet Christianus debet pro viribus curare, vt pax, & vnitas seruetur in Ecclesia Dei: cap. Nouatianus.7, quæst.1. Paulus Castrensis consilio.420. viso puncto, num.

92 3.versiculo primo quia, volum.1. multoque magis Principes, † ad quos spectat præcipuum vinculum, & obligatio defendendi Ecclesiam in capite & mēbris vnicis ei, ad quod sunt constituti, vt tradit Guiller. Duran.tract.de modo celebrādi generalis cōcilij.

2.parte

2. parte tractatus, rubrica. 40. num. 2. ex cap. Regum. cap. administratores. 23. q. 5. D. Isidorus lib. 3. de summo bono. c. 53. dicens.
« Principes seculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ
« culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant: intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent,
« nisi vt quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpe per
« Regnum terrenum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi contra
« fidem, & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterātur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere nō
« prævalet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat;
« & vt venerationem mereantur, virtutem potestatis impertiat.
« Cognoscant principes seculi, Deo debere se rationem reddere
« propter Ecclesiam, quam à Christo tuendā suscipiunt; nam siue
« augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles principes, siue
« soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam
« Ecclesiam credidit, & trassumptiuè habetur in cap. 19. Principes seculi. 23. quæst. 5.

Eandem doctrinam non vno loco tradit Diuus Augustinus sanctissimus & doctissimus vir, siquidem tractatu. 11. in Ioannē
« dixit. Pertinet hoc ad Reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam. Sic ergo
« quando vult Deus concitare potestates aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exsufflatores Christi, aduersus blasphematores
« baptismi, non mirentur, quia Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar, mirantur autem, quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ. Non ergo mi-
« rentur. Et quomodo redderent rationem de Imperio suo Deo.
« Idem Diuus Augusti. epistola. 48. 50. &. 165. concludens. Præci-
« puum piorum Regum munus & officium esse, Ecclesiam, eiusque
« immunitatem, & libertatē defendere; ac seueris legibus, ac pœnis
« blasphemos, sacrilegos, & hæreticos ab Ecclesia damnatos coercere. Michaël Agia de exhiben. auxilijs, confirmatio. 27. Gundisaluus Pontius aduersus Vuaramundum, cap. 2. versiculo verum. Iustus Lipsius aduersus dialogistam in principio. Quia vt dicitur prouerbio. cap. 20. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Quò tendit illud. D. Augustini in Epistola ad Bonifa. *Quomodo Reges seruient Domino in timore, nisi ea quæ contra iussum Domini*

mini fiunt, religiosa seueritate puniendo, atq; plectendo? & habetur in.c.si Ecclesia.c.duo ista.23.q.4.c.quod sicut,de electione. Optimè Leo Papa epist.75.ad Leonem Augustum, dicens. Debes Imperator incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi, non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam. Idem tradit D.Greg.Papa lib.2.epistola.61.ad Mauricium, tradiditque Gregori. Naziancen. oratione.31. super cap.19. Matthæi, dicens. Hæc & laicis præscribo, hæc & presbyteris mando, hæc & ijs quibus Imperium creditum est. Omnes rectæ doctrinæ opem ferte, qui Dei beneficio opem ferre potestis. Magnum est, cædem comprimere, adulterium coercere, furtum castigare; quãto maius pietatem sancire, ac sanam doctrinam largiri? Non tantas vires sermo meus habiturus est pro sancta Trinitate bellum gerens, quantas edictum tuum, si peruersis dogmatibus imbutos compresseris, si persecutione oppressis auxilium tuleris, si interfectores represseris, si interfici prohibueris. De corporea autem cæde non tantùm loquor, sed etiam de spirituali. Omne enim peccatum animæ mors est, &c. Cuius loci meminit in proposito simili Gundisal. Pontius vbi proxime.

Vnde D.Hierony.ad illud Isaiæ.cap.60. *Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi.* ait. Videmus Cæsares Romanos Christi iugo colla submittere, ædificare Ecclesias expensis publicis, & aduersus persecutiones gentium, & hæreticorum insidias, legum scita pendere: & clarius monstrans D.Cyrillus lib.5. in Isaiam ait. Reges, hic dicit Principes populorum qui assistunt Ecclesiæ Christi, Satellitio munientes eam, & liberos eius veluti scuto protegentes, ac omnem impetum propellentes. Qui summis ornati honoribus, & Regium sceptrum habentes, Ecclesiæ assistunt, id est obediunt: assistentia enim obedientiam significat. Sanctus etiam Isodorus. Pelusiota D. Ioannis Chrysostomi discipulus in epistola ad Isidorum Monachum hoc mirabiliter his verbis ostendit. Populi Hebræorum cum nimis carnales, atque rudes essent, regnumque postulassent. 1.Regum.c.8.ipsis vtilitatis causa concessum est, eo quidem consilio, vt Reges reprimerent lapsus illorum, qui sacerdotio parere renuebant. Vnde D. Augustinus epistola. 48. Vincentio Donatistæ, & epist.204. Donatistæ præsbytero. & tracta. 11. ad caput.3. Ioannis. & transumptiuè in cap. nimium. cap. displicet. c. quando. 23. q. 4.

23.q.4.monet Principes, vt procedant ad correctionem, & punitionem schismaticorum, & dissipatorum Ecclesię. Pelagiusque. 2. Narsæ Patricio scribens de punitione eorum, qui ab vnitate « Ecclesiæ erant diuisi, post alia ait. Ideo salutãtes paterno affectu « gloriam vestram, petimus, vt præfatis qui à nostra sede directi « sunt in omnibus præbeatis auxiliũ, nec putetis alicuius esse pec« cati, si huiusmodi homines comprimuntur: hoc enim & diuinæ, « & humanæ leges statuunt, vt ab Ecclesiæ vnitate diuisi, & eius « pacem iniquissimè perturbãtes, à secularibus etiam potestatibus « comprimantur. Nec quicquam maius est, Vnde Deo sacrificium « possitis offerre, quàm si id ordinetis; vt hi qui in suam & aliorũ perniciem deuacantur, competenti debeant vigore compesci. cap. quali nos. 23. quæst. 5. Palacios Rubios dicta. 4. parte. §. 2. Simancas de catholicis institutioni. titu. 23. de dominis temporalibus, num. 3. Alban. de potest. Papæ. 3. par. num. 8.

93 Et † confirmatur ex resolutione Cardinalis Turrecrema. lib. 2. de Ecclesia. c. 114. nu. 4. tenentis, omnes fideles non solùm debere subuenire Romano Pontifici in necessitatibus incumbentibus pro bono totius vniuersalis Ecclesiæ, sed etiam in necessitatibus status sui Apostolici, & personę; nam cum sit Princeps totius populi Christiani, multis habet opus. Nicol. Moronus dicto. c. 5. n. 6.

94 Exemplum † nobis præstat B. Paulus, qui aduersus iniuriosos, & sibi parantes insidias, imperiale & temporale auxilium inuocauit, non tam vt vitæ transitoriæ suæ consuleret, quàm Dei Ecclesiæ, quam in gẽtes fundare sua prædicatione curabat. Actuum 22. 1. ad Timotheum. cap. 2. cap. si in adiutorium, distinctio. 10. Palacios Rubios dicta. 4. parte. §. 3. post. medium.

95 Et quibus Concilium. 4. Carthaginense. cap. 10. Constituit, vt ab Imperatoribus postulentur defensores Ecclesijs, per quos defensentur aduersus diuitum potentias; qui cum deberent Ecclesias defendere, easdem affligere non erubescunt, vt ait Guillelm. Durandi de modo generalis concilij celebrandi. 2. parte. dicta rubrica. 40. num. 1. Iacob. Rebuf. in. l. vniuersi. num. 2. C. de fund. rei priu. lib. 11.

96 † Eademque ratione processit iurãdi formula Iuris, quã Reges præstare solent, promitẽtes, Ecclesiam firmiori defensuros præsidio; inde præscriptæ leges aduersus violatores iuramenti fidelitatis, & obedientiæ. c. ego Ludoui. cap. tibi domino. 63. dist. clem.

vnica de Iureiurando. Iosephus Stepha. tractatu de osculacione pedum Summi Pontificis, cap. 14. Ribadeney. de Principe Christi lib. 2. cap. 17.

97 Et † ad iuuandam Ecclesiam in tantum tenentur Principes, vt
" Beat. Ambrosius lib. 1. de patriarchis dixerit: Sicut Principibus, &
" potestatibus fidem, & reuerentiam exhibere cogimur, ita secula-
" rium dignitatum administratoribus defendendarum Ecclesiarũ
" necessitas incumbit: quod si facere contempserint, à communio-
ne sunt expellendi. cap. 24. dicat aliquis. 23. quæst. 5. similiter
" Ioannes octauus in cap. sequenti ait. Administratores secularium
" dignitatum qui ad Ecclesiæ tuitionem, pupillorum & viduarum
" protectionem; rapaciumque refrenationem constituti esse pro-
" culdubio debent: quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris cõ-
" uenti fuerint, eorum querimonias attentius audiant; & secundũ
" quod necessitas experierit, absque negligentia examinent, & di-
" ligenti studio corrigant. Quòd si Dei timorem præ oculis non
" habentes, negligere post secundam, & tertiam admonitionem
" inuenti fuerint, omni se nouerint communione vsque ad condi-
" gnam satisfactionem priuatos. Ioan. Lupi dicto. §. 2. Rebuf. in procemio concordat. glo. reuerentiæ, in fine.

98 Vnde † Michaël Vlcurrunus tractatu de regimine mundi. 2. quæstione principali, num. 82. concludit, quòd si Imperator, vel aliquis Rex, fuerit rebellis Põtifici Maximo in necessitate posito; & petenti, tanquam membra capiti auxilium non præstarent, potest Papa talem Principem tanquam membrum inutile ab Ecclesia expellere: in cuius consequentiam dicetur etiam expulsus à Regno; cum ille qui præesse habet multitudini Christianorum, debeat esse Catholicus, & membrum vtile corporis mystici fide-
99 lium. † Et ita constat ex cap. venerabilem, de electione, vbi memoratur translatio Imperij de Græcis in Germanos. Albertus Crantzius in historia Saxoniæ, lib. 3. cap. 3. in Carolo Franciæ, & Germaniæ Rege, & lib. 4. cap. 25. Gundisaluus Pontius contra
110 Vuaramundum capite. 10. &. 13. qui refert, eundem † Carolum Magnum Imperatorem Christianissimum inter alia quæ beneficentissime in sacros homines munera contulit, Episcopis gladiũ suum adiecisse, vt haberent, scilicet, (vt Crantzius in procemio metropol. dixit) quo & contumaces terrerent, & punirent: iudicabat quippe, & rectè, Ecclesiasticæ potestati, ad sui muneris cõ-

serua

ſeruationem, neceſſarium eſſe coërtionis iure, & poteſtate non deſtitui. Renat. Choppi. lib. 3. de ſacra polit. tit. 3. in fin.

101 Imò † ſi aduerſariorum fautorem audire volumus, Gerſonem ſcilicet, hæc veritas ipſum aſtrinxit ad fatendum, iuſtiſsimum eſſe bellum pro Eccleſia aduerſus vnitatis eius ſciſſores. Is equidem 4. parte ſuorum operum in ſermone de angelis, col. 2. verſicu. cur
" ita, dicens. Hominibus parcere, in Eccleſiæ, religionis, ac fidei de-
" trimentum, non miſericordiam credite, ſed miſericors quædam
" crudelitas eſt, & pietas impijſsima: ſatius itaque eſt, aliquos fide-
" les, & Catholicos perire temporaliter, quàm fidem, Eccleſiamvè
" ſubuerti: ſi tamen fideles dicendi ſunt, qui ab eccleſiaſtico capite
" ſeiunguntur, nec ab illo vitæ ſpiritualis influentiam quomodoli-
" bet ſuſcipiunt: non vera ſacerdotia, non reliquos actus hierar-
" chicos, quin potius tanquam ramus aridus, membrum putridum,
" ouis morbida, & tanquam ethnici & publicani inſectandi, repu-
" diandi, fugiendique ſunt. Eſt ratio, quia Eccleſiam audire con-
" temnunt: quia contumaci ſpiritu Eccleſiaſtici capitis vnitatem
" diuidunt: quia ad extremum veritatem ſufficienter edoctam nõ
" agnoſcunt: ita vt non plus valeant excuſari à culpa ſuæ dubieta-
" tis, vel incredulitatis ergà verum Papam, & canonicum, quàm
" Iudæi ergà verum Meſsiam Chriſtum. Quare ſic? Succeſſor enim
" Chriſti eſt, eius auctoritate conſtitutus; quem qui ſpernit, non eũ,
" ſed Chriſtum ſpernit. Inſurgendum eſt igitur ex aduerſo contra
" hos pacis violatores; & bello forti dimicare conuenit; vt veritas
" præualeat: fœlix erit mors quæ pro fide, & Eccleſia ſuſcipitur;
" fœlix prælium, quod pacem affert: fœlix demum vexatio, & omni
" voluptate beatior, quam imponit zelus domus domini. Itaque ſi
" Michaël & angeli non pepercerunt Lucifero, cæteriſq; ſublimi-
" bus ſubſtantijs ſchiſma concitantibus, quominus in præcipitium
" mortis æternæ traherentur: ſi in ſchiſmatibus Eccleſiæ prioribus,
" illi qui bellum ſuſcepere famoſiſsimi, & Chriſtianiſsimi celebrã-
" tur: ſi poſtremò apud omnes populos, etiam incredulos illi glo-
" rioſi nominantur, qui ſeditioſos ciues bellis exterminauerũt. Non
" miſericordia eſt, ſed iners impietas, & algidus irregularitatis
" torpor, par facinus ſeditionis, non ſimilibus bellorum remedijs
" extirpare. Ac vero miſerentur illis, miſereantur potius Eccleſiæ,
" religionis, & fidei, compatiamur citius membris ſanis, quàm per-
" niciem contrahant; & ne virus alieni anathematis effundatur in

" ipsis; catenisque suæ maledictionis pariter alligentur; tandem " fortè exhorrescimus remedij, bellorumque austeritatem, pense- " tur ingens plagæ spiritualis periculum, & sanationē illius quāuis " duram, quamuis asperam, & acerbam fortiter æquanimiterque " tolerabimus. Oculus enim qui scandalizat, Christo imperante, Matthæi. 5. eruendus est, manus proijcienda. Hactenus Gerson, qui vtinam ita piè in reliquis se habuisset.

102 Quare † cum omnes Principes debeant præstare obedientiam Papæ in rebus licitis, & honestis, non obstante quacūque subtractione obedientiæ facta per quemcumque Principem temporalē, quæ non potest efficere, vt Papæ potestati, ac reuerentiæ sibi debitæ derogetur, vt ex cap. nemo. 9. q. 3. resoluit Cardina. Iacobatius dicto tractatu de concilio, lib. 7. art. 7. num. 17.

103 Sequitur † de necessitate, quòd omnes Christiani Principes tenentur iuuare Ecclesiam, & Summum Pontificem aduersus Reipublicæ Venetorum Ducem, & Senatum, ipsorumq; e sequaces: nam vti sacra docet historia Iudicum cap. 20. cum aliqui ex tribu, & filijs Benjamin quendam læuitam curarēt occidere in Gabaa, & vxorem eius vexarent, quousque moreretur, illorum libidinis causa, cum moniti, incorrecti manerent, congregati fuerunt omnes alij filij Israel, in Baal-thamar ex Domini præcepto, vnanimi consilio, & viribus iunctis aggressi fuerunt filios Benjamin, vt sumerent de ipsis vindictam, & ipsorum Ciuitatem incenderunt: & cum essent de dicto tribu viginti quinque millia pugnatores ad bella promptissimi, occisi fuere, remanentibus solis sexcētis viris. Palac. Rub. dicto. §. 2. vnde contra hanc ciuitatem peccatricem, & filios Benjamin in ea contra Deum, & ipsius Ecclesiam coniuratos, reliqui Principes debent forti manu, & alacri animo insurgere, debitam sumentes de ipsis vltionem, & suæ inobedientiæ satisfactionem, tanquam veri obedientiæ filij, qui charissimæ matri Ecclesiæ debent adesse, & in præsenti necessitate succurrere, vt in sua manu teneatur, immunitate, & libertate, vt benè probat Gigas de crimi. læsæ maiest. q. 2. num. 3. & 4.

104 Debent † enim Principes præ oculis habere quod Bonifacius " octauus in cap. fœlicis. §. vltimo de pœnis libro. 6. Quis locus re- " giminis poterit esse tutus? quis rector securitate gaudebit, si Ro- " mana Ecclesia (quæ disponente Domino caput est, & magistra) " casibus istis subijcitur? si huius filij speciales huiusmodi periculis

expo-

" exponuntur? Quem Ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem con-
" tumelia tanta non tangeret, & confusio tam aspera non moue-
" ret? Porrò si filius est dolebit: si fidelis matre fidei læsa lædebitur, &c.

105 Et licet causa communis omnes filios tangat, & ab omnibus pia mater Ecclesia necessaria, & opportuna subsidia sperare, & consequi debeat. † hæc à nostro Catholico & Christianissimo Rege Hispaniarum Philippo. III. offerri, & præstari debent, tanquam à chariori Apostolicæ sedis filio, & eiusdem certissimo defensore, vt in hoc suo muneri respondeat, & suorum prædecessorum pijssima sequatur vestigia; siquidem Hispaniarum prouincia præ alijs eam sibi laudem est meritò consequuta, quòd pijs sit fœcunda Principibus, vt Claudianus dixit in versibus de laudibus Serenæ Reginæ vxoris Stiliconis, & post eum retulere Simancas dicto titu. 23. num. 1. Madera de Excellentijs regnorum Hispaniæ. cap. 2. Drepanius Pacatus in panegyrico ad Theodosium, versic. nam primum tibi. Idem Madera cap. 6. Valdesius in libro de dignitate Regum, & regnorum Hispaniæ, cap. 19. nu. 22. & sequentibus.

106 Certissimum † est enim, Hispaniæ Reges fuisse Catholicorum nomen consequutos, & promeritos à tempore Reccaredi Vuisigotthorum Regis, & Ildephonso primo Castellæ Rege vsque ad eundem Dominum Philippum. 3. vt ex D. Gregorio lib. 7. epistol. 126. & Ambrosio à Morales. 3. parte historiarum Hispaniæ, lib. 13. c. 12. resoluit Madera vbi proximè. c. 12. F. Rodericus de Yepes in genealogia Regum Hispaniæ in eodem Alphonso primo. Ioannes Mariana de rebus Hispaniæ lib. 7. cap. 4. Archiepiscopus Don Rodericus in histo. Hispaniæ. lib. 2. c. 15. & lib. 4. c. 5. Vasæus Chronico. Hispaniæ, tomo priori, anno. 589. & anno. 737. Ferdinandus Nuñius in commentarijs ad Ioann. de Mena, carmine 275. Valdesius vbi suprà. c. 13. nu. 16. & seqq. Gariuai lib. 9. cap. 6. Histo. Palentina in Alphonso primo. Historia generalis Hispaniæ. 3. part. cap. 4. Beuter. lib. 2. cap. 31. Hierony. Surita. 3. parte annalium Aragoniæ, lib. 2. cap. 40. Genebrar. in chronico, lib. 3. anno. 756. Petrus Carbonel in chronico Hispaniæ Barchinonēsi, folio. 21. cap. de Rege Eruigio. Ioannes Aegydius Zamorensis de antiquissimis Hispaniæ gestis in Ildephonso primo pag. mihi. 40. in manuscripta eius historia, & altera similiter manuscripta

Lucæ Tudensis in eodem Ildephonso, era. 776.

107 Et † merito cum vltra præclara ipsorum facta in fidei, & religionis fauorẽ semper ab eodem Rechardedi tempore in obedientia eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Summorum Pontificũ perstiterint, nunquã ab ipsius vnitate discedentes, imo eam iuuãtes contra eiusdẽ fidei hostes, & schismaticos, in ipsam insurgentes, vt bene probat Grego. Lupus Madera suprà, cap. 6. fol. 46. & seq. & cap. 12. à num. 3. Valdesius etiam vbi suprà, cap. 20. à nu.

108 19. & multis seqq. qui num. 38. † inter alia memorat Ferdinandũ Regem Catholicũ Hispaniarũ ministro Magno suo Duce Gundisaluo Fernandez à Corduba, opem Ecclesiæ tulisse contra Venetos eidem aduersantes, iuxta ea quæ tradit Hieronym. Surita lib. 7. cap. 33. 47. & 49. historia eiusdem magni Ducis lib. 3. cap. 7. nec prius pacem cum ipsis composuisse, quàm restituissent Ec-

109 clesiæ quicquid ab eius patrimonio eripuerant. Et ita † quod in initio sui optimi & fœlicis Imperij, & regiminis Rex noster Catholicus Philippus. 3. Romanæ Ecclesiæ obtulit obedientiæ & fauoris vt referunt Ceruera, in libro de obitu Regis Philippi. 2. discursu. 3. cap. 14. & Valdesius dicto cap. 20. nu. 45. his temporibus præstaturũ; merito debet Ecclesia confidere pro illius summa religione, ac pietate, feruentissimoque vnitatis, & pacis Ecclesiæ desiderio. Quare tam Rex ipse, quàm cœteri Christiani Principes eidem debent adesse causę viribus, & consilio, cum eius iustitia hoc postulet, & requirat, nec aliena, sed Dei, & eius sponsæ, & Vicarij, & per consequens propria ab vnoquoque fideli sit habenda, fœlices progressus fines sperantes; & in æterna vita cõ-

110 digna præmia consequuturos: † quia vt Aristotel. in Rhetoric. ad Alexandrum dixit. *Dei proniores sunt in eos qui maxime illos colunt.*

111 † Et quia Iustino teste libro. 8. *Ille iure Dijs proximus habetur, per quem Deorum maiestas vindicatur.* Lipsius libro. 4. Ciuilis doctrinæ, cap. 2. Valdesius dicto cap. 19. num. 1.

112 Et † si Solonis lege cauebatur, vt in Ciuili discordia Ciues neutrales non essent, sed vni adhæreret parti, aliàs domo, patria, fortunisque omnibus carerent, & exules, ac extorres essent, vt in vita eius Plutarchus refert, & Agellius lib. 12. noctium Atticar. cap. 12. Ferrarius Montanus tracta. de appellatio. lib. 1. cap. 5. Quis nisi mentis inops iustiorem Ecclesiæ causam deserere audebit, & Venetorum rebellioni adhærere, deuotaque, & execrata diris

113 ditis vexilla sequi:† nam cum bellorum tempora & exitus à Deo dependeant secundum D. August.lib.5. de ciuitate Dei.cap.22. iuxta illud Numero. cap. 23. *Dominus Deus eius cum eo est: & clangor victoria Regis in illo*: quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo. 1. Machabæorum. 3. cap. *Qui se Dominum exercituum appellat*. Isaiæ. 48. & Ieremiæ. 31. &. 51. Amos.cap.4.non est credendum quod causæ suæ iustæ non adsit,
114 sed ab ipso suæ causæ duce spectanda victoria. † Nam vt Diuus Bernar.de noua militia dixit.*Si bona fuerit causa pugnantis belli, exitus malus esse non poterit:quia prospera eueniunt colentibus Deum,aduersa spernentibus.* secundum Liuium libro. 5. & Lipsium lib. 1. ciuilis
115 doctrinæ,cap.3.† Est enim iusta causa veluti caput bonæ spei in bello;quia erigit animum; virtutem, & fortitudinem excitat; & qui pro iusticia,& ratione militat,semper ab optima spe comitatur,vt dixit Ioannes Bottero lib.9.de ratione status, cap. de iustitia causæ. Vnde Lucanus lib.7. dixit.

Causa iubet superos melior sperare secundos.

Et Propertius libro. 4. elegia. 6.

Frangit, & attolit uires in milite causa:
Quæ nisi iusta subest,excutit arma pudor.

Et Euripides in Erect.idem sensisse videtur, dum dixit. *Iniquè bellans bella salum haud redit.* Cuius meminit Lipsi.lib.5. ciuilis doctrinæ,cap.3.Simanc.de repub.lib.9.cap.17.num.30.

116 Potest enim sancta mater Ecclesia dicere cum Abacuc. cap.3. *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.* Et in singulari cantico Iudith, cap. 16. *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.* Et cum Ezechia. 2. Paralipomme. cap. 32. *Viriliter agite, & confortamini,nolite timere,nec paueatis Regem Assiriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo:multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo. Cum illo est brachium carneum,nobiscum Dominus Deus noster:qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis.*

Quare cum ex ipsorũ Venetorum iniustis statutis religio offen datur, & Ecclesiæ inferatur offensa, & magnum præiudicium Ecclesiastico statui generetur; non debent Catholici fratres in matris Ecclesiæ persistentes vnitate huiusmodi opprobrium in-
117 ultum relinquere:quia † quod in religionem diuinam committitur,in omnium tendit iniuriam.l.Manichæos,versicu.ac primum.

Gg C.de

C. de hereticis. Bartol. in. l. Gallus. §. ille casus. nu. 3. ff. de liberis, & posthumis, cap. vergentis. vbi glossa verbo longe sit grauius, de hæreticis. Lipsius dicto lib. 4. ciuilis doctrinæ. cap. 3.

118 Et † vnusquisque imitari debet exemplũ Phinees spectatæ fortitudinis viri, qui cum pro Dei causa bellaret, sacris ritè peractis, vbi litatum vidit, milites hunc in modum pro concione adhortatus est. Non de imperio nunc certamen instat, nec de inuadendis, occupandisque alienis possessionibus, quæ causa belli vel sola mouet alios vel præcipua; sed pro tuenda pietate, ac sanctimonia, quam nostris cognatis, amicisque dum hostes eripiunt, parauerunt eis grauissimam perniciem. Absurdum igitur & periniquum fuerit, si parcamus sceleratis hostibus, qui domesticis minus noxijs nõ pepercimus, si magistros impietatis impunè abire sinamus, qui de discipulis pœnas sumpsimus; præsertim cum totius calamitatis culpa penes autores impietatis sit, vt ait Philon Iudæus lib. 1. de vita Mosis, pag. mihi. 886.

119 Nam † etsi mortem obirent causam Ecclesiæ fauentes, fœlices debent se iudicare, cum cœleste regnum consequerentur. c. omniũ Romanorum. 23. q. 8. cap. omniũ. 23. q. 5. Martinus Laudens. in tracta. de bello. q. 45. Ioann. de Ligna. eod. tract. c. 68. Moron.

120 de fide, tregua, & pace. q. 120. nu. 116. † Secus autem si decedant in bello illicito: quia ex mortali peccato, quod taliter bellãtes incurrũt, sibi damnationem acquirunt. cap. fratres, de pœnit. dist. 5. Ioannes de Lignan. dicto. c. 68. ideo nulli licet in tali bello militaro. Innocen. & DD. in c. petitio, de homicidio. c. ex mula, vbi DD. de voto. Petrus Grego. Sintagma. iuris vniuersi. 3. p. lib. 31. c.

121 22. nu. 4. & par. 2. lib. 19. nu. 7. & 13. † Vnde à Ciceron. illud circa militiam præceptũ traditur. *Quod bella non nisi iustis de causis suscipiantur.* vt cõstat ex lib. 1. de officijs, & tradit Simanc. lib. 9. de Republica, c. 15. nu. 4. Paris de Puteo de re milita. versi. an Rex. nu. 7.

Quare nullus debet suppetias ferre inobedientiæ Venetorum, nec impium & nefarium bellum contra Ecclesiam, & Pontificem Summum mouere, se cum dictis Venetis confederando, nec pro ipsis bellare astringuntur: qui aliàs sub eorũ vassallitio existebant, & temporali dominio ipsorum subijciebantur. Primò quia Papæ

122 partes, & Ecclesiæ debet quilibet sequi Christianus. † Nam quod Papa approbat, vel reprobat, omnes approbare, vel reprobare debent. cap. 1. in fine. 22. dist. cap. si ille in fine. 50. distinct. c. si Romano-

manorum.19.dist.Quintilianus Mando.regula cancellariæ.19.q.
123 14.num.4.† Et qui non est cum Papa,est contra Christum,vt tradit Ioannes à Capistrano de auctoritate Papæ.1. parte secundæ
124 partis principalis,pag.37.num.11.† Et qui non est Christi Antichristi est.cap.quoniam vetusto.in fine.24.q.1.nam vti dicitur Lucæ cap.11. *Qui non est mecum,aduersum me est: & qui non colligit mecum*
125 *dispergit.*† Et quia grauissimè peccat,qui Ecclesiam,quam defendere debebat,impugnat, vt ait Guiller. Durandi super sexto, in cap.generali,num.20.ne sede vacante.
126 Vnde† Nicolaus.1.in epistola.2.ad Michaëlem Imperatorem, vetera exempla commemorans,latissimè docet,nō paucos Principes,quia debitum summo sacerdoti honorem non exibuerunt, grauissimas pœnas dedisse: è contra verò multos ob susceptam Ecclesiæ defensionē maxima præmia consequutos.Optimè Cardina. Albanus tractatu de potestate Papæ.3.parte.nu.8. vsque ad nu.13.Ribadeneyra lib.1.de virtutibus Christiani Principis.c.34.
127 † nam vt Ioannes Botterus ait dicto lib.9.cap.de iustitia causæ, certissimum est, quòd qui ad bellum mouetur iniustè,Deum ad-
128 uersarium habebunt,& animo ac viribus deficient.† Quare Romani cum bellum aliquod aggredi decreuerant,primùm iustitiā, & pietatem ad id præcedere requirebant: idque non vno loco
« Liuius ostendit,nam lib.9.ait. Exsoluamus religione populum,si
« qua obligamur,nequid obstet,quominus iustū,piumque de nouo
« ineatur bellum.Idem lib.33. dicens. Athenas, & in Achaiam le-
« gatos missos,qui testarentur socijs,iusto pioque bello prosequu-
« turos Boetios, & lib.39. pro vobis iustum, piumque suscipimus bellum.& lib.42.rogauit permitterent,vt aduersus iniusta arma, pio,iustoque se tutarentur bello,& alijs monstrat exemplis Barnab.Brisson.lib.4.de formulis,pagina mihi.385.

Quod comprobatur,nam cum dicti Dux,& Senatus Venetorum sint excommunicati iustè ob rebellionem aduersus Eccle-
129 siam,omni debent fauore destitui,etiam vassallorum: † quia Excommunicatis Dominis clientes soluuntur sacramento fidelitatis,& vassallitij,donec in gratiam Ecclesiæ redierint. cap. finali,vbi Ioannes Andreas num.1.de pœnis.571.in titulo,hic finitur lex Contradi in vsibus feudorum. Martinus Laudensis in tractatu de Principibus, quæstio. 149. Petrus Gregor.1. parte Syntagmat.lib.6.cap.19.nu.8.concludens etiam,† non teneri vassallos

iuuare Dominum, siue defendendo, siue inuadendo in bello iniusto, iuxta resolutionem Andreæ de Ysernia, & Iacobi de Velouis
131 in. §. 1. titulo quibus modis feud. amittatur: † quia non dicitur opem ferre, qui ad lædendum adiuuat. cap. si Rex. 24. quæst. 7. glo. in cap. de forma, 22. q. 5. Ioan. de Ligna tract. de bello. c. 15.

Multoque minus poterunt non vassalli se confederare cum
132 dictis Venetis aduersus Papam; † nam tales appellantur conspirationes etiam quando fiunt aduersus prælatum inferiorem, vt in
133 cap. coniurationũ, & cap. conspirationum. 11. q. 1. † & sunt omni iure prohibitæ. cap. conspiratores. 3. q. 4. cap. si qui clerici cum seqq. cap. statuimus. 11. q. 1. cap. cum. I. & A. de senten. & re iudicata. Ioannes Lupi tract. de confed. Principum, membro. 1. nu.
134 11. † Quia vt ait D. Grego. in moralibus. *Sicut obnoxium est, si unitas desit in bonis, sic perniciosum est, si non desit in malis: peruersos quippe unitas corroborat, dum concordant, & tanto magis incorrigibiles quanto unanimes facit.* vt tradunt Ioann. Lupi. vbi proximè. §. antequam veniam, nu. 12. Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace, q. 5. nu. 11.

135 Ideoque † ad conseruationem, & vtilitatem bonorum permissum est, malos diuidere, exemplo Pauli Apostoli actuum. cap. 23. vbi posuit diuisionem inter Pharisæos, & Saducæos de resurrectione mortuorum, & ipse liberatus est à persecutione eorum, & ita glo. ibi, ait. *Quod sicut unitas bonorum est utilis, sic malorum semper nociua.* Vnde Dominus apud Isaiam cap. 58. *Dissolue colliga-*
136 *tiones impietatis, solue fasciculos deprimentes.* † Optimè Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. 31. de concordia malorum dicens. "Concordiam malorum contrariam esse bonorum. Et sicut optandum est, vt boni pacem habeant inuicem; sic optandum est, vt mali inuicem sint discordes. Vnanimitatẽ quippe malorum bonorum esse contrariam Paulus Apostolus approbat, qui malos contra se diuidit, quos in necem suam coniurare conspexit. Inde & in lege Exodi cap. 14. Mare rubrum, hoc est concordia malorum hominum diuiditur, vt electorum via tendens ad beatitudinem non impediatur: impeditur autem iter bonorum. Si mare, hoc est vnitas, non diuiditur iniquorum: de quibus loquitur illud Iob. c. 41. corpus illius quasi scuta fusilia compactũ scamis se prementibus, vna vni coniungitur: nec spiraculum quidem (scilicet Spiritus sancti) incedit per eas. vbi Nicolaus de Lyra ait. Quòd multitudo malorum hominum, qui sunt quasi quædam scamæ dia-

" diaboli, ita sunt ad malè agendum coniuncti, connexi, & obsti- "
" nati, quòd non recipiunt instinctum Sancti spiritus ad bonum,
" sed spiritum pessimum, iuxta illud Iudic. cap. 9. Misit Dominus "
" spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem, idest "
" inter malos, de quibus Nahum propheta. cap. 1. dixit. Quòd sicut
" spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter
" potantium consumetur quasi stipula ariditate plena: nam hoc euenict omnibus qui confederauerint aduersus Ecclesiam, vt dicitur Ecclesiastici. cap. 21. *Sicut stupa collecta sinagoga peccantium: & consummatio eorũ flamma ignis*: nam sicut in hoc seculo arserunt cupiditatis flammis, sic in alio infernalibus ardebunt, vt interpretatur Palacios Rubios de Regno Nauarræ. 4. parte. §. 1. post medium.

137 Quinimò † taliter aduersus Papam conspirantes inter alia crimen læsæ maiestatis incurrunt, eiusdem criminis pœnis subiacentes. cap. in primis circa finem. 2. quæstio. 1. vbi Præpositus in. §. de persona, versicu. nota eleganter. Hierony. Gigas in tracta. de crimine læsæ maiestatis, titulo qualiter, & à quibus crimen læsæ maiest. committatur. q. 1. num. 2. facit. l. 1. C. vt armorum vsus, libro. 11. l. quisquis in principio. C. ad. l. Iuliam maiestatis. Martinus Laudensis tractatu de confederatione Principum. q. 20. &. 61. Palacios Rubios dicta. 4. parte. §. 1.

Nec ipsi Veneti suis viribus, nec alienis possunt bello aduersus Papam insurgere ad persistendum in sua inobedientia, tam ex in-
138 iustitia facti ex parte ipsorum, vt dixi: † tum quia Papa superior est, contra quem illicitè mouetur bellum, aut suscitatur rebellio. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. l. iniuriarum. §. 1. de iniurijs. probat tex. in cap. qui resistit. 11. q. 3. Ioann. de Lignan. tract. de bello, cap. 101. tum quia pater spiritualis est omnium Christianorum. cap. Lotharius Rex. 31. quæst. 2. cap. quam graui, de crimine falsi. cap. si eo tempore, de electio. in. 6. Decius in cap. at si clerici. num. 47. de iudicijs. Flamini. Parisi. lib. 3. de resig. benefi-
139 cio. q. 1. num. 13. & lib. 8. q. 7. nu. 42. † Et ita debent vt filij obedire, nec armis aduersus patrem insurgere, nam vt ait glossa ordinaria ad illud Lucæ cap. 10. *Qui uos odit me odit, qui uos spernit me*
" *spernit*. Discat vnusquisque in admonendo vel spernendo Eccle-
" siæ pastores, non viles quasque personas, sed dominum saluato-
" rem, imò ipsum patrem spernere, vel odire: quia in discipulo ma-

" gister, oditur, in filio pater honoratur. Rebuf. in proœmio concordatorum, glo. verbo reuerentiæ, versic. vnde quilibet, vt me-
" rito D. Ambrosius ad cap. 19. Matthæi dixerit, parentum pieta-
" tem nedum contumelijs, verum nec toruo vultu lædi debere.
140 † Nam qui patrē affligit, idest; Papam, & matrē, idest Ecclesiam fugit, ignominiosus erit, & infœlix, vt Prouerbio. cap. 19. dicitur. Ecclesiasticusque cap. 3. prohibet filijs cum parentibus contendere. Ideoq; Iustinianus Imperator non minus prudenter, quàm piè in authen. de nuptijs. §. sed quod notandum. collatio. 4. di-
141 xit. † Quod precibus debent filij cum patribus contendere, & non armis, Rebufus vbi proximè, glo. verbo obnixis precibus.
142 † Quod vtinam animaduertissent dicti Dux, & Senatores Reipublicæ Venetorum, & præ oculis habuissent dictum Demosthe-
" nis in epistola. 3. de Lycurgi liberis. Quòd ijs, qui ciuitatem ad
" acerbitatem, sæuitiemque impellunt, non est auscultandum: quia
" præsens status rerum multò magis beneuolentiam, & humanita-
" tem flagitat, quàm tumultus, & simultates, quas quidam in im-
" mensum exaggeratas vsurpantes operam locant, ad ea negotia
" conficienda, quæ Dij prohibent, ne ad exitum perducantur. Non enim in sua inobedientia tanto perstitissent tempore, sed vnitati, & gremio Ecclesiæ reintegrati fuissent, nec damnum aliquod eorum quæ euenerunt, & aliorum quæ merito formidari possunt, euenisset: nec euenirent.

Finis septimæ partis.



SVM-

SVMMARIVM OCTAVAE PARTIS.

1 *GAMALIEL syncerus consiliarius suadebat, ne bellũ sumeretur contra Deum.*
2 *Quæ sine Deo fiũt, breui tempore pereunt.*
3 *Deus minatur peccatoribus, quod mittet in eos gladiũ.*
4 *Veneti extra Ecclesiam eiecti, debuissent imitari exemplum filij prodigi.*
5 *Silanus Titi Manlij filius à parentis domo eiectus tædio affectus vitam dispendio finiuit.*
6 *Belli remedium conuerti à peccatis.*
7 *Eiecto ab Ecclesia nil boni potest euenire.*
8 *Deus minatur per Ieremiam missurũ se inimicos contra peccatores.*
9 *Deus vbique est, nec perfidis est locus tutus ab eo.*
10 *Euentus stultorum magister.*
11 *Venetæ Reipublicæ ruinam minantur astrologorum iudicia.*
12 *Astrologorum iudicia non semper certa.*
13 *Deus nec fallit, nec fallitur: quia est summa veritas.*
14 *Sophonias propheta minari videtur ruinam Venetiarum*

tiarum pro peccatis.

15 Ezechiel propheta minatur eandē ruinam. & n.16.

17 Zacharias propheta minatur idem.

18 Naum propheta minari videtur casum Ciuitatis Venetiarum, nisi ad Deum conuersa fuerit.

19 Ezechiel propheta minari videtur finem acerbum Duci Venetorū ob suam superbiam cōtra Deum.

20 Tyrus simillima Ciuitati Venetiarum.

21 Tyrus perijt armis Alexandri Magni filij Philippi Regis Macedonum.



PARS

PARS OCTAVA.

NON DECERE, QVOD DVX, ET *Senatus Venetorum in sua inobedientia persistant, & rebelliones suscitent in Dei Ecclesia: notam schismatis sibi, & suæ inferendo Reipublicæ ostendit; admonetq́. vt à prauè inceptis desistant; ne Dei iram, & suæ Reipublicæ ruinam experiantur.*



INCERVS † ac veridicus ille Cõsiliarius Gamaliel non minus piè, quàm prudenter suadere solebat Iudæis, vt Apostolorum prædicationi non obsisterent, nec bellum susciperent contra Deum, vt narrat Nicephorus Calistus lib. 2. ecclesiasticæ histor. cap. 2. Nam † quæ sine Dei numine, imò aduersante ipso suscipiuntur, vel fiunt, diu firma, & stabilia esse non possunt, sed breui depereunt tempore, vt ex eiusdem Gamalielis sententia, Actuum Apostolo. cap. 15. refert Cardinalis Alban. tractatu de potesta. Papæ, 3. parte, num. 75. Quare si hæc attenderent Dux, & Senatus Venetorum, proculdubio ab inceptis, & ipsorum progressu destitissent; cum nil bonum, sed totalem suæ Reipublicæ ruinam inde possint sperare, præcipua, & merita suorum commissorum, & peccatorum, prẽmia, † quæ multis in locis à Deo sibi cõminantur. Siquidem Leuitici. 26. dicitur. Si nolueritis recipere disciplinam meam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque cõtra vos aduersum incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei. Idem minatur per Ezechiel. cap. 6. dicendo. Ecce ego inducã super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola vestra, & dispergam ossa vestra circum aras vestras. Vrbes

" desertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur : & ca-
" det interfectus in medio vestri, & scietis, quia ego sum Domi-
" nus. Similiter apud Isaiam cap. 1. Væ genti peccatrici, populo gra
" ui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt Do-
" minum, blasphemauerunt Sanctum Israel, abalienati sunt re-
" trorsum. Super quo percutiam vos vltra, addentes præuarica-
" tionem? omne caput languidũ, & omne cor mœrens, à planta pe
" dis vsque aduerticẽ non est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & pla-
" ga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque
" fota oleo; terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni; re-
" gionẽ vestram corã vobis; & desolabitur sicut in vastitate hosti-
" li; & erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi
" scintilla, & succẽdetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat.
" Ezechiel. cap. 7. Mittam furorem meum in te, & iudicabo te iux-
" ta vias tuas, ponam contra te omnes abominationes tuas, & non
" parcet oculus meus super te, & non miserebor : gladius foris, &
" pestis, & fames intrinsecus : qui in agro est gladio morietur, &
" qui in ciuitate pestilẽtia, & fame deuorabuntur. Nam vt Hebræi Thalmudistæ dicunt in Pirke Abot. cap. 5. chereb legnolam gnal gnin8i hadin, vegnal, gniu8th hadin, vegnal hamorim bashorah scelo cehalachah, id est, gladius venit in mundum, propter afflictionem, & peruersitatem iudicij: item propter eos qui legẽ non rectè docent, vt ita teste Iob, cap. 19. Vltor iniquitatum sit gladius. Petrus Gregorius lib. 31. Syntagmatis, cap. 22. num. 1.

4 Quare † cum Dux, & Senatus Reipublicæ Venetorum ob suam inobedientiam à domo patris, & matris, scilicet Pontificis Summi, & Ecclesiæ, siue per censuras ecclesiasticas eiecti tanquam degeneres filij: hoc solum ipsis ad emendam, & ante actorum correctionem debebat sufficere, vt resipiscerent, & veluti prodigi filij veniam petentes, cum omni pœnitentia, & rubore ad domũ patris reuerterẽtur, & ab ipso benigno, & paterno exciperentur affectu, iuxta Christi Domini parabolam, de qua Lucæ cap. 15. Et quãtum sit formidandũ à patre extra domũ eijci,
5 & à suo conspectu abire iuberi, † ostendit bene illa prophana historia Silani, de qua Liuius lib. 54. & Cicero. 1. de finib. & Valer. Maximus lib. 5. cap. 8. §. 3. qui cum T. Manlius Torquatus ipsius pater eum domo sua indignũ iudicasset; & è suo conspectu abire iussisset, tam tristi patris sententia perculsus lucẽ vlterius intueri

non

non sustinuit, & proxima nocte vitam suspendio finiuit.

Si autem noluerint se emendare, non mirentur, si prædicta
6 damna, & maiora experiantur: † quia vt D. Ambros. tomo. 3. sermone. 88. ait. Tempore belli potissimum remedium quiescere à peccatis: quia tunc ciuitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis iustitiæ portæ muniantur. Cæterum nihil prodest munire muros propugnaculis, & Deum prouocare peccatis: cum enim bella, vt dixi, sint ad peccata castiganda, causa morbi perseuerante, nec emendata, necesse est, flagellũ belli impendere. Optime P. Greg. vbi proxime, cap. 22. n. 2. quod etiam confirmat illud Ieremiæ cap. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Michaël de Anino in tracta. de vnitate ouilis, cap. 1. num. 15.

Nam si extra eiusdem ouilis vnitate permanserint, nullum bonum operati poterunt, & à Deo & fidelibus omni destituentur auxilio, & in manus inimicorum cadent tam inuisibilium, quàm
7 visibilium. Nam sicut † ramus ab arbore fractus non poterit fructus germinare: & sicut riuus à fonte præscissus arescit: sic eueniet ei, qui ab Ecclesiæ vnitate diuisus fuerit, vt ait D. Cyprian. in cap. loquitur. 24. quæst. 1. nam vt etiam testatur D. Aug. tracta. 27. ad cap. 6. Ioannis. Nil debet sic formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi, quod est Ecclesia: si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius; & si non est membrum eius, spiritu non vegetatur. cap. nihil. 11. quæst. 3. cũ alijs adductis per eundẽ Michaël. de Anino. supra cap. 2. n. 6. imò implebitur,
8 quod Dominus apud Ieremiam cap. 15. ait. † Adducam inimicos tuos de terra quam nescis, quia ignis succẽsus est in furore meo: & consilium vestrũ, & omnis prudentia deficiet. Et impletũ videbitis, ò Veneti, quod idẽ Dñs apud Isai. cap. 19. ait. Stulti Principes Taneos, sapientes cõsiliarij Pharaonis dederunt consiliũ insipiens (& dicetur vobis) vbi nunc sunt sapientes, vt annũtient, & indicent, quid cogitauerit Dñs exercituum? & miscebit Dñs in medio vestrum spiritum vertiginis, vt erretis in omni opere vestro, sicut errat ebrius, & vomẽs: & auxilia in quibus speratis, deficient vobis; & in die executionis iustitiæ dicet habitator insulæ

huius.

huius. Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos? Isaiæ. 20. Nec murus maris vobis proderit:
9 quia † omnia Deo plena sunt, nec vllus perfidis tutus est locus, teste Symmacho lib. 10. Episto. 54. & vt Dominus per Isaiam ait. *Consurgam super eos, & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, & ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum.* Nec proderit, ò ciuitas Veneta, tuarum ciuitatum, & fortalitiorum dominij tui iuuamen, quia in die illa erunt ciuitates, & fortitudines tuæ derelictæ sicut aratra, & segetes, & eris deserta, quia oblita es Dei saluatoris tui. Isaiæ cap. 17. Quia Ecclesiæ dux est Deus ipse, & sacerdotes eius qui clangunt tubis, & resonant contra te: noli pugnare contra Deum patrum tuorum, quia non tibi expedit, vt dicitur. 2. Paralipomen. cap. 13.

Quare, ò Veneta ciuitas, Dux, & Senatores, non conuenit, vt in vestra persistentes inobedientia, rerum euentum spectetis, ne
10 tristem vt meremini patiatis: † memoriæ reducite, euentum, esse stultorum magistrum, vt tradunt Liuius lib. 22. & Phornut. de natura Deorum, cap. 18. verificare enim vera: fœlicesque qui alieno sapiunt periculo, cap. 1. 27. quæst. 1. cap. hi duo, de consecra. distinct. 1. cap. 44. citius, de pœnitentia, distinctio. 2. vt alieno damno, cuius historiæ multa vobis ministrabunt exempla, in gremium Ecclesiæ redeatis.

11 Nam vltra quod † vestræ Reipublicæ ruinam minatur Astrologorum iudicia: de quibus post Cyprianum, Leouicium, Lucam Gauricum, loquitur Iuntinus in speculo Astrologiæ, titulo de eclipsibus, in fine, pagina mihi. 313. dum de Venetiarum ciuitate agit.

12 Non † ipsorum solùm, quorũ iudicium multoties errare contingit, vt ex Phauorino Philosopho monstrat Agellius lib. 14. noctium atticarum, cap. 1. & ex Pico Mirandulano lib. 2. cap. 9. Claudius Minois ad Alciat. emblema. 103. & sequenti. Orosčius lib. 2. de vera, & falsa prophetia, cap. 29. Albertinus de agnoscen. assertioni. quæstione. 16. numer. 4. & sequentibus. M. Rauaudi. in speculo iudiciali, num. 53. Paul. Grillan. de sortilegijs, quæst. 2. num. 8. Squillacens. tracta. de fide Cathol. cap. 5. num. 11. Troilus Maluizius tracta. de sortibus, 1. parte, num. 19. nec politicorum qui ex annorum numero, cœlestibus causis mutationum Regnorum, & rerum publicarũ ruinam, & mutationẽ conie-

coniectantur, vt tractat Petrus Gregorius lib. 21. de Republica cap. 5. & sequentibus. Ioannes Bodin. lib. 4. cap. 2.

13 Sed ex † iudicio Dei, qui cum sit ipsa veritas Ioannis cap. 14. 1. Petri, cap. 2. mentiri, aut fallere non potest. Genesis cap. 7. Brunus de hæreticis, cap. 11. num. 7. Marian. Socinus de oblationibus, libello. 9. num. 19. dictæ ciuitatis, & Reipublicæ Venetorũ ruina protenditur nisi se emendauerit, & pœnitentiam de peccatis fecerint. De quo sunt plura testimonia Prophetarum, qui de eadem ciuitate videntur loqui, & prophetasse, non posse ipsam ciuitatem ab ira Dei liberare aquas, in quarũ medio fundantur; sed in profundum ipsarum esse peruenturam: † audiamus

14 ergo Sophoniam, cap. 2. qui ait. Vę qui habitatis funiculum maris, gens perditorum, verbum Domini super vos. Erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ peccorum: audiui opprobium Moab, & blasphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerũt populo meo: & magnificati sunt super terminos eorum. Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Israël: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha. Siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentes meæ possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemauerunt; & magnificati sunt super populum Domini exercituum. Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes Deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis: & extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur, & ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum: & accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium, & onocrotalus, & ericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hęc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo. Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis qui transit per eam sibilabit, & mouebit manũ suam. † Et clarius Propheta Ezechiel. cap. 26. Hæc dicit Do-

15 minus Deus. Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans, & dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius; & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam Petram. Siccatio sagenarum erit in

« in medio maris: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus, & « erit in direptionem gentibus. Filiæ quoque eius, quæ sunt in a- « gro, gladio interficientur, & scient quia ego Dominus. Quia hæc « dicit Dominus Deus. Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuch- « donosor Regem Babyloniæ ab Aquilone Regem regum, cum « equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoque magno, fi- « lias tuas, quæ sunt in agro gladio interficiet, & circumdabit te « munitionibus, & comportabit aggerem in gyro, & eleuabit « contra te clypeum, & vineas, & arietes temperabit in muros « tuos, & turres tuas destruet in armatura sua, inundatione equo- « rum eius operiet te puluis eorum, à sonitu equorum, & rota- « rum, & curruum mouebuntur muri tui, cum ingressus fuerit por- « tas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ, vngulis equorum « suorum conculcabit omnes plateas tuas, populum tuum gladio « cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent. Vastabunt « opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruent muros « tuos, & domos tuas præclaras subuertent, & lapides tuos, & « ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum ponent. Et « quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & soni- « tus citharарum tuarum non audietur amplius; & dabo te in « limpidissimam petram. Siccatio sagenarum eris: nec ædificabe- « ris vltra: quia ego loquutus sum, ait Dominus Deus. Hæc di- « cit Dominus Deus Tyro. Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ, & « gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, « commouebuntur insulæ; & descendent de sedibus suis omnes « Principes maris, & auferent exuuias suas, & vestimenta sua « varia abijcient, & induentur stupore, in terra sedebunt: & « attoniti super repentino casu admirabuntur, & assumentes su- « per te lamentum dicent tibi. Quomodo perijsti, quæ habitas in « mari vrbs inclyta: quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus « tuis, quos formidabant vniuersi. Nunc stupebunt naues in die « pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari, eo quod nullus « egrediatur ex te: quia hæc dicit Dominus Deus. Cum dedero « te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ non habitantur, & ad- « duxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, & de- « traxero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempi- « ternum, & collocauero in terra nouissima sicut solitudines « veteres cum his qui deducuntur in lacum vt non habiteris. Porrò

cum

« cum dedero gloriam in terra viuentium in nihilum redigam te,
« & non eris requisita, non inuenieris vltra in sempiternum dicit
« Dominus Deus.

16 Idem † Propheta Ezechiel. cap. 27. qui post alia idem mina-
« tur dicens. Repleta & glorificata es nimis in corde maris. In a-
« quis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contriuit
« te in corde maris, diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instru-
« mentum tuum, nautæ tui, & gubernatores tui, qui tenebāt supel-
« lectilem tuam, & populo tuo præerant, viri quoque bellatoris tui
« qui erant in te, cum vniuersa multitudine tua quæ est in medio
« tui, cadet in corde maris in die ruinæ tuæ, à sonitu clamoris gu-
« bernatorum tuorū conturbabuntur classes, & descendent in na-
« uibus suis omnes qui tenebant remum, nautæ, & vniuersi guber-
« natores maris, in terra stabunt, & eiulabūt super te voce magna,
« & clamabunt amarè, & superiacient puluerem capitibus suis, &
« cinere conspergentur. Et radent super te caluitium, & accigen-
« tur cilicijs, & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu ama-
« rissimo, & assumēt super te carmen lugubre, & plangent te. Quæ
« est vt Tyrus quæ obmutuit in medio maris? quæ in exitu nego-
« tiationum tuarum de mari implesti populos multos in multitu-
« dine diuitiarum tuarum, & populorum tuorum ditasti Reges
« terræ. Nunc contrita es à mari in profundis aquarum, opes tuæ,
« & omnis multitudo tua, quæ erant in medio tui, ceciderunt. Vni-
« uersi habitatores insularum obstupuerunt super te, & Reges ea-
« rum omnes tempestate perculsi mutauerunt vultus: negotiato-
« res populorum sibilauerunt super te, ad nihilum reducta es, &
« non eris vsque in perpetuum.

17 Et † Zacharias Propheta cap. 9. eandem comminationem fa-
« cit, his verbis. Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & coa-
« ceruauit argentum quasi humum, & aurum vt lutum platearum.
« Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudi-
« nem eius, & hæc igni deuorabitur. Videbit Ascalon, & timebit:
« & Gaza & dolebit nimis, & Accaron, quoniam confusa est
« spes eius, & peribit Rex de Gaza, & Ascalon non habitabi-
« tur.

18 Nec minus † acris est in proposito Prophetæ Naum prophe-
tia, cap. 3. qui ciuitatem Niniuæ tunc temporis Deo inui-
sam pro peccatis minatur; cuius etiam minæ videntur ad

Vene-

Venetorum ciuitatem, dirigi, nisi vt illi pœnitentiam egerint. Inquit enim Propheta. Væ ciuitas sanguinum vniuersa mendacij dilaceratione plena non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinę, nec est finis cadauerũ: & corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum; & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam: & proijciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam: & ponam te in exemplum, & erit omnis qui viderit te, resiliet à te, & dicet: vastata est Niniue, quis commouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi? Numquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius, cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius, Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non est finis. Aphrica, & Lybies fuerunt in auxilio tuo, sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem, paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum; & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus: & tu ergo inebriaueris, & eris despecta; & tu quæres auxilium ab inimico: omnes munitiones tuæ sicut ficus cũ grossis suis si concussæ fuerint cadẽt in os comedẽtis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui, inimicis tuis ad apertionem pandẽtur portæ terrę tuę, deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas, intra in lutũ, & calca, subigẽs tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te, vt bruchus: congregare vt brucus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas quàm stellæ sint cœli: bruchus expansus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarũ, quæ considunt in sepibus in die frigoris: Sol ortus est, & abolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui, Rex Assur, sepelientur Principes tui: latitauit populus in montibus, & non est qui congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionẽ tuam, compresserunt manum super te. Et Niniuitæ qui pœnitentiam ege-

egerunt, Deum, & minas eius timentes. Ionæ. 3. & 4. cap. coarguent duritiam, & peccata Venetorum, testante Christo per Matthæ. cap. 12. Lucæ. cap. 11. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic. Et quia vt dicit propheta Michæas cap. 6. Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen eius: aliàs autem transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, vt dicitur Zachariæ cap. 10. in fine.

19 Similiter, ô Dux Venetorū illius Reipublicæ princeps, † Deus videtur tuam comminari ruinam per eundem Ezechielem prophetam cap. 28. in verba hæc. Factus est sermo Domini ad me dicens. Fili hominis dic Principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus, Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, in corde maris, cùm sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. In sapientia, & prudētia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisiuisti, aurum, & argentū in thesauris tuis. In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuum in robore tuo. Propter hæc dicit Dominus Deus. Eo quod eleuatū est cor tuum quasi cor Dei. Idcirco ego adducam super te alienos robustissimos gentium: & nudabunt gladios suos, super pulchritudinē sapientię tuæ, & pollüent decorem tuum. Interficient, & detrahent te, & morieris in interitu occisorum in corde maris. Nunquid dicens loquêris. Deus ego sum coram interficientibus te, cum sis homo, & non Deus in manu occidentiū te? Morte incircuncisorum morieris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

20 Ergò, ô Dux & Senatores, & tu † Venetia, quæ Tyro haberis, & existis simillima, vt in tui descriptione tradit Thomas Porcacchi, & Petrus Martyr lib. 1. legationis Babylonicæ, & Marcus Antonius Sabellicus in narratione, de vrbis Venetæ situ. Dominicus Marius Niger libro. 7. commentario. Geographiæ. Philippus Bergomensis in supplem. Chronica. lib. 9. Francisc. Scotus lib. 1. itinerarij Italiæ. Dei minas formidare, quia si in obstinata tua inobedientia perstiteris, exaltabitur contra te Dominus

exercituum in iudicio; vt dicit Isaias cap. 5. & quemadmodum
31 † Tyrus perijt armis Alexandri Magni, Philippi Macedonis filij, testante in ipsius vita Plutarcho. &: Q. Curtio libro. 4. de gestis eiusdem, & Pomponio Mela lib. 1. de situ orbis, cap. 12. de Phoenicia, & Raphaële Volaterrano lib. 11. Geographiæ, cap. de Syria, ita & tu peribis iustioribus armis Ecclesiæ ac Summi Pontificis, & alterius etiam magni, & Catholici filij Philippi.

FINIS.



RERVM

RERVM INSIGNIORVM QVAE IN HOC OPERE SPARSIM CONTINENTVR INDEX

Alphabeticus locupletissimus: in quo notarum numeralium . p. partem. n. numerum marginalem designat. f. paginam indicat.

B

Con-

CON-

Dei

DOLI

E

Animæ

B

Cano-

Cle-

Con-

Dei

DOLI

Epis-

nitione preces fundebāt in templis.2.p.n.18.f.34.

EVENTVS tristis spectandus non est.6. par. nu.211.f. 398.

Euetus stultorum est magister. 8.p.n. 10. f.476.

EXEMPLA mala non sunt inducenda nec sequenda. 3 p. n.204.f.110.

Exemplum aliorum adduci nō valet causa legitima deficiēte.3.p.n.201.f.108.

Exemplum malum ferendum non est, nec dissimulandum. 3.p.n.203.f.110.

EXILIVM est pœna scelerum 3.p.n.212.f.113.

Exilium merentur facientes statuta in offensam Dei, & Ecclesiæ.3.p.n.213.f.114.

EZECHIEL videtur minari ruinam Ducis, & Reipu. Venetiarum.8.par.n.15.& 19. f.477.

F

FABIVS Maximus Alphabibus pacem à se oblatam spernentibus, postea petentibus negauit.5.p.n.91.f.265.

FACERE videtur, qui prohibere poterat, & tolerat. 5. p.n.134.f.276.

Facta contra Ecclesiam videntur fieri contra Deum. 3 p. n.22.f.64.

Faciendum nihil est cōtra priuilegia Ecclesiæ.3.p.n.134. f.93.

Facientis culpam habet, qui negligit emēdare quod potest. 7.p.n.84.f.455.

FACINVS à iure prohibitū, non debet inultum relinqui. 5.p.n.118.& 120.f.273.

FERDINANDVS Catholicus Rex Hispaniarum fauit Summo Pontifici cōtra Venetos.7.p.n.108.f.464.

FERRO debent abscindi vulnera, quæ non recipiunt fomenta disciplinæ.7. p.n. 56.f.447.

FEVDVM alienatū à vassallo irrequisito Domino, redit ad ipsum, nō ad agnatos vassalli.1.p.n.36.f.13.

Feudum redit ad Dominum mortuo vassallo sine herede. 1.p.n.39.f.14.

Feudo ecclesiastico priuatur qui offendit Papam, aut Imperatorem ipsi fœderatum. 5.p.n.84.f.264.

FIDE DIGNA habentur quæ multi dixerunt. 6. p.n.156. f.384.

FIDELES multi perirent, si non essent qui sacramenta eis ministrarent. 3. p. n. 64. f.76.

Fideles omnes tenentur iuuare Papam cōtra Principē schismaticū, hæreticū, aut vsurpan-

G

ISRAE-

LEO

M

N



Papa

Papæ

PE-

RATIO

R

ROBER-

3.par.

VALEN-

Z

LAVS DEO.

ERRATA SIC CORRIGES.

PAg.10.lin.34.apoſtolicos. lege apoſtolicus. Pag.59.lin. 34. deleatur vt.pag.65.linea 32.valens,lege valẽt.Pag.66.lin.17. perhibetur,lege prohibetur. ibid.lin.18.merueremos, lege meruerimus. Pag.67.lin.32. Tatiana,lege Tatiano.Pag.70.lin.27.l.C.legas,l.1.C.Pag.76.lin.12.Hedin,lege Hedui. Pag.78.lin.4.noſtrorum,lege noſtrum. Pag.78.lin.19. per dictum, lege perditum.Pag.80.lin.32.quoſque,lege quouſque.Ibid. lin.33.reſtitutæ vt,lege reſtitututæ res vt.Pag.86.lin.13.Sacerdotes,lege ſacerdotibus Pag.90.lin.23.Cerol,lege Carol.Pag.100.lin.19.Baldus, lege Balbus.Pag.101.lin.4.purificantur,lege parificãtur.Pag.111.lin.22. corporabilis lege corporalibus Pag.114.linea.1.probatione,lege oratione.linea.9 Eccleſiæ ſtatuta,lege Eccleſiæ offenſam ſtatuta. Pag.115.lin. 38.tanquam,lege tamque. Pag 116.linea.6. immortalibus non, lege immortalibus mortem non eſſe.Pag.120.lin.23 præferre,lege præferri.Pa. 121.lin.7.ſacerdotũ,lege ſacerdotium.Pag.128.li.17.Galat.lege Corint. Pag.139. lin.37.dictori, lege dicitur. Pag.143.lin.30. nos,lege eos. Pag. 144.lin.15.poteſt.c. lege poteſt tolli.c. Pag.147.lin.6.hæred. lege hæret.ibid.lin.22.vocanda,lege vocando. Pag.158.lin.30.quam,lege quemadmodum Pag.173. lin.1.qu,lege qui. Pag.184. lin.17. deleatur,dicens. Pag.191.lin.1.Galat,lege Corint.Pag.199.linea.24.inobiens,lege inobediens.Pag.204.lin.31.ſebijcerent,lege ſubijcerent. Pag.218.lin.33.incip. lege incidit.Pag.251.lin.26.vbi,lege ibi. Pag.259.lin.20. Lenandier, lege Lenaudier.Pag.285.lin.32.Venetis vt,lege Venetis conceſsit,vt.Pag. 290.lin.7.libertati,lege libertate. Pag.339.lin.7. ſi aliæ, lege Siciliæ, & lin.13.notatione,lege notabili. Pag.348.lin.5.conſideratio,lege congregatio.Pag.350.lin.21.Oulius,lege Iulius.Pag.351.lin.35.innocet,lege cõnocet.Pag.354.lin.7.conuenticula,lege conuenticulo.Pag.357.lin.23.35. lege.25.Pag.367.lin.27.Baldus,lege Balbus.Pag.386.lin.37.dele,de.Pag. 404.lin.11.eundem,leg.idem.Pag.412.lin.16. colere,lege colore. Pag. 419.lin.10.perpetuas,lege per tuas.Pag.423.lin.16.vtriuſbue,lege vtriuſque.Pag.442.lin.18.duplex,lege duplicẽ. ibidem.lin.34.refingere,le. ſe fingere.Pag.443.lin.18.ideo,leg.idem.Pag.454.lin.34.vreretur,leg. vteretur.Ibidem.lin.38.quia,lege qua.Pag.455.lin.14.cum eis. lege coneis.Pag.461.lin.28.Angeli non,lege Angeli eius non. Pag.469.lin.27. §.1. de, lege §.1. ff. de.

FINIS.